CHRISTOPHORI CELLARII

HISTORIA VNIVERSALIS

BREVITER AC PERSPICVE EXPOSITA, IN

ANTIQVAM, ET MEDII AEVI AC NOVAM

DIVISA, CVM

NOTIS PERPETVIS

EDITIO V.

IENAE

SVMTV IO. FELICIS BIELCKII.

CIϽ IϽCCXVI.

PROOEMIVM GENERALE.

HIstoriarum tibi, BENIGNE LECTOR, breuiarium exhibetur: breuiarium, inquam, sed quod nec breuis temporis est, nec intra arctos fines rerum continetur, sed summam historiæ vniuersæ, & præcipua momenta rerum notabiliorum, inde ab origine regnorum vsque ad

nostra tempora in orbe terrae gestarum, non tantum enarrat breuiter, verum etiam probat & summa fide demonstrat. Prostant innumeri libelli, vniuersalis historiae seriem præferentes, sed excerpti & contracti ex aliorum systematibus, nec iam facile id laboris & molestiae in se quisquam susceperit, vt ex fontibus velit, quae tradenda

da sunt, haurire: sed in qualicumque enarratione adquiescit, etiam semiplena, prætermissis non parui momenti rebus, quod, vnde excerpebatur, etiam sterile solum in certis argumentis erat, vel parce nimis, vberius proponenda proferebat. Si de fide quæras, quam narratis suis faciant, securi de probatione sunt, quasi sat firmiter eorum auctoritate innitantur,

quorum libros in breuem ſummam redegerunt, quo fieri conſueuit, vt vbi illi auctores errauerunt, ipſi a vero ſimul aberrent: & vbi prætermiſerunt nonnulla, nec ipſi, quaſi non geſta ſint, attingant. In limine fere omnes offendunt, quum Cnidii illius Cteſiæ commenta de Aſſyriorum regno repetunt, quantum ea diuinæ ſcripturæ repugnent, quip-

quippe quæ humanum genus, exceptis paucissimis, diluuio periisse tradit, quum Ctesiæ regum ætas atque numerus ad illud prope tempus, quo orbis terræ desolatus *locus fuit*, recurrat. Hic vero egregius historicus illo tempore immensam multitudinem vbique terrarum ponit, & exercitus innumerabiles, & vel decies centena millia supergressos, aut maiores

etiam, diuersis locis & regionibus adfingit. Hæc qui crediderit, eum scripturam sanctam negare oportet, aut aliquid concedere, quo fides illius eleuari possit ab impiis. Absint fabulæ, facessant nugæ: præstat in obscura antiquitate pauciora proponere quæ diuinis litteris consentiant, quam conficta & falsa plurima iactare, & quæ nunquam probari possunt,

habere ac commendare pro certiſſimis. Annales Perſicos dicunt ſequutum fuiſſe Cteſiam: at quales illi? vt Aegyptiaci, vt aliarum gentium diuino lumine deſtitutarum, quibus antiquas origines fingendi nunquam lubido defuit. Hæc vero, tamquam ex tripode dicta, iuuentuti inſtillantur, vt a prouectioribus, & ſenibus etiam, credantur vera eſſe: nec fa-

cile quisquam est, qui de inueterata fabula dubitare audeat, sed quod tot sæculis fuit pro vero habitum, temere omnes ac sine discussione amplectuntur. Nec tantum initia in vulgatis libellis suspecta sunt, verum ipsa etiam media & propinquiora Ctesiæ temporibus. Diximus Antiquæ Historiæ prooemio, quam ieiuni sint breuiariorum auctores, etiam conditores gran-

dio.

diorum vniuersæ histo-riæ voluminum, circa regna & principatus in citeriore Asia, post Alexandri Magni tempora. Antigoni mentionem habent & filii Demetrii, qui vero nihil certi possederunt, turbatis omnibus rebus ciuili bello Macedonum: nec, nisi post illos Alexandri duces mutuo confectos, noua regna cœperunt constitui, quæ quod maximopere

cum Romana historia coniuncta sunt, non e-rant ab iis silentio præ-tereunda, qui seriem rerum instituendæ iu-uentuti tradere, cum a-nimo statutum delibe-ratumque habuerant. Quotusquisque enim Attalorum regum, & Prusiæ ac Nicome-dum, aut Pylæmenum, Mithridatum, Ariara-thum, Ariobarzanum, Ciliciæque ac in Tau-ro regulorum, vnde Ro-

Romanorum in Asia incrementa fuerunt, illustrauit? quis Chasmonæorum in Palæstina, quis Herodum, succedentium illis, curam habuit, & gesta illorum ac successiones declarauit, rem omnino sacris nostris intelligendis tam vtilem & necessariam? Sic vbique sunt quæ addi, quæ emendari possint, si ad id, quod verum est, & ad fructum, quem ferre de

debent, historias reuocemus: recidenda contra, quae ex Annii Viterbiensis fictionibus a nonnullis, quasi verissima sint, adiiciuntur. Fides & veritas sunt anima historiarum, sine qua gerrae & nugae sunt quaecunque, quasi ita gesta sint, ambitiosis verbis proferuntur. Fidem autem testimoniis faciamus, vt veritas stabiliatur: nec quibuslibet testimoniis, sed

aptis,

aptis, dignis, & quae rebus, quae narrantur, quantum fieri potest, sint propinquiora, saltem vt certiora iis non habeamus: quae si adduntur cuilibet narrationi, non tantum firmant illam & certiorem reddunt; sed interpretamentum iis quoque adiiciunt, dum auctores nominatim significant, quorum fide nituntur narrationes, quique monumen-

tis ſuis res ita deſcriptas & explicatas habent, vt commentariis aliis, aut grandioribus ſyſtematum libris non opus ad interpretandum ſit. Eccleſiæ quoque res nolimus ſeiunctas a ciuilibus eſſe, quia neutra hiſtoria ſine altera perfecte cognoſci poteſt, ſed ſacra ciuilem, ciuilis ſacram iuuat & explanat: & ſæpe ita inter ſe ſunt implicatæ, vt ſi demſeris

ris alteram, interrupta, & lacera, quæ relicta fuerit, maneat. Si Christianæ res cordi sunt, series imperantium sustentabit illarum ordinem, etiam tempora distinguet, ne confusæ & turbatæ adripiantur. Sin ciuilem malumus rempublicam, quot reges, quot principes habemus, quorum merita maiora in ecclesiam sunt, quam in alias partes reipublicæ? quos

ſane laudibus ſuis priuari iniquum eſt. Deinde quam diuturnæ & per ſæculum non nunquam extractæ ſunt pontificum & imperatorum certationes, quas ſi ſeparaueris, pauca habebis quæ de principibus illis commemores, quorum omnis vita illis litibus exacta fuit & adflictata? Eum ergo hiſtoriarum librum repetitum damus, qui ſuppleat, quod deeſſe

deesse in aliis videbatur: & quod erratum, emendet atque restituat, ac nihil sine fide auctorum tradat, qui satis rebus adprobandis sint: quorum verba etiam, vbi opus est, materiæ suæ subscripta sunt, saltem ita signatus locus vnde peti possint, vt quisque sine investigandi molestia possit inuenire. Vt vero res omnis ordinatior

distinctiorque sit, nec multitudine continua lectorem turbet aut impediat; in tres partes vniuersa hæc Historia est distributa, quarum prima est rerum antiquarum ab initio imperiorum ad Constantini Magni tempora, complectens strictim, quæ profani principes & a cœlestibus sacris alieni vnquam in orbe terrarum memorabilia gesserunt: altera inde

inde res duodecim sæculorum, quamdiu Constantini vrbs in Christianorum ditione fuit, & paullo vltra, comprehendat, Orientis æque, & Occidentis fata varia exponens: tertia parte duo postrema sæcula copiosius, quam pro forma instituti, explicantur, quia suprema hæc tempora fecundiora sunt prioribus, & plures

res memorabiles res ad conſcribendum ſuppeditant, quarum cognitio ad vſum politicæ prudentiæ, quæ nunc obtinet; etiam eccleſiaſticæ propter ſacrorum reformationem, in primis eſt neceſſaria. Nec literarum & ſtudiorum hiſtoria in his libris eſt intacta, præſertim illa, quæ deminutionem litterariæ rei, oppreſſio-

ſionemque ſatis diuturnam; & tandem, lætioris ſeculi exortu, reſtitutionem illius & propagationem exponit: vt cognoſcatur, per quos ægre aliquid ſeruatum ſit inter barbaros; & qui magni illi heroes fuerint, qui barbariem profligarint, & melioribus litteris nitorem priſtinum reddiderint. Hæc præmonere & præfari

de

de tribus nostris libellis visum fuit. Tu vero, BENEVOLE LECTOR, feliciter vtere, nobisque faue, atque vale.

CHRISTOPHORI CELLARII,
SCHMALCALDIENSIS,

HISTORIA ANTIQVA

MVLTIS ACCESSIONIBVS AVCTA ET EMENDATA,

CVM

NOTIS PERPETVIS

ET

TABVLIS SYNOPTICIS.

EDITIO QVINTA

CVM PRIVILEGIO.

IENAE,
SVMTV IO. FELICIS BIELKII, BIBL.,
MDCCXIII.

ACADEMIAE IENENSIS
RECTORI MAGNIFICO
GEORGIO SCHV-
BARTO,
MELIORVM LITTERARVM
CONSERVATORI SOLER-
TISSIMO;

ET IN EADEM

PERITISSIMO HISTORICO
CASPARI SAGIT-
TARIO,
S. THEOL. DOCTORI,
PROFESSORIBVS CLARISSIMIS,
BENE DE PVBLICO MEREN-
TIBVS

S. P. D.
CHRISTOPHORVS CELLARIVS.

DEcimus propemodum circumactus annus eſt, cum, quod priuato vſui concinnaueram historiæ antiquæ ſummarium, in lucem emiſi, idque clariſſimo nomini tuo, AMPLISSIME SAGITTARI, dedicaui. Iure enim quodam tuo vindicare

care illud poteras, quod hortatu tuo atque consilio in publicum prodibat. Nihil itaque, quod vereri possim, mihi superest, ne inique feras, repetita editione te iterum appellari, etiam amicum & collegam exquisitissimum adiungi, quocum æquabili sorte vel ita nuncupationis onus

 diui-

diuidas, vt vetera tibi, cui debebantur, denuo consecrata existimes; accessiones nouas, vt obsides animi mei, ille accipiat, quem a prima editione in vestra Academia nouum quidem, sed antiquis moribus & fide, amicum & singularem fautorem consecutus fueram. Te intelligo, MAGNI-

GNIFICE RECTOR, tibique, vt pridem animum & ſtudium, ita hanc etiam lucubrationem dico atque conſecro, vt ex ſigno hoc, quamlibet leuiore, non leuiter cognoſcas, quanti ego ingenium tuum mirificamque doctrinam & merita faciam, ſem, perque adhuc fecerim. Rogo igitur,

viri, excellentissimi, ne hoc opusculum spectetis, quod perexiguum; sed voluntatem potius meam qua nemini cedo, qui plus virtutem vestram, quam ego, colat & obseruet. Valete, & diu publicam rem vestramque felicissime gerite. Datum Cizæ Nonis Maiis CIↃ IↃ CLXXXV.

LECTORIS.

QVam ante decem annos antiquæ historiæ synopsin delineaueram, auctior nunc & emendatior prodit, etiam vltra limitem vetustum producta. Qui enim ab initio imperiorum ad natum mundi Sospitatorem priori editione progressus eram; ad Constantinum Magnum iam seriem perduco, cuius consilii mei quæ ratio fuerit, te nolo, lector candidissime, ignorare. Quicquid hu-

ius compendii erat, illorum studiis addictum fuit, qui classicorum auctorum lectione exercentur, nec per ætatem satis perspectum habent ordinem rerum temporumque veterum. In illa vero scriptorum classe non proletarii aut capite censi, sed cum primis numerandi sunt, qui post reparatam humani generis salutem floruerunt. Non ergo in Augusti imperio abrumpi ordinem, & ab illis diuelli æquum erat, quæ ab excessu eiusdem, ingenio Taciti, Sue-

tonii,

torii, Pliniorum & æqualium, fuerunt illustrata, præsertim quod incrementa Romani Imperii, præcipua antiquitatis pars, sub Traiano fuerunt longe amplissima. Accedit doctiorum loquendi consuetudo, qui illa MEDII AEVI vocant; quæ in barbara sæcula inciderunt, aut ab illis abfuerunt propius. Accommodatius ergo facturi videmur, si antiquam ad Constantinum Magnum: medii ævi historiam, ad Constantinopolis expugna-

gna-

gnationem: nouam denique, ad noſtra tempora deducemus, vt iſta complectatur vniuerſam gentilitatem: illa temporibus imperii Chriſtianorum Conſtantinopolitani contineatur: hæc nouam regnantis orbis faciem rerumque publicarum reformationem recenſeat. Id vero in primis nobis curæ fuit, vt, quæ vulgata hiſtoriarum compendia prætermittunt, vel leuius attingunt, accuratius perſequeremur, & optimorum aucto-

cto-

ctorum fide, qui singula tradiderunt, confirmaremus. Nec intactas reliquimus nobiliores controversias & eruditorum dissensionem, sine tamen vllius læsione aut iudicii acerbitate, quod sæpius suspensum in dubiis & obscuris, quam temere latum deprehendetur. Vt vero in limine appareat, quantum a vulgaribus nostrum compendium discedat, vno regnorum citerioris Asiæ exemplo planum faciemus atque probabi-

babimus. Quotusquisque est, qui illa explicet? vnde originem & quando finem habuerint Attalorum, Nicomedum, Pylæmenum, Ariarathum, Mithridatum, aliorumque dominationes? Nec vero nullius momenti rerum huiusmodi notitia est, quæ vtramque paginam in historia Romana faciunt, vt non sufficiat cum vulgo scripsisse: REGNVM MACEDONICVM ASIATICVM, CVIVS ANTIGONVS EVMENE VICTO AVCTOR FVIT, STATIM IN

FILIO

FILIO EIVS POLIORCETA EXSPIRAVIT. In hoc si exspirauit, vnde tot reges vel reguli Bithyni sunt, Pergameni, Pontici, Paphlagones, Cappadoces, Cilices, & Gallogræci tetrarchæ post Poliorcetæ tempora? quò nouum Amyntæ regnum referes? Id ergo propositum mihi in primis fuit, vt in his quoque regnis lineamenta adumbrarem, & Geographiæ plus, quam fieri vulgo solet, historiam accommodarem, bellis & prœliis secundum loco-

rum,

rum, quibus facta ſunt, poſitionem diſtinctis & definitis. In Tabulis plura, quam in historia, ſectamur, vt illæ huius complementum poſſint eſſe, & vno intuitu exhibere, quæ vel ſtrictim enarrata in ſuperioribus fuerant, vel inſtituti ratione poſtulante prætermiſſa. Cetera, quæ præmonenda erant, ipſe conſpectus libelli perdocebit.

HISTO-

HISTORIAE ANTIQVAE
LIBER I.
DE
REBVS CHALDAEORVM; ASSYRIORVM, MEDORVM.

SVb initium imperiorum minora Aſiam regna diſtraxerunt. Antiquiſſimum *a* NIMRODI fuit, Chami nepotis, qui præter alias *b* ciuitates Babylonem condidit, eo fere *c* loco, quem turris *d* nuper ædificari cœpta, tum

a Gen. 10, 10. per anticipationem.

b Hieronymus Quæſt. in Geneſ. cap. 20. *Arach* interpretatur Edeſſam: *Acad*, Niſibin: *Chalne*, Seleuciam vel potius Creſiphontem.

c Ioſephus I. Antiq. c. 5. ὁ τόπος ἐν ᾧ τὸν πύργον ᾠκοδόμησαν, νῦν Βαβυλὼν καλεῖται, *locus quo turrim ædificauerant, nunc Babylon vocatur.*

d Ebræis Nimrod eſt auctor turris Ioſepho c. l. & Rabbi Salomoni in Gen. 10. aliisque. At Bochartus l. 1. Phaleg. c. 14. *Nimrod*, inquit, *tum vix natus erat.*

vero deserta, dispersione operarum desolatum fecerat. *a* ASSVR, Semi filius, Babylonia profectus, tum alias vrbes, tum Niniuem *b* magnam constituit, & ipsam forte imperii caput, exigui tamen & artis limitibus circumscripti.

Abrahami temporibus rex Babyloniæ AMRAPHEL erat, *c* cliens forsan ELAMITARVM regis, qui pentapolin, Iordani flumini propinquam, ditioni suæ adiecerat. Postea Arabes in Chal-

a Gen. 10. 11. *Assur* quibusdam regio est siue Assyria, in qua Nimrodus Niniuem condidisse feratur: Vide Bocharti Phaleg lib. 4. c. 12. Propius Ebrææ scripturæ est, de viro interpretari. Addo C. V. Iac. Perizonii Differt. 2. de Orig. Babyl. n. 1.

b Non soli Ionæ, sed Mosi etiam, qui antecessit Ninum computo Herodoti, Ninive עיר הגדולה *Vrbs magna* dicitur, si cum Aben Esra ad Niniven, non ad Resen, hæc verba reducimus.

c Ex situ coniicitur, Gen 14. 1. *Elam* Elymais regio est, ex qua per Babyloniam ad Iordanem transitur. Adi Bochartum l. 2. c. 2.

Chaldæa CCXV annis regnasse, *a* Africanus auctor est, quibus exstinctis *b* BELVS rerum potitus, fundamenta imperio illustri, quod Babylone sedem habiturum erat, firmiora subdidit.

Hoc tractu temporum Assyriorum regnum *c* NINVS vel condidit vel am-

A 2

a Georgius Syncellus, qui Iul. Africani & Eusebii, chronographorum fragmenta seruauit, duas in Chaldæa dynastias ante Belum constituit, primam Chaldæorum ab Nimrodo; Arabum alteram ad *Belum* vsque deductam. p. 90. 92 ed. Reg.

b Belum *Syncellus primum Assyriorum* regem ponit. At plura eius Babylone, quam in Assyriis vestigia, religio, templum, monumentum. Nec ipsum, neque successores, vtrumque regnum coniunxisse, vt vulgo creditur; ex Halicarnasseis, Herodoto & Dionysio, iam ostendemus.

c Hieronymus in Hoseæ cap. 2. *Primum omni Asiæ regnasse Ninum, Beli filium, omnes & Græcæ & barbaræ narrant historiæ.* Aliter Herodotus lib. 1. c. 95. Ἀσσυρίων ἀρχόντων τῆν ἄνω Ἀσίης ἐπ' ἔτεα εἴκοσι καὶ πεντακόσια πρῶτοι ἀπ' αὐτῶν Μῆδοι ἤρξαντο ἀπίστασθαι, *Cum Assyrii annis* DXX *superiorem Asiam obtinuissent, primi Medi*

amplificauit, quod SEMIRAMIS, virilis animi fœmina, marito sublato *a* auxit; sed eo contentus filius NINYAS se otio dedit & voluptatibus, quem successores imitati videntur, ad SARDANAPALVM vsque, ab ARBACE Medo, eisdem *b* moribus offenso, eo adactum, vt se & supellectilem vno rogo

Medi ab iis deficere cœperunt. Et Dionysius Halicarn. principio operis: ἡ Ἀσσυρίων ἀρχὴ ὀλίγου τινὸς ἐκράτησε τῆς Ἀσίας μέρους, *Assyriorum imperium modicam quandam Asiæ partem obtinuit.* Hæc non est *omnis* Asia, neque ἡ ἄνω *superior* Babyloniam continebat.

a Mira de Semiramide Diodorus & Trogus ex Ctesia. Si fuit Semiramis Nini vxor (quod dubitat Vossius Idol. 1. c. 24.) haud tamen tanta fuit, quanta prædicatur. Quæ enim de Babylone traduntur, partem Moses, partem Berosus apud Iosephum; quæ de Indico bello, Megasthenes apud Strabonem, confutant. Pari facilitate Æthiopicam expeditionem abiudicaveris.

b Mores Sardanapali ex epitaphiis produnt Diodorus 2, 23. Athenæus 12, 7. Cicero Tusc. l. 5. c. 35. Non tamen plane ἄπρακτον fuisse ex vrbibus, quas condidisse fertur, Ath. videtur colligere.

rogo *a* cremaret: quamuis alii senem *b* fataliter decessisse, alii non in hoc, sed in *c* NINO iuniore, qui isti successerit, Assyriorum imperium exspirasse memoriæ prodiderunt.

Nec in iis regibus, quos sacra scriptura memorat, res cuncta expedita est. Interpretes tam in numero regum, quam ætate illorum, quantum differunt? Difficile est *d* priuata ab regiis nominibus, aut alterutrinque cognomina discriminare, aut dilucide ostendere, ante *e* Medorum defectionem,

a Ex Ctesia Diodorus Siculus 2,27. Athenæus 12. 7. Iustinianus 1,3.

b Clitarchus apud Athenæum c.l.

c Castor Rhodius apud Syncellum p.205.

d *Sargon* Esa 20.1. *Iareb.* Hos. 5,13. Scaligero sunt novi reges: aliis Sargon cognomen Senacheribi, (vid. Vsser. p.100.) Iareb Chaldæo & Vulgato proprium nomen non est: Kimchio nomen vrbis Assyriæ.

e Plerique cunctos post secessionem locant: dubitat Schotanus, quia Israelitæ captiui in *Mediam* abducti, & tanta horum regum potentia laudetur, quanta vix potuerit esse, Medorum regno, validissima parte, abscisso.

nem, an post illam floruerint. PHVLI rex Israelis Menahem tributa fert: TIGLATPILESAR Transiordanos Israelitas; reliquos filius SALMANASAR deportat: [a] SENACHERIB, frustra Hierosolymis obsessis iugulatur a filiis, cui ASARHADDON, elapsis fratribus parricidis, in imperio sufficitur.

Per idem tempus Babylonia quoque suos reges habuit. NABONASSARVS (BALADAN sacro scriptori) imperium instaurauit, ex cuius auspiciis Chaldæi annos, vt Græci per olympiadas, ab vrbe condita Romani, dinumerarunt. Hunc tribus interiectis filius vel nepos MERODACH, Ptolemæi [b] MARDOKEMPADVS excepit, Hiskiæ ex morbo liberationem gratulatus: a quo, successione [c] obscurorum,

[a] Hunc etiam Herodotus memorat tanquam Ἀραβίων καὶ Ἀσσυρίων βασιλέα lib. 2. c. 141.

[b] Ptolem. Constr. Math. l. 4. c. 6.

[c] His anonymus interest, qui Manassen, Iudæorum regem, in vincula duxit. *Assaradinum* fuisse, quartum ante Nebopolassarum (qui

rum, aut per interregna (quibus a SEMIRAMIDEM, molis, Euphratem cohibentis, conditricem imponunt) ad NABOPOLASSARVM summa rerum delata fuit, & hoc extincto, ad filium NEBVCHODONOSORVM, notissimum monarcham, qui Tyro, Ægypto & Hierosolymis captis, Iudæisque in captiuitatem abductis, Babylonem b operibus ornauit, & ingentis superbiæ pœnas insania & victu siluestri dedit, quanquam, quæ Dei clementia est,

 in

(qui Ieraedinus Scaligero) docti coniecturant. Addit Schoranus P. 2. Bibl. Hist. V.T. p. 1039. ἀνιςόρητον esse, hunc tum Assyrio Asarhaddone confudere, notans, vt videtur, Vsserium in Annal. V. T. p. 107.

a Hæc Semiramis Herodoto laudata lib. I. c. 184. qui addit similis ingenii NITOCRIN, πέντε γενῇσι *quinque generationibus* illa posteriorem, quæ videtur regna esse Dan. 5, 10. commemorata Nebucadnezaris filia, nupta Niriglissorooro. *Scal. Emend p.* 543.

b Berosus (apud Iosephum l. I. contra Apion.) in his operibus etiam muros & hortos pensiles numerat, Græcos reprehendens, qui Semiramidi Assyriorum attribuant.

in integrum restitutus fuit. Filius EVILMERODACH, fautor Iudæis & liberator Ioiachini, a ª NIRIGLISSOORO, sororis marito, sublatus, percussori regnum relinquit: hic post quadriennium filio suo LABOROSARDOCHO (BELSAZARI Danielis) Nebucadnezaris ex filia nepoti; qui nouem menses imperio abusus, a NABONNEDI factione, hoc est DARII MEDI, inter epulas obtruncatur. Nabonnetum, septemdecim annorum regem, Persarum primus Monarcha Cyrus ad priuatam vitam coegit redire.

His Babylone regnantibus, Medi ab Assyriis defecerant ARBACE impul-

ª Hunc, cum sequentibus, Berosi fragmentum iam ciuitatum, prodit. Interpretatio Scaligeri est, a quo in vltimis dissentit Vsserius. Belsazar illi non est Laborosardochus, sed Nabonnedus Berosi, siue Herodoti (1.77.) Labynetus: Darium autem Medum interpretatur Cyri auunculum, Cyaxarem iuniorem, Astyagis filium ex Xenophontis Pædia, quam alii veram historiam esse negant.

pulsore, & aliquamdiu *a* libertate vsi, DEIOCEM sibi regem constituunt, qui Ecbatana condit, finibus ceterum antiquis mediæ contentus: quos PHRAORTES prolaturus, vitam cum exercitu in Assyria amittit. Hunc filius CYAXARES vlturus, a Scythis *b* premitur; emergens tandem Ninum expugnat, & regni fines ad *c* Halym amnem propagat. ASTYAGES patri suffectus, post XXXV annorum imperium a Cyro nepote, quem expo-

a Herodotus lib. I, c. 96. Ἐόντων αὐτονόμων πάντων, *omnes erant sui iuris & liberi.* Ab hoc, vt solet, Ctesias dissentit apud Diodorum l.2.c.32,33. & Arbaci βασιλεύοντι continuos successores dat, nullam αὐτονομίαν aut liberam rempublicam agnoscens. Sed maior nobis Herodoti, quam Ctesiæ, vani hominis fides est.

b Scythæ, victis Medis XXVIII annos Asiæ imperium tenuerunt. *Herod.* I, 106.

c Pax inita cum Alyatte, Crœsi patre, post quinquennale bellum, conciliatore Labyneto magno hoc est Nebucadnezaro exercitibus eclipsi a pugna vtrinque reuocatis. Tum Halys terminus Medici Lydique imperii constitutus. *Herod.* I. 72. 74.

fuerat, deiicitur, & Media, adhuc *a* gentium domina, prouincia fit Persarum.

Hæc de Assyriorum rebus auctorum fide, quos subnotamus; illorumque pace, a quibus discedimus. *b* Diuturni

a cxxviii annis τῆς ἄνω Ἅλυος ποταμοῦ Ἀσίης ἄρξαντες, *omni Asiæ supra fluuium Halym dominati sunt* Medi, Herodoto 1. c.130. auctore: qui numerus saluus est, finium prorogationem ex medio regno Deiocis deduci oportet, quem alibi μοῦνον τὸ Μηδικὸν ἔθνος *nationem Medicam* subegisse dixerat. Aliquando etiam inferiori Asiæ siue Babyloniæ, Medos imperasse, Nicolaus Damascenus in Excerpt. Vales. p.426. significat, & Nanybrum, qui Nabonassar aliis clientem Artæi, successoris Arbacis constituit, quod ex Ctesiæ fabulis haustum videtur. Ἀλκιμώτερος enim τῶν προγόνων, *potentior maioribus suis* Cyaxares, πλὴν τῆς Βαβυλωνίης μοίρης, *excepta Babyloniæ parte*, in Asia regnauit. Herodot.1. c.103, 106.

b Ctesias Assyrium regnum ciↃ cccLx annis a Nino ad Sardanapalum stetisse tradit, auctore Siculo Diodoro lib.2. c.21. Herodotus tantum IↃxx. annis, vt prædiximus. Porphyrius apud Eusebium Præp. Ev.1. c.9. refert, Semiramin circa Troica tempora, aut paullo ante, floruisse.

turnitas imperii, quam Ctesias tradit obscurorum successione completam, qua Ninum ad prima temporum oportet reiici; videtur rerum nouitati repugnare. Altero post cataclysmum sæculo tot valida regna, innumerabiles exercitus, immensos apparatus credimus, quot sub Nino & Semiramide traduntur fuisse? In diuinis scripturis nullum vestigium tam vasti imperii exstat, antequam inclinaret Israelis regnum. An Assyriis Cananæam Iosua eripuit? Ingentia bella Ammonitarum, Moabitarum, Idumæorum, Amalekitarum reges gesserunt; de Assyrii monarchæ iugo nec fando audiuerant. Bis Dauid firmo prælio ad a Euphratem conflixit,

a Cum Hadalasare (qui rex Zobæ fuit, id est tractus Palmyreni, vt Bochartus exponit, non Sophenes, vt Iosephus, ingens prœlium ad Euphratem Dauid commisit, 2. Sam. 8, 3. iterum cum huius sociis Damascenis πολλαῖς μάχαις *crebris præliis* vario loco dimicatum, tandem παρὰ τὸν Εὐφράτην *ad Euphratem* debellatum fuit, vt Nicolaus Damascenus apud Iosephum 7. Antiq. c. 6. tradidit.

xit, & ſæpius in Damaſcena, cui ſtationarios etiam impoſuit, & Syriam ſibi vectigalem fecit: ea vera Aſſyriorum patientia erat, vt tantos motus ferrent, ſi ditionis ipſorum vel hæ fuerunt, vel finitimæ regiones? quas non prius ad ius ſatrapæ vocatas ſcimus, quam Achaſi rogatu Tiglatpileſar, Rezeno eiecto, finem regno Damaſcenorum attulit. Tum creuiſſe Aſſyriorum potentiam certum eſt, & captiuos in [a] Mediam deportatos, [b] reductosque inde, qui vrbes deſertas incolerent, quod argumento multis eſt, necdum Me-

[a] Præter diuinas ſcripturas, omnibus notas, Ioſephus 9. Antiq. 14. de Salmanaſare, πάντα τὸν λαὸν μετῴκισεν εἰς τὴν Μηδίαν καὶ Περσίδα, *vniuerſum populum in Mediam & Perſidem traduxit.* Pariter c. 13. de Tiglatpileſare, τοὺς Δαμασκηνοὺς ἀπῴκισεν εἰς τὴν ἄνω Μηδίαν, *Damaſcenos in ſuperiorem Mediam deportauit.*

[b] Ioſephus 10. Ant. c. 11. τὸ Χουθαίων ἔθνος οἱ πρότερον ἐνδοτέρω τῆς Περσίδος καὶ τῆς Μηδίας ἦσαν, *Cuthæorum gens* (noui Samariæ coloni) *qui prius in intima Perſide & Media fuerunt.*

Medos illa tempeſtate defeciſſe, quod ſub Aſarhaddone demum, quem *a* Sardanapalum putant, eueniſſe perſuaſum habent. Nihil in tam dubiis rebus, & ipſa antiquitate obſcuris, definimus, præcipuas chronologorum ſententias in Tabulis noſtris diſtincte definiteque propoſituri, vt quisque eligere poſſit, quam ſacræ ſcripturæ hiſtoriis, hoc eſt veritati conuenientem putabit.

a *Quaſi* ex אסר הדון פול *Aſar Haddon Pul*, quod demus ἀφώνοις aut adſpiratiuis litteris, quarum nullam rationem Græci habent, pronunciatur *Sar don Pul*, vnde Græci effinxerunt Σαρδανάπαλος. *Pul* enim ſiue *Phul* nomen regium eſſe, nemini ignotum. Hæc vir clariſſimus Chriſtianus Schotanus in Parte II Biblioth. Hiſt. Sacr. Vet. Teſtam. tam ex ſuo, quam Genebrardi ingenio, late perſequitur.

LIBER II.

DE REBVS PERSARVM.

CYRVS obſcuri patris, at regiæ matris filius, Perſis aduerſus auum Aſtyagem ſollicitatis, orditur monarchiam Perſarum, & capta Babylone, victoque Crœſo, Lydorum rege, ipſe tandem a Tomyri, *a* Scytharum regina, obtruncatur, haud clarior princeps triumphis maximis, quam reddita Iudæis libertate.

CAMBYSES patri Cyro ſuccedit crudelis fratricida, & *b* religionis con-

a Cyri res geſtæ ex Herodoto, Diodoro, Trogo notiſſimæ. Quæ heic regina memoratur, Maſſagetis imperauit ſecundum Herodotum, qui de necis genere eadem narrat, quæ Iuſtinus in Trogi epitoma: Diodorus autem Siculus lib. 2. c. 44. τὸν Κῦρον, αἰχμάλωτον γενόμενον ἀνεσταύρωσε, *Cyrum,* inquit, *captum cruci adfixit.* Lucianus in Macrobiis, mœrore ex filii moribus, ſenem admodum mortuum, fide aliorum refert.

b Bene factum, quod Ægyptiorum deos, ſuper-

contemtor, *a* Edicto Iudæos cohibet, ne templum reædificent. *b* Ægypti accessione imperium Persarum auget. Ab huius morte MAGORVM regnum interuenit, post septem menses destructum. Nam fraude illorum detecta DARIVS, HYSTASPIS filius, equi hinnitu rex electus, primum aduersus *c* Babylonios, dein in

stitione offensus, Cambyses euertit: impietate autem non caret, quod ethnicus homo communes deos, Iouem & Vulcanum, pariter spoliatum iuit: *Herodot.* 3, 25, 37. De sepulcris violatis Herodotus c. l. & Diodorus in Except. Valef. p. 249.

a Tribuit Iosephus lib. I. c. 3. Cambysi edictum prohibitorium, quod Artaxerxi Longimano Scaliger, a quo discedimus, argumentis inducti in Dario proferendis.

b Ægyptii, gens antiquissima, suis regibus, suoque iure vsi sunt vsque ad Nebucadnezaris victoriam: post excusserunt Chaldaicum iugum, ad quod Cambyses reuocauit, cum Amasis, expulso Aprie, rebus præesset.

c Magorum interregni occasione Babylonii rebellauerant. *Herod.* 3, 150.

in *a* Scythas, mox contra Ionios proficiscitur, quibus dum *b* Athenienses auxilia mittunt, bellum inter Persas & Græcos exoritur, in quo Miltiadis ductu rex incredibilem cladem in campo *Marathonio* accepit. Hic in Iudæos benignus fuit, eoque regnante *c* templum restauratum, operas vrgen-

a Scythas Europæos intellige, nam Thraciæ Bosporo traiecto, *Polyb.* 4. *c.* 43. & ponte in Istro facto, *C. Nep.* 1. 3. in eos mouit. Facilior autem tam longinqua expeditio fuit, quod Persis, Crœso victo, Asia eis Taurum pleraque parebat.

b Athenienses XX naues auxilio Ionibus miserunt. *Herod.* 4. 97.

c Templi instaurationem ad Darium Nothum differt Scaliger, & qui eum sequuntur. Malumus veteres sequi, Iosephum & Eusebium, & recentium acutissimos Ludov. Capellum in Chron. V. T. & illustrem auctorem Partis I. Hist. Eccles. Gothanæ, qui expeditis rationibus sententiam suam approbauerunt. Neque probabile est, ad Nothum Darium a Cyro vsque, ædificationem per integrum sæculum impeditam esse, cum sic Iudæis grauior post liberationem cessatio fuisset, quam ipsum LXX annorum exilium.

vrgente prophetarum pari, Haggai & Zacharia.

XERXES expeditionem in Græcos exercitu numerosissimo, etiam maribus *a* ponte constratis & montibus perfossis, instaurat, non feliciore tamen, quam pater, successu. Nam ad *Thermopylas* a Lacedæmoniis terrestri prœlio, & bis nauali, ad *Artemisium & Salamina*, Themistoclis Atheniensis virtute superatus & ad fugam compulsus fuit. Nec dux eius Mardonius, cum reliquiis exercitus in Græcia relictus, fortuna meliore vsus est, Pausaniæ Lacædemonii auspiciis ad *b* internecionem apud Platæ-

a Exaggerant Græci, quæ in Hellesponto & monte Atho molitus Xerxes est. Illud vero non nouum, sed a patre etiam Dario, cum in Scythas moueret, in Bosphoro Thracio institutum. Polybius 4. c. 45. Δαρεῖον ζεῦξαι φασὶ τὸν πόρον, καθ' ὃν χρόνον ἐποιεῖτο τὴν ἐπὶ Σκύθας διάβασιν. Adde Herod. 4. 87.

b Iustinus 2, 14. fuga euasisse: Diodorus 11. 13. & Nepos 4, 1. prœlio cecidisse tradunt. Marm. Arundell. v. 68. ΜΑΡΔΟΝΙΟΣ ΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝ ΕΝ ΤΗΙ ΜΑΧΗΙ.

Plataeas Bœotiæ deletus. Eodem *a* die apud *Mycalen*, Ioniæ promontorium, & post *b* paullo, Cimone duce, apud *Cyprum* mari, & iterum terrestri prælio ad *Eurymedonta* Pamphyliæ fluuium Persæ a Græcis victi sunt & profligati.

ARTAXERXES LONGIMANVS, Xerxis filius, interfecto patri sufficitur, cuius manibus, etiam fratris natu maioris, parricidarum sanguine parentat, Themistoclem patria eie-

a Ita forte accidit, vt Persæ eodem die & in Bœotia funderentur terrestri prœlio duce Pausania; & nauali ad Mycalen ducibus Leotychide Lacedæmonio & Xantippo Atheniensi, non Cimone, vt Nepos habet. Adi Diodorum Sic. 11. 35. Iustin. 2. 14.

b Post paullo παραχρῆμα Diodor. Sic. 11. c. 61. τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ Thucydides lib. 1. p. 66. *eodem die* Nepos 5, 2. 2. sed corrigas vel deleas in Nepote vocem *Mycalen*. vide notata Bosio. Vtrumque prœlium Xerxe superstite factum, ex ordine historiarum Diodori, & Iustini lib. 2. extremo manifestum; sub Artaxerxe posuit Eusebius in Chron. quem Vsserius sequitur p. 191. & Chytræus in Chronologia Thucydidis.

eiectum suscipit, nec non Iudæis in patriam reuertendi potestatem dat, euntque permissu eius Esras, & interiecto tempore Nehemias Hierosolymam.

Aliquot mensium interueniunt *a* reges, XERXES Artaxerxis filius, a fratre SOGDIANO interfectus; quem breui interuallo Ochus, etiam frater, post DARIVS dictus, cognomine NOTHVS, & vita & regno spoliavit. Hic *b* fœdus cum Lacedæmoniis iniit ad opprimendos Athenienses eo tempore, quo Poloponnesium bellum acerrime gerebatur.

ARTAERXES a felicitate memoriæ MNEMON dictus, vincit *c* Cyrum fratrem, imperii æmulum, *d* Lacedæmoniorum suffultum auxiliis a qui-

a Vid. Diod. Siculus & Ctesias. Sogdianus etiam *Secundianus* quibusdam dictus.

b Thucydides lib. 8. pag. 560. & 586. edit. H. Steph.

c De quo bello Artaxerxis aduersus Cyrum fratrem, consule, præter Xenophontem, Diodorum Sicul. 14. c. 23. seq.

d Decem millia Spartanorum ducebantur in

a quibus ipse postmodum Agesilao duce lacessitus, Cononis Atheniensis virtute se tuetur, & ad *a* pacem petendam Spartanos cogit.

Ad finem properabat Persarum monarchia, cum ARTAXERXES OCHVS, Mnemonis filius atrox & sævus, Phoenices & *b* Ægyptos in ordinem redigeret, cui filius *c* ARSES a Bagoa

in Persiam, & exstincto Cyro, cui auxilio venerant, reducebat Xenophon, non minus dux fortis, quam clarus historicus.

a Pax hæc *Antalcida* dicitur, vt in rebus Græcorum ostendemus.

b Ægyptii, a Cambyse subacti, rebellarunt vltimo Darii Hystaspis tempore, *Herod.* 7.1. & mortuo Xerxe *Diodor.* 11, 71. sed hi motus cito compressi sunt. Deinde sub Dario Notho *G. Syncell.* p. 255. ex quo tempore non ad Persiam reducti sunt, priusquam Ochus cogeret, eiecto rege Nectanebo, *Diodor. Sicul. lib.* 16. *a. cap.* 46.

c Varie nominatur: Hieronymo in Dan. 9. *Argus*, rex anni vnius: Syncello p. 256. *Narses*, qui fratrem Ochi vocat, & quatuor annos tribuit, vt etiam Eusebius: Certior his Diodorus 17, 5. qui nominas *Arsen*, Ochi

Bagao patris percussore suffectus, & breui post ab eodem interfectus cum omni regia prole fuit. Itaque DARIVS CODOMANNVS, ex milite rex, successit, tribus præliis, ad amnem *Granicum*, & in *Cilicia* faucibus & ad *Arbela* ab Alexandro Magno deuictus & Asiæ regno spoliatus.

Ochi filium natu minimum, tertio anno ab eunucho Bagoa, patris stratego & percussore, oppressum.

* De Ahasuero, Estheræ marito, tot fere sententiæ sunt, quod *Persarum reges*, aut plures etiam, nam *Darium* quoque *Medum* cum Esthera iungunt, *Syncell. p.* 232. Missis veterum discordiis, quid summi nostro æuo viri censuerint, sufficiat attigisse. Scaligero est Xerxes, & Esther, vxor eius *Αμίςρις*, neutro nomine abludente. vid. de emend. T. p. 555. Vsserio Darius Hystaspis, qui Susis, vbi contigerunt, quæ de Esthera scripta prostant, præcipue sedem habuit: Lud. Capello Artaxerxes Ochus forsan quod Haman *Macedo* in apocrypho Esteræ c. 5, 10, 14. appellatur, quod ante Philippi tempora vix dici potuit. Alii in Longimanum Artaxerxem inclinant. Vid. *Histor. Eccl. Goth.*

LIBER

LIBER III.

DE REBVS GRAECORVM.

ANtiquissimum Græciæ bellum, quod scriptis celebratum fuit, est *a* *Argonauticum*, quo Iason, Æsone, regis Thessalorum Peliæ fratre, genitus, naui, solito maiore, quæ *Argo* dicta fuit, in Colchos cum Hercule, Dioscuris, Orpheo aliisque profectus est, & aureum inde vellus, toto orbe celebratissimum, Medeæ ope abstulit. Redux Hercules a Laomedonte delusus Troiam expugnasse dicitur, quod *b* primum Troiæ excidium est.

Bre.

a Argonautarum expeditionem Eusebius cum temporibus Gideonis, Ebræorum iudicis componit. Hanc præter Apollonium Diodorus lib.4. a cap.41. enarravit. Quantis vero fabulis obscurata sit, vel illud arguit, quod Istro aduerso Iasonem Italiam adnauigasse quidam tradiderunt, singentes Istri partem in Adriam effundi vid. Strabo l.1. c.39.

b Hercules equos Laomedonti, regi Traiano, credidisse fertur, cum in Pontum proficisceretur,

quos

Breui post tempore exortum est alterum maioris famæ *Troianum* bellum, quo Troia propter Helenam, a Paride raptam, Græcorum armis aut dolo capta & incendio deleta, auctoritate Homeri & poetarum sequacium creditur. Contra Dio Chrysostomus ex Ægyptiorum annalibus prodidit, Helenam, Spartani regis filiam, iustis nuptiis fuisse Paridi Troiano iunctam, Menelaum vero, Agamemnonis Argiui fratrem, Græcos ad Helenam armis repetendam permouisse, qui tantis adfecti fuerint cladibus, vt pacem vltro peterent, & Iliensi Mineruæ tropæo, ligneo equo erecto discesserint, florente & victrice Troia, in patriam. Sed quoquo modo res gesta fuit, non temere vulgaris opinio reiicienda est, nisi plerosque Latinos & Græcos scriptores, qui illa nitun-

quos ille respondenti negauit. Hæc caussa belli, quo Laomedon occisus, & Troia vastata fuit, si fides fabulis habenda. Vid. Diodor. 4, 50 Seruius in Æn. 8. 251. Euseb. in Chron.

nituntur, velimus reiici. Troiæ autem ruina plus CCC annis Romæ initium anteiuit, quo tempore ius a Iephtha Ebræis dicebat.

Ea tempestate b regulos habebant singulæ ferme maiores in Græcia civitates: postea abolito regum imperio libertatis erant studiosissimæ, quam Athenæ Solonis legibus, Lacedæmon Lycurgi institutis sic firmatam habuere, vt numerosissimas Persarum copias non semel acie fuderint, insulis quoque & transmarinis prouinciis in potesta-

a Vsserius extrema Iephthæ ætate ponit: Eusebius sub Labdone tertio post Iephtham, XI vel XII annorum intervallo. Quod notior Iephtha, huius imperio definire excidium præstat.

b Sicyoniorum & Argiuorum reges ex primis & fabulosis temporibus apud Eusebium & Syncellum repetuntur. Atheniensium præ ceteris tres incliti fuere, CECROPS, qui primus regnauit: THESEVS, popularis, qui medio tempore: & CODRVS vltimus, qui mortem pro patria oppetendo consecutus est, vt nullus post se rex Athenis crearetur.

potestatem suam redactis. Inprimis Miltiadis, Themistoclis, Cimonis, Atheniensium virtus tantam patriæ laudem conciliauit, vt æmulationem ciuitatum, Lacedæmoniæ præsertim, prouocauerit, quæ tandem in *a* *Peloponnesium* bellum erupit, quod varia fortuna gerebatur Atheniensibus victoribus ad *Naupactum*, *Argos amphilochium*; Spartanis ad *Amphipolin*: induciis etiam nonnunquam sopitum, sed iterum resuscitatum fuit, donec in *Siciliam* deuolueretur, vbi Syracusani, a Lacedæmoniis adiuti, Athenienses ita concusserunt, vt ægre postea rem suam pristinamque dignitatem defenderent. Vicerunt quidem ad *Abydum* & *Cyzicum* Alcibiadis ab exilio recepti auspiciis; & nouissime ad *b* *Arginusas* insulas: victi vero sunt apud *Cymen*, iterum apud *Mytilenen*,

a Prœlia huius belli peculiari Tabula exhibemus, auctoribus subnotatis, qui singula scripserunt.

b Insulæ inter Mitylenen & Cumam, exiguo a continente interuallo. *Diod. Sic.* 13, 97.

& tandem a Lysandro ad [a] *Ægos potamos* prorsus debellati & omnibus rebus exuti sunt, muris quoque vrbis euersis & præfectis XXX viris, qui miseris imperitarent. Horum tamen tyrannide Thrasybulus liberauit, & lata obliuionis lege, libertatem ciuibus reduxit.

Interea Spartani, Græciæ principatu haud contenti, Artaxerxi Mnemoni bellum, Agesilao duce, inferebant, quos Conon Atheniensis, Persicæ classi præfectus, ita apud *Cnidum* concussit, vt contemni a finitimis & bello peti cœperint. Agesilaus quidam prœlio ad *Coroneam*, nutantes res suorum quodammodo seruauit, non autem ita firmare potuit, ne pacem cogerentur a Persis petere, quæ [b] *Antalcidæ pax*,

[a] Nepos 6, 1. & 7, 8. *Ægos flumen*: Græci sæpe pluraliter ποταμοί: in Chersoneso Thraciæ locus est, haud procul Sesto, quo victi terrestri fuga dilapsi sunt. *Diodor.* 13, 106. Adde quæ ad Nepotis Lysandrum cap. 1. adnotauimus.

[b] Pax hac conditione a rege datur, vt Græ-

cæ

pax, ex legati ad regem nomine, appellata fuit. Maxime Thebanis Lacedæmonii, elate se gerentes, inuisi erant, qui Pelopida & Epaminonda ducibus ita illorum res pugna *a Leuctrica* & prœlio ad *Mantineam* adflixerunt, vt nunquam illas recuperare potuerint.

cæ per Asiam ciuitates sub regis ditionem redeant, quod τὴν τῆς Ἑλλάδος ὕβριν καὶ προδοσίαν *probrum Græciæ & proditionem* potius, quam pacem, *Plutarchus* appellat. Acceperunt pudendam conditionem Spartani, indignantibus Thebanis & Atheniensibus, qui tandem etiam, vt impares tanto regi, pacis leges recipiunt. *Diodor.* 14. 111. *Plutarch. in Artaxerxe p.* 1022.

a Lacedæmonii Olinthum copias per Bœotiam ducturi, Cadmeam arcem in itinere occupant eiectis Thebanis. Hinc bellum nascitur, eiusque prœlium I ad Thebas, Chabriæ auxiliorum ducis, inuento illustre, *Nep.* 12. 1. *Diod. Sic.* 15. 32. II iterum ad Thebas, cedente Agesilao. *Diod. c.* 34. III nauale ad Naxum, *c.* 34. 35. IV ad Orchomenum, *c.* 37. sed V ad Leuctra, & VI ad Mantineam, omnium clarissima & multis scriptoribus prædicata.

Sub idem fere tempus bellum ad *a Corinthum* gestum fuit, dum exules Corinthios defendebant Spartani; oppidanis studebant Athenienses, Thebani & Argiui. Tandem post octo annos præualuerunt Lacedæmonii & exules restituti sunt.

Nec multo post Athenienses *b Sociale* bellum contra Byzantinos, Chios, Rhodios, Coos, quod a societate defecerant, acerrime gesserunt, tandem Persici auxilii fama, quod hostibus veniret, ad pacem ineundam commoti.

Vlti-

a Hoc Corinthium bellum Diodorus 14,87. scripsit, Nepos in Agesilao c. 5, & Iphicrate c. 2. attigit. Est & aliud hoc antiquius, quod Diodorus 12, 30. etiam Κορινθιακὸν appellat, sed verius *Corcyræum* vocari potest, quia propter Epidamnum coloniam in Corcyræos Corinthii gesserunt. Hoc proxime excepit Peloponnesiacum.

b Sociale bellum Nepos in Iphicrate c. 3. & Chabria c. 4. memorauit. Scripsit fuse Diodorus Sic. 16,21. Durauit annos IV. Græce dicitur συμμαχικὸς πόλεμος.

Vltimum bellum Græciæ liberæ fuit a *Sacrum*, a Thebanis & sociis adversus Phocenses, templi Delphici expilatores, gestum, quo PHILIPPVS Macedoniæ rex auxilii specie, Thebanis contra sacrilegos ferundi, sic libertati omnium insidiatus est, vt contentiones ciuitatum aleret, & inferioribus auxilia ferendo, victos pariter victoresque regiam seruitutem subire cogeret, quod potissimum consecutus est b *Olynthi* excidio & prælio ad c *Chæroneam*.

Philippo in nuptiis filiæ interfecto, libertatis spe se Græci erigebant,

 quos

a Iustinus lib. 8. plenius scripsit belli huius originem. Græce ἱερὸς πόλεμος, Diodor. 16. 23.

b Diodor. 16, 54. Iustin. 8, 3. Demosth. in Olynth.

c Athenienses, Demosthenis excitati Philippicis, societate cum Bœotis inita, libertatem defensum ibant: sed victi Philippo principatum Græciæ cesserunt. *Diodor.* 16, 75. 76.

quos in ordinem *a* *Thebis* euersis redegit ALEXANDER filius, postea *Magni* nomen rebus ex gestis consecutus, qui compositis Græciæ rebus in Asiam transuectus, Darii copias, vltimi Persarum regis, ad flumen *Granicum* vicit, & in *Ciliciam* progressus cum ipso Dario conflixit, & Tyro stupendis operibus expugnata Alexandriam Ægypti condidit. Tandem omni orientis robore ad *Arbela* profligato, & Dario in suorum insidias illapso, ad Indum vsque & Oceanum profectus, barbarorum, quos vicerat, mores induebat, diuinis quoque honoribus expetitis. Babylonem vero regressus præmatura morte immoderatæ cum luxuriæ, tum crudeli-

a Thebani defecerant, cum Alexander in Triballis & Illyriis ageret, in quos ideo grauius animaduertit, ne quid metuendum in Græcia, in Asiam profecturus, relinqueret. Vrbs *κατεσκάφη diruta est*, ciues sub corona venditi, seruatis Macedonum hospitibus & familia Pindari poetæ. *Plutarch.* & *Arrian.* I.

delitatis, tum maxime diuinitatis adfectatæ, pœnas dedit.

Tum Græcorum monarchia in plura regna diuiditur, Macedonicum, Ægyptium, Syriacum & ſecundum nonnullos Aſiaticum.

Macedoniæ ANTIPATER, ſicut viuo Alexandro, ita quoque poſt fata eius præfuit, & bellum cum Athenienſibus a *Lamiacum* geſſit, quamuis inſi-

a *Alexandro mortuo Athenienſes, quod diu moliti fuerant, bellum Macedonibus pro libertate inferunt, pellectis in ſocietatem plerisque Græcorum Antipater, Macedoniæ præſes, acie victus* Lamiam, *quod Theſſaliæ oppidum eſt, confugit, & diu obſeſſus liberari non prius potuit, quam Leoſthene, Athenienſium duce, inter oppugnatores occiſo, auxilia tranſmarina aduenirent. His quoque Græcorum virtute profligatis, Craterus ex Cilicia cum veteranis euocatus res nutantes ſtabiliuit, & ſecundo prælio Athenienſium ſocios coegit, vt pacis leges ab Antipatro acciperent. Tandem quoque Athenienſes cedunt, cum in ſe ſolos, belli molem incumbere viderunt* Diodor. 17.111. & 18.9. ſeqq. Iuſtin. 13.5. *quanquam hic, in nomine oppidi errauit.*

gnia regni vel ARIDAEVS PHILIPPVS, vel huius æmula OLYMPIAS, Magni mater, tum temporis possideret.

Antipatro mortuo CASSANDER filius regnum inuasit sæuus in Alexandri matrem, *a* coniugés, filios. Post hunc DEMETRIVS Poliorcetes, Antigoni filius, Macedoniam occupavit, cui PYRRHVS Epirota eripuit, & huic LYSIMACHVS Thraciæ rex; Lysimachum vero SELEVCVS Syrus prœlio victum vita & regno exuit: Seleu-

a Cædem matris, vxorum, filiorum scripsit Iustinus 14, 6. & 15, 2. nominatim Pausanias in Bœot. p. 287. τοὺς παῖδας Ἀλεξάνδρου τόν τε ἐκ Βαρσίνης Ἡρακλέα, καὶ Ἀλέξανδρον τὸν ἐκ Ῥωξάνης ἀπέκτεινεν ὑπὸ φαρμάκων, *filios Alexandri, Herculem ex Barsine, & Alexandrum ex Roxane susceptos, veneno* Cassander *sustulit.* Hercules tum erat XVII annos Diodor. 20, 20; non XIV natus, vt habet Iustinus. In Olympiadis etiam supplicio dissensus, quod Pausaniæ est καταλεῦσαι *lapidibus obruere:* Iustino *confodere*, sicut etiam Diodoro, 19, 51. κατασφάξαι *iugulare.*

Seleucum PTOLOMAEVS [a] CERAVNVS post septem menses, qui in Lysimachi viduam, sororem suam, filiosque eius crudelis, a Gallis captus vitam ferro, vt meruerat, amisit, SOSTHENES Gallos compescuit, post mensium aliquot vel dierum reges, MELEAGRVM, & ANTIPATRVM, principatum adeptus. Macedonia enim [b] præda erat quorumuis inuadentium, & nomen solum Macedonici regni reliquum erat; virtus, quasi cum Alexandro exstincta, in dies decrescebat, vt ne parum sustineri hostes, ne dictam superari, potuerint. Poliorcetæ enim filius [c] ANTIGONVS GO-

[a] Ceraunus cognominatus διὰ τὸν ἄγαν τολμηρὸν, *propter summam audaciam*, Pausan. Phoc. pag. 335. Filius fuit Ptolomæi Lagi ex Euridice, quem pater emisit, vt alteri ex Berenice plus amata filio Ægypti regnum seruaret.

[b] Prædationes iam recensitas plenius narrauit Iustinus libris 16. 17. 24.

[c] Ἀντίγονος ὁ Γονατᾶς, *Polyb.* 2. 43. varia fortuna vsus. Primum eiectus a Ptolemæo Cerauno *Iustin.* 24, 1. iterum a Pyrrho, *idem* 25, 3.

NATAS, & nepos DEMETRIVS ægre regnum defendere Græcosque in fide tenere potuerunt: pronepos veró *a* PHILIPPVS hoc ſolo nomine illuſtris eſt, quod a Romanis victus fuit; & huius filius PERSES, quod ab Æmilio Paullo in triumpho ductus eſt.

Non autem gentis ſpiritus ſuppreſſi omnes erant, vt nihil negotii Romanis vltra faceſſerent. *b* PSEVDOPHILIPPVS enim, dubium liber an ſeruus, mer-

etiam a Pyrrhi filio 26.2. nihilominus aliquando recuperavit regnum (*ἀνεσώσατο τὴν ἀρχὴν*) *Pauſan. Attic. pag.* 15. Peloponneſios ſubegit, *Iuſtin.* 26. 1. Gallos cecidit, *c.* 2. cui victoriæ εὐκλεέστερον *glorioſe* immortuus, *Plut. in Agide p.* 819.

a Hic aliquamdiu ſub tutore ANTIGONO fuit, Spartanorum victore. *Iuſt.* 28. 3. & 4. qui Δώσων cognominatus eſt *ὡς ἐπαγγελτικὸς μὲν, οὐ τελεσιουργὸς δὲ τῶν ὑποσχέσεων* *quaſi promiſſor, non effector pollicitorum.* Plutarch. in Æmil. Paullo p. 258.

b Hunc & Cicero pro Muræna c. 14. *Pſeudophilippum* appellat. Ammianus Marcellinus lib. 14. extremo: *Fortuna Adramytenum Andriſcum, in fullonio natum, ad Pſeudophilippi nomen euexit.*

mercenarius certæ, Thraciæ viribus validus Romanum *a* prætorem profligauit, cui Q. Metellus, inde *Macedonici* nomen consecutus, catenas dedit, de eoque haud secus, ac vero rege, triumphauit. Ex quo tempore Macedonia in formam *b* prouinciæ Romanæ redacta fuit.

Hactenus Macedonum res in Europa: restant Ægypti, Syriæ, Asiæ regna, ab eisdem Macedonibus post Alexandri excessum instituta.

PTOLEMAEVS *c* LAGI filius (a quo commune *d* PTOLEMAEORVM & LA-

a Iuuentium prætorem, *Flor.* 2, 14. *Eutrop.* 4. 6.

b Perseo victo Macedonia ordinata quidem, non autem prouincia facta, sed libertati relicta fuit *Liu.* 45, 29. *Sigon. de Prou.* 1. 8. post Andrisci siue Pseudophilippi rebellionem libertas ademta.

c Dicitur etiam Ptolemæus *Soter*, quod cognomen ab Rhodiis accepit Pausan. Att. p. 7. καλοῦσι τὸν τοῦ Λάγου Σωτῆρα, παραδόντων Ῥοδίων τὸ ὄνομα.

d Singulis Ægypti regibus est *Ptolemæi* nomen: nos sola cognomina, quibus differunt, expressimus.

GIDARVM nomen est) primus post Alexandrum Ægypti rex, Cyrenis, Phœnice & Palæstina quoque subactis, ingentem *a* Iudæorum numerum in Ægyptum deportat, quos filius PHILADELPHVS *b* benignius habet, & bibliothecam *c* conquirens, diuinas scripturas, ab Iudæis adseruatas, *d* Græce conuerti iubet. Callinico EVERGETES *e* sororem vlturus Asiæ partem eripit, tandem ipse a filio PHILOPATORE, Antiochi magni ad Raphiam victore, sublatus. EPIPHANI Cleo-

a Iosephus 12. Antiq. c. 1.

b Iosephus 12. Ant. 1. ἀπέλυσε τῆς δουλείας, *libros esse iussit.*

c Studio & opera Demetrii Phalerei numerosissimam bibliothecam collegit. *Ioseph. c. l.*

d Falluntur qui Lagidæ siue patris auspiciis hunc versionem tribuunt, vel Irenæus & Clemens apud Scalig. in Eus. p. 122. & Philadelpho filio Iosephus c. l. & Aristobulus Peripateticus apud Euseb. Præpar. Euang. 13. c. 12. vindicant.

e Berenicen, sororem Ptolemæi, interfecerat Callinicus, *Iustin.* 27, 1. *Polyb.* 5. 58.

Cleopatra, Antiochi M. antea hostis filia, amissa in Phœnice & Cœlesyria a dotis nomine (dolo quidem soceri, sed irrito) reportat, quæ vt maiore in maritum quam patrem; ita minore in PHILOMETOREM filium pietate fuit, cui dum fratrem in successione præfert, parum abfuit, quin c Antiochus Epiphanes, quasi ab iniuria pupillum defensurus, tota pæne Ægypto potiretur, ab Alexandreæ obsidione Romani senatus auctoritate, quam d Popillius ostentabat, difficulter reiectus. Philometori regnum confirmatur: frater, qui PHYSCON postea & e EVERGETES II dictus fuit,

a Ioseph. 12. c. 3. Polyb. Leg. 82. Nuptias Raphiæ celebratas etiam Liuius memorat 35, 13.

b Hieronymus in Daniel 11.

c Polybius Legat. 81. seqq. Hieronymus in Dan. 11. ex Porphyrio.

d Cicero Phil. 8. c. 8. Liu. 45, 12. Vell. Paterc. 1, 10.

e Strabo l. 17. ὁ δεύτερος Εὐεργέτης, ὃν καὶ Φύσκωνα προσαγορεύουσι. Adde infra Tabulam Lagidarum.

a Cyrenas regundas accipit. Onias hoc tempore Iudæorum sacerdotio exclusus, in Æypto *b* templum patrio simile, permissu regis ædificat, quod CCXXII annos Iudæis Ægyptiis sacrosanctum fuit.

Adhuc patri in Ægypti regno semper filius successerat. Mortuo autem Philometore frater Physcon Cyrenis reuocatur, homo *c* impurus & multiplex patricida, quo exstincto APION nothus

a Non contentus Cyrenarum regno, Cyprum etiam fratri adimi, sibique dari ab senatu R. postulauit. *Polyb. Legat.* 113. non autem impetrauit, senatu quidem concedente, e cuius re erat potentiam diuidi: repugnante autem fratre, *Legat.* 115. 116. 117. & bello ad æquitatem animi adigente, *Diodor.* in Excerpt. Vales. pag. 386.

b In tractu Heliopolitano, loco, qui inde Onion dictus fuit. Dirutum & sub Vespasiano. Vid. Iosephus 7. Bell. Iud. c. 37. Gr. (30. Lat.) & 13. Antiq. Euseb. in Chron. cum notis Scal. p. 132. Hieronymus in Dan. 11. 14.

c Impuritates huius monstri, non hominis, & inaudita parricidia scripsit Iustinus 38, 8.

nothus Cyrenaicum possidet: ex regio *a* matrimonio LATHVRVS inuita matre Ægypto imperat, eiusque odio *b* expulsus ALEXANDRO, minori fratri, aut matri potius Cleopatræ, regno cedit quod ab ipso quem amauerat, filio necata iterum possidendum Lathuro relinquit. In huius filios non pari adfectu Romani sunt, maiori, *c* DIONYSO, AVLETAE cognomine, regnum, quo *d* exciderat, per *e* Gabinium restituen-

a *Aut incestu potius.* Cleopatra enim Philometoris filia, quæ matrem ex toro Physconis, vitrici sui, expulerat, Lathurum & Alexandrum impurissimo Physconi peperit *Iustin.* 39.4.

b Iustin. 39. c. 4. & 5.

c Dionysus, non Dionysius scribendum, idque ad Auletam nomen, non ad filium, cui vulgo tribuitur, pertinere, e nummis Spanheimius vir summus probauit p. 399. 400.

d quia immensis profusionibus laborauerat, vt amicus & socius P.R. appellaretur. *Dio Cass.* *lib.* 39.

e Gabinius Syriæ præses, fauente Pompeio, reduxit regem. *Strab.* 12. *Appian.* *Syr.*

tuentes: minori PTOLEMAEO lege *a* Clodia auferentes regnum Cyprium. Auletæ filius PTOLEMAEVS puer, sub rectore eunucho, Pompeium, de patre bene meritum, trucidari iubet, & a Cæsare victus, vitam in *b* Nilo, merso nauigio, finit. Ab huius sorore CLEOPATRA, Antonii amoribus famosa, Ægyptium regnum, vt præmium belli Actiaci, ad Augustum Cæsarem translatum, prouinciæ Romanæ accepit formam, cum *Cyrenaicam*, & ipsam olim Ægyptii iuris, dudum Romani testamento *c* APIONIS possedissent.

Plu-

a Cicero pro Domo sua cap. 8, *lege nefaria Ptolemaeum, regem Cypri, fratrem regis Alexandrini, eodem iure regnantem, caussa incognita, publicasses populumque Rom. scelere obligasses.*

b Vide Eutropium 6, 17. cum notatis.

c Apion rex, nothus Physconis, de cuius testamento adi, si placet, Eutropium 6. 9. & Valesii notas ad Ammian. 22. extrem.

Plures *a* SELEVCIDARVM, quam Ptolemæorum, hoc est Syriæ, quam Ægypti, reges progressu temporis fuere: citius vero Syria Romanorum potestati concessit. Cum SELEVCVS *b* NICATOR, qui conditor regni fuit; & filius ANTIOCHVS *c* SOTER imperarent, totus pæne oriens subiectus Syriæ erat: sub nepote ANTIOCHO *d* THEO, rebellarunt

a Ex Seleuci Nicatoris primi regis nomine, omnes Syriæ reges *Seleucidæ* dicti, plurimisque vel Seleuci, vel Antiochi nomen fuit, illud ex patre, hoc ex filio desumtum.

b Nicator in nummis: non Nicanor, vt vulgo scribunt. *illustr. Spanhem.* p. 85. & 375. & *Vales. ad Ammian.* 14.

c Σωτὴρ dictus, quod Gallos in Asiam se diffundentes represserat. *Appian. Syr.* Idem cognomen est etiam Demetrii I in nummis apud Vaillantium.

d Θεὸς *Deus*, a Milesiis vocatus, quos tyranno liberauerat. Sed plures in nummis hoc cognomentum habent, Epiphanes & Antiochus VI. vid. Vaillantii Reges Syriæ. Sub hoc tertio rege initia defectionis Parthiæ ponunt Scaliger Isagog. p. 133. & Vaillant. p. 49.

runt Parthi, & cum filio eius SELEVCO CALLINICO, *a* fraternis discordiis vexato, iam prœlio certare ausi, nouam constituerunt rempublicam. SELEVCVM CERAVNVM, Callinici filium, in bello *b* Attalico exstinctum, frater ANTIOCHVS excepit, MAGNVS cognomine, victor *c* ACHAEI cognati sui, sed victus a Philopatore Ægyptio rege ad *d Raphiam*;

a Frater Antiochus HIERAX, Iustin. 27. 2. & 41. 4. De Arsace, auctore defectionis, consulatur Strabo lib. 11.

b Attalo Pergameno bellum facturus, δολοφονηθείς *fraude & veneno* periit, cum Taurum transgressus esset. *Polyb.* 4, 48. Cognomen CERAVNI solus Hieronymus addit in Dan. 11.

c ACHAEVS Seleucidarum συγγενὴς *cognatus* Asiam cis Taurum occupauerat, *Polyb.* 4, 48. & *lib.* 8. *c.* 17. captus supplicio adficitur. *c.* 18. Nummus Vaillantii: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΧΑΙΟΥ.

d Raphia Palæstinæ, Ægypto proxima, sine prima Cœlesyriæ ex Ægypto venienti, *Polyb.* 5, 80. Prœlium ingens scripsit idem *c.* 82, 83. & Strabo memorauit l. 16.

phium; ab Romanis sæpius, & omni [a] cis Taurum Asia multatus. Qui sequuntur, solis cladibus, aut malefactis, aut fictis nominibus fere noti sunt. SELEVCVS enim PHILOPATOR & ANTIOCHI, [b] EPIPHANES ac EVPATOR, & DEMETRIVS quam iniqui Iudæis fuere, expilatores templi, ad profanos ritus & ceremoniam coactores? Duo ALEXANDRI, [c] BALA & ZEBINA, [d] genus mentiti sunt: TRYPHON ex tutore oppressor pupilli factus: DEMETRIVS NICATOR a [e] Parthis captus;

[a] Liuius, Appianus, alii consulantur.

[b] Quod Cl Vaillant in nummis obseruauit, plures sunt *Ἐπιφανεῖς*. Antiochus IV, VI, VIII, XI, XIII. etiam Seleucis VI, Heic potissimum VI. intelligitur.

[c] *ὁ Βαλᾶ* rectius, quam *Veles* dicitur: in nummis etiam *Θεοπάτωρ*.

[d] Iustinus 35, 6. & 39, 1.

[e] Captus videtur ab Arsace V. siue Mithridate, & in Hyrcaniam missus: post regis filiæ matrimonio honoratus: dimissus a Phraate successore. *Iustin.* 35. *c.* 38. 10. 39. 1. *Epit. Liu.* 52.

ptus: frater ANTIOCHVS SIDETES ab eisdem *a* victus acie, sibi manus intulit. Reliqui Antiochi GRYPVS, CYZICENVS, & horum filii, fraternis discordiis attriti, prout quisque partem regni occupauerat, diademate sumto contra fratres se & agnatos tuebantur, donec Syri bellorum ciuilium pertæsi, *b* TIGRANI Armeniæ regi se dediderunt, quem Lucullus eiecit, Antiocho ASIATICO, PII filio, regnum restituturus, cui Pompeius vt indigno ademit, & prouinciam fecit Romanam; sola *c* Commagene Antiochis relicta, in qua ad Vespasiani vsque tempora regnarunt.

Eadem expeditione Pompeius in ordinem Iudæos redegit. E Babylonia

a A Phraate, Parthorum rege sexto. *Vaill.*

b Iustin. 41. Appian. Syr.

c Commagenus Antiochus primus vel is est, quem Pompeius indignum habuerat, vt toti Syriæ præesset: vel alius Seleucidarum stirpis & familiæ Pompeius addidit Seleuciam, castellum trans Euphratem. *Strab.* 16.

lonia reducti sub Persarum imperio suis legibus vtebantur, & ab Alexandro, Asiam Persis eripiente, in *a* fidem accepti, Lagidarum regni post mortem istius, deinceps Syriaci Antiochorum accessio fuerunt, bellis inter vtrosque reges de *b* Cœlesyria susceptis misere, adflicti. Tandem excusso Macedonico iugo libertatem tueri Hasmonæis ducibus cœperunt, *c* Romanorum Spartanorumque societate firmati. Inprimis IVDAS cum fratribus, eisdemque successoribus *d* SIMONE & IONATHA, & Simonis

a Iaddum pontificem cum sacerdotibus & vrbana multitudine obuiam processisse Alexandro, & benigne ab illo habitum, tradit Iosephus II. Antiq. c. 8. Quo *obuios cum infulis Orientis reges* referunt ex Iustini XI. 10.

b Legationibus & bellis contenderunt Syri & Ægyptii reges de Cœlesyriæ possessione, *Polyb. Legat.* 71, 72. 82. *& lib.* 5. *c.* 3. quo etiam prœlium ad Raphiam *ibid. c.* 86. & alterum ad Paneada. *Legat.* 72. pertinet.

c I. Maccab. cap. 8, 12. & 14.

d Ionathas ante Simonem imperauit, *Ioseph.* 13, 11.

nis *a* filius IOANNES HYRCANVS, *b* templi Samaritici in monte Garizim euersor, patrias leges atque ceremonias propugnarunt, cum Syriæ Demetrius ac Sidetes; Ægypti rebus Euergetes II præessent. Ioannis filius ARISTOBVLVS regium nomen & insignia sumsit, sine quibus principatum adhuc pontifices gesserant: post cuius fratrem IANNAEVM, qui & ALEXANDER est, SALINA, eademque *c* ALEXANDRA, a morte mariti IX annis regnauit, sacerdotio in filium HYRCANVM collato, cui matre defuncta ARISTOBVLVS, minor natu frater, & re-

a Filius non frater, vt Scaligeri Isagoge habet p.15. Vid. Ioseph. l.13. c.14.15.

b Sanballet permissu Alexandri M. genero suo pontifici, Hierosolymis ob vxorem alienigenā eiecto, templum in monte Garizim, Samaritanis sacro ædificauit: quod post CC annos Hyrcanus destruxit. *Ioseph.* 11. *c.* 8. & *lib.* 13. *c.*17.

c Salina Alexandra, Iannæi vxor, videri potest eadem, quæ Salome Alexandra, vidua Aristobuli primi regis, *Ioseph.*13.20. sed diuersa est Vsserio p.125. ad A. 3892.

regnum & ſacerdotium *a* ereptum ibat, quam controuerſiam Pompeius diremit, & *b* Ariſtobulo catenis vinčto, Hyrcanum ea lege regnare permiſit, vt in fide & clientela Romanorum maneret.

Hactenus de Rebus Syrorum. Quod *Ponti* & *Aſiæ* regnum ANTIGONVS, *c* Eumene victo, inſtituerat, in eius filio DEMETRIO POLIORCETA exſpirauit, prouinciis partim ad Syros translatis, partim regulorum dominationi concedentibus donec *ſingulæ* in Romanorum poteſtatem venirent.

Nam

a Immo eripuerat maiorem partem, μικρὸν μέρος τῆς χώρας, *exiguam regionis partem* fratri reliquens. *Ioſeph.* 14. 5.

b Ariſtobulus Romæ in triumpho ductus. *Eutrop.* 6. 13. aufugit in patriam, captus a Gabinio remittitur Romam, *Ioſeph.* 14, 11. *Dio* 39. *p.* 117. dimiſſus a Cæſare *Dio* 41. *p.* 161. veneno ſublatus a Pompeianis, *Ioſeph.* 14, 13. Neque hic, vt Dio habet l. 48. in nomine errans, ſed filius Antigonus a Parthis in regnum auitum deductus eſt.

c Corn. Nep. in Eumene c. 8.

Nam *a* MITHRIDATES, vir regii generis, e Persia oriundus, ab Antigono vitæ seruandæ caussa in Cappadociam profugit, & castello munito regni Cappadociæ & *Ponti* fundamenta iecit. Quartus ex posteris successor *b* PHARNACES cum Eumene & Ariarathe bellum gessit: quintus *c* MITHRIDATES EVERGETES, contra *d* Carthaginenses, missis aliquot nauibus, auxilium tulit, amicus & socius Romani populi, cui filius MITHRIDATES EVPATOR siue DIONYSVS, finitimis oppressis, per *e* triginta pæne annos bellum fecit, a Syl-

a Appianus in Mithridaticis.

b De hoc Pharnace Diodori excerpta a Valesio edita p. 302. Pacificationem post bellum Eumenis & Ariarathis Polybius Legat. 59. scripsit.

c Numerus est Appiani: ἕκτος ἀπὸ τοῦ πρώτου Μιθριδάτου, ὃς Ῥωμαίοις ἐπολέμησε, *sextus a primo Mithridate, qui bellum intulit Romanis.*

d Bello III. Punico.

e XL. annos Florus habet 3. 5. XLII Appianus principio Mithridatici; Iustinus 37, 1. XLVI.

a Sylla & Lucullo aliquoties fractus, a Pompeio tandem *a* nocturna pugna debellatus, qui Pontum *b* Bithyniæ prætori, imposita prouincia, subiecit. Ciuili Romanorum bello *c* PHARNACES, Bosporanus rex, Mithridatis filius, inuasit Pontum, post breuem eius fructum a Cæsare *d* oppressus. Antonius III vir *e* DARIVM Pharnacis filium, & intra paucos annos *f* POLEMONEM, Ciliciæ toparcham,

C

XLVI. Plinius 7. 26 ex veteri inscriptione, & Orosius 6, 1. XXX; ex Bongarsii calculo (ad Iustin.) sunt XXIX; ex Vsserii, XXVI. Rotundus numerus XXX.

a Eutropius 6, 10. ex Plutarcho, Dione, Floro, quos adnotauimus.

b Dio Cass. lib. 37. in summar. & Appianus Mithrid. extrem.

c Huic Pharnaci, patris proditori, Pompeius μισθὸν μιαιφονίας *præmium parricidii*, regionem ad Bosporum Cimmerium regendam dederat. *Dio Cass.* 37.

d Appian. Mithrid. extr. Flor. 4. 1. Eutrop. 6. 17.

e Appian. 5. Ciuil. B.

f Dio Cass. 49. Hinc *Pontus Polemoniacus* dictus.

parcham, Zenonis rhetoris filium, Ponti regem constituit, quo apud Scythas interfecto *a* PYTHODORIS vidua, Archelao post nupta, non male regnum administrauit, a qua filius POLEMO accepit, quo tandem concedente, in *b* prouinciæ formam a Nerone iterum redactum fuit.

Nec *Pergamum* cum circumiecta regione suis regibus caruit. *c* PHILETAERVS, gazæ Lysimachi custos, auctor regni in hac Asiæ parte fuit, & viginti annis imperio vsus, *d* octoginta natus EVMENI fratris filio reliquit, quas occupauerat, possessiones, cui post XXII annos ATTALVS, frater patruelis, successit, Romanorum contra Philippum socius atque amicus. Hic fuso Galatarum exercitu omni-

a Strabo lib. 12.
b Suetonius Ner. 18.
c Pergamenorum regum genealogiam Strabo tradidit lib. 13.
d Lucianus in μακροβίοις.

omnibus dignus visus est, qui *a* regio iure & nomine vteretur. Decessit annos natus magis LXX, cum *b* XLIV prudenter & magnifice regnasset. EVMENES filius in bello Antiochi societatis Romanæ amplum præmium, *c* Asiæ partem regi cis Taurum ademtam, & in Europa Chersonesum accepit. Cum sero genuisset, quem regno destinaret, ATTALVM fratrem infanti filio tutorem constituit, qui regnum annis viginti & vno administratum minori ATTALO, fratris filio *d* summa fide reddidit: hic post quintum annum moriturus populum

a Liuio 33. 21. & Straboni c. l. hic primus cœptus ex hac gente rex appellari, quod de illustri splendore interpreteris, Antecessores non prorsus hoc honore abstinuisse, nummus ΦΙΛΕΤΑΙΡΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ probare videtur. Ab illis tamen abest βασιλέως. Spanh. p. 468.

b Liuius loco cit.

c Liuius 38. cap. 39. nominatim recenset. Strabo itidem lib. 13.

d Quod laudat Plutarchus lib. περὶ φιλαδελφίας. Hic Attalus *Philadelphus* dictus.

pulum Romanum *a* bonorum suorum heredem fecit.

Bithynia quoque, exuto jugo Macedonum, proprios reges habere cœpit, quorum notissimus est PRVSIAS, Eumenis hostis, qui victo vxoris fratre Perse, rege Macedoniæ, *b* ridendo habitu Romanorum amicitiam impetrauit, postea a filio NICOMEDE, iuuante Attalo Pergamenorum rege, nec inuito populo, *c* interfectus. Nepoti NICOMEDI, qui PHILOPATOR dictus est, regnum Romani confirmarunt, ab iniuria *d* Mithridatis egregie defendentes, cuius ille beneficii memor, cum sine liberis decederet, Romanum populum testamento *e* heredem scripsit.

a Florus 2, 20. Eutrop. 4, 8, 6.

b Pileatus, capite raso alioque maiestate sua indigno habitu obviam iuit Romanis legatis, libertum se populi Rom. esse dicens. *Polybius legat.* 97. *Liuius* 45. *extr.*

c Pergami interfectum tradit epit. Liuii 50. Nicomediæ, Appianus in Mithrid.

d Patris Nicomedis socius Mithridates, *Iustin.* 37, 4. idem filii hostis, 38, 3.

e Eutrop. 6, 5, 1.

Paphlagonia res incertæ & perobscuræ sunt. Non repetimus PYLAEMENEM *a* Homeri, nec CORYLAM aut OTYN *b* Xenophontis, neque *c* THYVM rebellem a Datame oppressum: soli nobis curæ sunt, qui bellis Romanis interfuerunt, saltim illorum historiam illustrant. *d* MORZES quidam Paphlagonibus imperabat, cum Antiocho victo consul Manlius bellum inferre Galatis. *e* PYLAEMENES Romanos iuuit, de Attali hereditate cum Aristonico certantes. *Illius forte filius est, & ipse* PYLAEMENES nomine, quem Romani, *a*

 a Mithri-

a Iliad. β v. 851.

b De Exped. Cyri libri 5. lib. 4. Rer. Græc. ineunte.

c Corn. Nepos in Datame.

d Liuius 38, 26. cum Sigonio notatis. Strabo 12. pag. 387. de vltimo Paphlagonum rege: τὸ Μορζέους βασίλειον ἔχων τὰ Γάγγρα.

e Hic fortassis est, cuius nummum Cl. Faschius exponit, inscriptum ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΙΛΑΙΜΕΝΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ. De Romana societate Eutropius 4. 9. consulatur.

a Mithridate eiectum, non semel restituerunt, eiusdemque b liberis, ATTALO & PYLÆMENI, finito Mithridatis bello, c partem in mediterraneis regendam dederunt, reliquis partibus ad Bithyniæ prouinciam vna cum Ponto adiudicatis. Regulorum postremus d DEIOTARVS fuit, PHILADELPHVS cognomine, Castoris illius filius, qui auum e Deiotarum apud Cæsarem accusarat, quo defuncto, nec f alia regum superstite prole, Augustus totam Paphlagoniam Bithyniæ, vt partem prouinciæ Romanæ, adiecit.

Cili-

a Eutropius 5, 3, 10. Sex. Rufus cap. 11.

b Ita Eutropium interpretamur 6, 11, 5. Doctiss. Anna Fabri, *e familia regum Paphlagonum*. Solum Attalum habet Appianus Mithr. extr.

c Strabo 12. 373. ed. Casaub.

d Strabo 12. p. 387.

e Cicero pro Deiotaro cap. 11. Suidas in Κάστωρ, qui vero in eo errat, quod Castorem regis generum vocat, qui filius generi erat secundum Ciceronem.

f Strabo cit. loco.

Cilicia Syris olim Ægyptiisue regibus parebat, quorum mutua clade factum, vt libertatem circumſpiciens, in nouos tyrannos inciderit. *Campeſtrem* enim *a* TIGRANES inuaſit eo tempore, quo *b* Seruilius Pamphyliam & Iſauriam ſubegit, *Tracheam* tenebant prædones, ex arcibus ſuis, tanquam ex ſpecula, mediterraneo mari, quam longum eſt, inſidiantes, quos Pompeius perdomuit, regionemque prouinciæ Campeſtri, quam a Mithridatis milite, *c* vacuefactam Romani occupauerant, adiecit. Aucta prouincia *d* Cypri acceſſione, aliisque *e* diœceſibus Pamphyliæ, Iſauriæ, Piſidiæ, Lycaoniæ, cum parte Phrygiæ Maioris. Rectam aliquandiu

a Appianus Mithrid. p. 155. Gr. eiecto Antiocho Pio occupaſſe tradit.

b Hen. Noris Cenotaph. Piſ. p. 215. vulgarem errorem, quaſi Seruilius Ciliciam domuerit, refutat, cum vrbes, quas cepiſſe dicitur, omnes ſint extra Ciliciam.

c Plutarch. in Pomp. & Noris c. l.

d Cicero lib. 1. epiſt. 7. & lib. 13. ep. 48.

e Cicero 13. epiſt. 67.

diu proconſulari imperio, Antonius III vir mutilauit, Cleopatræ *a* Cypro & Trachea donatis: Campeſtri addicta legato Syriæ: parte etiam *b* Polemoni data, quam cum Pontico regno ſequenti tempore permutauit.

Reguli ſucceſſere, diuerſis Ciliciæ partibus pro Cæſarum arbitrio imperantes. *c* TARCONDIMOTVS, oppreſſis *d* tyrannis, qui montana extra prouinciam tenebant, ita potentia creuerat, vt ab Romanis *e* rex & amicus appellaretur: qui Antonium ſecutus ante pugnam Actiacam *f* Agrippæ ferro occubuit. Victor Auguſtus

PHI-

a Plutarchus in Anton. p. 931.

b Appian. 5. Ciuil.

c Plutarcho Ταρκόνδημος, Straconi Ταρκοδήμεντος; nomen verum Ciceroni, Dioni, Floro *Tarcondimotus* eſt. De Regno eius Plutarchus in Anton. p. 944. ὁ τῆς ἄνω Κιλικίας βασιλεὺς, *ſuperioris Ciliciæ rex.*

d Strabo lib. 14.

e Cic. lib. 15. epiſt. 1. *fideliſſimus ſocius trans Taurum, amiciſſimusque populi Romani* Tarcondimotus *exiſtimatur.*

f Dio Caſſius lib. 50.

PHILOPATOREM, patris successorem, *a* regno multauit, quod post decem annos fratri, *b* TARCONDIMOTO minori, *c* maritimis demtis, reddidit, quanquam eundem PHILOPATORA repetiisse, vel alium huius nominis successisse, ex *d* Tacito videtur probari. Partem regni *e* AMYNTAE, quam ARCHELAO Augustus dederat, mari adiacentem:

C 5 C. Cæ-

a Dio Cassius lib. 51. 2.

b idem Cassius lib. 54.

c ibidem Dio: πλὴν παραθαλασσιδίων τινων.

d Tacitus 2. Annal. 41. n. 8.

e Amyntas, Deiotari successor, ab Antonio accepit Galatiam, cum Lycaoniæ Pamphyliæque partibus: Isauriam quoque subegit & Licaoniæ reliquum Antipatro Derbæo, Ciceronis amico, 13. *epist.* 73. per insidias oppresso Strabo lib. 14. Asperam Ciliciam addit, excepta Seleucia. Amynta in bello contra Homonodenses, occiso Augustus eius regnum prouinciam fecit, Cilicia Aspera excepta quam Archelao Cappadoci donauit. Vid. Dio lib. 49. Strabo lib. 12. & 14. & lib. 17. extr.

C. Cæſar *a* ANTIOCHO COMMAGENO donauit. Per idem tempus *b* POLEMO quidam, Ciliciæ rex præputio poſito, Berenicen, Agrippæ maioris, Iudæorum regis, filiam duxit. Alii quoque *c* reguli, ſed ignobiles, Ciliciæ partibus tamdiu præfuerunt, dum *d* Veſpaſianus in vnam prouinciam cogeret, quæ ſinguli adhuc minora regna poſſederant.

Cappadocia permultos ARIARATHAS numerauit, impatiens, ſi qua gens alia, dominationis Macedonum. Alexandro Aſiam inuadente *e* intacta manſit, nihilominus Eumeni adiudicata, cum prouincias Alexandri duces diſtri-

a Dio l. 59. p. 645. *τὰ παραθαλάσσια τῆς Κιλικίας maritima Cilicia* illi Antiocho adieciſſe Caium ſcribit, cui ipſe Commagenem reſtituerat.

b Ioſephus 20. Antiq. cap. 5.

c Tacitus 2. Annal. c. 78. n. 4.

d Suetonius cap. 8. Eutrop. 7. cap. 13.

e Corn. Nepos in Eumene c. 2. Plutarchus in Eumene p. 584. *οὔπω τότε Μακεδόνων ὑπακούουσαν nondum Macedonibus ſubiectam* Eumeni adſignatam partem eſſe.

distribuerent. Acie fudit cum Eumene Perdiccas *a* ARIARATHEM regem, sed inter ciuiles Seleuci & Antigoni motus recuperauit *b* filius ARIARATHES, quod pater regnum amiserat, idque filio suo ARIAMENI tutum pacatumque reliquit. Hoc genitus fuit ARIARATHES, qui Antiochi Dei, Syrorum regis, gener factus, regnum affinitate stabilitum habuit, quod filius ARIARATHES connubio ANTIOCHIDIS Antiochi *Magni filiæ*, magis confirmaturus, vt eueutus *probanti*, parum abfuit, quin amitteret. Nam soceri partes in bello Romano secutus, vix Eumenis gratia, cui filiam despondebat, impetrauit, vt *c* multa irrogata minueretur. Callida etiam vxor, cum libe-

a Diodor. Sic. in fragmento lib. 31. quod Photius Patriarcha Biblioth. cod. 244. seruauit. Plutarchus c. l. Iustin. 13. 6.

b Diodor. Sic. c. l. cuius etiam sunt, quæ de nepote, pronepote & abnepote narramus.

c Liuius lib. 38. c. 39. Appianus in Syr.

ris careret, duos *a* pueros ſuppoſuit, regieque, quaſi filii eſſent, educauit, quorum alter Orophernes vel Holophernes fax turbarum non leuium inſecutis temporibus exſtitit. Tandem ex ipſa Antiochide rex filium ſuſcepit, quem MITHRIDATEM primum, dein cum adoleſcet, ARIARATHEM parentes appellarunt, pietas *c* PHILOPATORIS cognomentum addidit: qui cum patri ſucceſſiſſet, ab *d* OROPHERNE, ſuppoſititio fratre, Demetrii Soteris adiuto copiis, paterno regno pellitur. Nec æqui iudices *e* Romani ſunt, plus Deme-

a Diodor. c. I.

b idem Diodorus apud Photium.

c Φιλοπάτωρ κληθεὶς, Diodor. in Excerpt. Valeſ. p. 325. Noluit enim regnum a patre viuo oblatum accipere, mortuumque μεγαλοπρεπῶς ἔθαψε, *magnifice ſepeliuit:* etiam matris & ſororis oſſa ad regiam ſepulturam Antiochia reportari curauit. *Diodor. apud Phot. & Polyb. Legat.* 112.

d Appianus in Syriacis, & Diod. in Valeſ. Excerpt. 335. Iuſtin. 35. I.

e Polyb. Legat. 126.

Demetrii gratiæ, quam bonæ caussæ Ariarathis dantes adeo, vt *a* diuisionem regni senatus decreuerit. Tandem vero *b* Romanis auspiciis, ductu & ope *c* Philadelphi Attali Ariarathes restitutus fuit, & breui post tempore, cum auxilium Romanis contra Aristonicum ferret, mortem *d* occubuit. Vidua LAVDICE, vt nemine interpellante regnaret, *e* quinque filios, horrendum scelus! veneno tollit, vix vno seruato ARIARATHE, qui post matrem, ciuium tumultu oppressam, regnans, a *Mithridate*, Ponti rege, *f* insidiis necatur, qui vt *g* NICOMEDEM Bithynum, regni & matrimonii inuasorem, speciosius eiiciat, interfecti a se regis & sororis suæ filium ARIARATHEM regno impo-

a Zonaras T.2. p.110.
b Epitoma Liuii 47. *a senatu restitutus est.*
c Diodor. in Exc. Valef. p.169.
d Iustinus lib.37. c.1. num.2.
e Iustinus c.l. num.4.
f Iustinus l.38. c.1. *per Gordium insidiis occiderat.*
g Iustinus c.l.

nit, mox controuersia mota *a* insidiose colloquio confodit, & ne vacua Cappadocia sit, cui diu inhiauerat, filium suum, quem ominis caussa ARIARATHEM nominat, sub rectore Gordio regem constituit, quos dum nolunt Cappadoces ferre, interfecti fratrem ex *b* Asia reducunt, qui inde ARIARATHES ASIATICVS appellatus fuit. Hoc quoque Mithridatis fraudibus sublato, ipse & Nicomedes in senatu Romano certant, *c* fictis & suppositis heredibus, quorum litem vt declinent Romani, vtroque rejecto, Cappadoces liberos esse iubent, qui vero insueti libertatis de senatus Romani sententia ARIOBARZANEM sibi praeficiunt, cui procellis *d* Mithridatici belli varie iactato, regnum Pompeius confirmat, quod ille filio ARIOBARZANI in conspectu

a Iustinus c.1. num.9.
b Iustinus 38. c.2.
c Iustinus c.1.
d Cicero pro lege Manil. Appianus in Mithrid. Appianus Mithrid.

ctu Magni *a* concedit, in cuius locum (nam C. Cassius *b* sustulerat) *c* ARIARATHES frater sufficitur, quem Antonius *d* euertit, in *e* SISINNAM quendam, cuius matrem amabat, regnum Cappadociæ transferens, qui vero per Ariarathem nihil tutum habuit. Antonius eiecto rursus *f* Ariarathe imposuit ARCHELAVM, quem Tiberius demum post quinquaginta annos *g* euocauit, vt regnum in prouinciæ formam redigeret.

Hæc de maiore Cappadocum regno

a Valer. Max. 5. 7.

b Cassius immissis equitibus hunc Ariobarzanem II oppressit ὡς ἐπιβουλεύοντα Κασσίῳ *tanquam insidiantem Cassio*, Appian. 4. B. Civ. At Dio Cassius l. 47. ait, occisum esse, quod noluerit Cassio & Bruto συμμαχῆσαι, sed potius medius manere. Hinc Ariobarzanem Cicero 15. epist. 2. *Eusebem & Philorhomaeum* appellat.

c Cicero c. l.

d Dio Cassius 49.

e Appianus 5. Ciuil.

f Dio Cassius lib. 49.

g Tacitus 2. Annal. 41. Sueton. c. 37. Eutrop. 7. 6.

gno sufficiant: minores dynastias excutere vix precium operæ erit, nec, si foret, id facile perficietur in tanta historiarum obscuritate. Vnam non prætereundam censemus, quæ *a* LYCOMEDIS fuit, quam post Actiacam pugnam Lycomedi ablatam in *b* MEDEVM quendam Augustus victor transtulit.

Galatarum gentem, quæ Asiam invaserat, Vulso Manlius post bellum Antiochi, *c* quasi socios eiusdem, labore multo domuit. Inde *d* regulis relictam Pompeius Mithridatis victor, *e tetrarchis* dedit, e quibus DEIOTARVS, *f* oppressor ceterorum, ad

a Dio Cassius ineunte libro 51. vocat Λυκομήδην ἐν μέρει τῆς Καππαδοκικῆς Πόντου βασιλεύοντα, *Lycomedem in parte Cappadocici Ponti regnantem.*

b Medeum successorem Græce Μηδεῖον scribit. An idem, qui lib. 54. Μῆδος dicitur Armeniæ rex minoris?

c Florus in bello Gallogræco.

d Liuius lib. 38. 40.

e Appianus in Mithrid.

f Hirtius B. Alexand. c. 67.

ad se cuncta abripiens, fide in Romanos meruit, vt Mithridate debellato *a* Armenia minore auctus, rex & amicus populi Romani appellaretur. Cui Cæsar dictator ademit vnam tetrarchiam, & *b* MITHRIDATI PERGAMENO dedit, quem, victo Pharnace, Bospori Cimmerii regem fecerat. Deiotaro *c* AMYNTAS, scriba eius & copiarum dux in Pharsalico, fauore Antonii successit in Gallogræcia, *d* adiectis Lycaoniæ Pamphyliæque partibus, nec minus Trachea Cilicia. Quo vita defuncto Augustus Cæsar *e* prouinciam fecit, quæ is possederat, demta Ciliciæ parte, quam adiecit Archelao; & vrbibus Pamphyliæ, quas liberas esse iussit.

Sic Græcorum imperio, cuius hæc rudera in Asia fuerunt, Romana potentia finem attulit.

a Hirtius Alex. c.67. Eutrop. 6.11.
b Hirtius B. Alexandr. extrem.
c Dio Cassius lib.47. Strabo lib.12.
d Prædiximus de Amyntæ regno p.59.
e Dio Cassius lib. 53. Eutrop. 7.5.

LIBER IV
DE REBVS ROMANORVM SVB REGVM ET CONSVLVM IMPERIO.

EVersis Troianorum rebus, vt *a* fama credidit, AENEAS post longos errores ex Africa in Italiam delatus, bello contra *b* Turnum & Mezentium gesto, domicilium ibi & *c* sedem fixit, cuius posteri in vrbe *Alba Longa* imperium diu tenuere. Ex his Rhea Siluia, a patruo Amulio Vestæ sacris addicta, ROMVLVM & RE-

a Dionysius Halicarn. l. 1. p. 43. οἱ μὲν οὐδ᾽ ἐλθεῖν Αἰνείαν φασὶν εἰς Ἰταλίαν ἅμα Τρωσίν, *quidam negant Æneam cum Troianis in Italiam venisse.* Id etiam doctiss. Bochartus in Epist. ad Segraisium, quam Cl. Schefferus latine vertit, argumentis haud contemnendis in dubium vocat. Dandum tamen est aliquid famæ & consensui antiquitatis, vt de Troiæ excidio prædiximus p. 23.

b Mezentius, rex Hetruscorum, auxilio venit Turno, Rutilorum principi, contra Æneam & Latinum, Aboriginum regem. *Liv.* 1. 2.

c Lauinium oppidum condidisse dicitur. *Liv.* 1. 1.

& REMVM gemellos (ignotum ex quo viro) peperit, quos *a* in Tiberim proiectos pastor quidam seruauit, educauitque. Adultiores facti prædando vitam tolerabant, & Remum ob id captiuum Romulus, occiso rege, liberauit; Albaque auo Numitori concessa nouam vrbem in loco, quo expositi educatique fuerant, cum fratre Remo condidit. Hæc ROMÆ parua initia fuere, cuius mœnia, cum vix ex humo surgerent, tanquam ludicro saltu violata, fratris sanguine ROMVLVS lustrauit, Romani regni inde ferociam auspicatus. Cum turbæ collectitiæ, cui Romulus imperabat, vxores deessent; virgines Sabinorum *b* Consualibus ludis rapuerunt, vnde bellum inter hos & Sabinos ortum, quod Sabinarum preci-

a In alluuie languidæ aquæ excurrentis ripam Tiberis. *Liu.* I. 4.

b Ludis Neptuno equestri solennibus, *Liu.* I. 9. Consualia, quasi Consi, consiliorum dei, ludos vocarunt.

precibus & intercursu *a* sedatum fuit. Tandem ciuitate in *b* curias & tribus distributa, electisque patribus, quos Senatum vocauit, Romulus incerto exitu in viuis esse desiit, in numerum deorum a posteris relatus.

Successit NVMA POMPILIVS e Curibus, Sabinorum vrbe, ad regnum euocatus; qui semibarbaram ciuitatem legum ac sacrorum constitutione temperauit, *c* annum in menses descripsit, & simulata Egeriæ nymphæ

a Pax conuenit: Sabini in ciuitatem geminata vrbe admissi: Tatius illorum princeps, vna cum Romulo regnauit, post quinque annos mortuus Romulo soli imperium reliquit. *Liu.* 1. 13. *Dionys.* 2. *p.*113. *seq.*

b In tres tribus populum diuisit; singulas tribus in decem curias. *Dionys. Hal.* 2. *p.*82.

c Romuli annus decem mensibus constabat: addidit duos Pompilius, vt annus ad cursum lunæ describeretur. Ouid, 3. Fast. 152.

Pompilius menses sensit abesse duos.

In Eutropio ergo pro *decem* videtur *duodecim* legendum ex Liu. 1. 19.

phæ familiari consuetudine, legibus suis auctoritatem addidit.

TVLLVS HOSTILIVS, tertius rex Romanorum, militiam ordinauit, armis iuuentutem exercuit, & ciuium numerum, Albanis victis, & vrbis pomœria *a* Cælii montis accessione auxit. Alba diruta de Sabinis quoque & Fidenatibus triumphauit.

ANCVS MARTIVS, Pompilii nepos, Hostilii successor, Tiberi ponte iuncto, Ostiensem coloniam condidit, animo futurum præsagiens, vt maris imperio Romani potirentur.

TARQVINIVS PRISCVS, mercatoris Corinthii filius, Anci filiorum tutor, fraude & ambitu regnum adeptus numero tum senatorum, tum tribuum aucto, vrbem lateritio muro

a Romuli ætate vrbi in Palatino ædificari cœptæ & Cælium & Quirinalem montem, postquam Sabini cum Tatio recepti essent accessisse Dionysius Hal. 2. p. 113. auctor est. Liuius autem Cælii accessionem sub Tullo, Albanorum victore, & Quirinalis, sub Seruio ponit. *lib.* I. 30. 44.

ro cinxit, & *a* Circo, ludis & triumphali ornatu, Etruſcis, Sabiniſque victis, nitidiorem reddidit.

SERVIVS TVLLIVS, quamuis ſerua natus, liberaliter populo imperauit, quem in cenſum retulit, in *b* claſſes & centurias digeſſit. Vrbi Quirinalem, Viminalem & Esquilinum, prolatis pomœriis, adiecit, foſſa & aggere muniit, Velentum quoque & Etruſcorum victor.

Vltimus regum TARQVINIVS SVPERBVS fuit, qui ſocero, vxore conſentiente, interfecto in ſenatores pariter atque ciues crudelis, Volſcos, Sabinos, Gabios vicit, & Capitolio de manubiis captarum vrbium extructo, ob filii ſtuprum, quod Lucretiæ intulerat, & vrbe & regno cum filiis eiectus eſt.

Liber-

a *Circo*, quem maximum dixere poſteri: *ludis* Magnis ſiue Romanis. *Liu.* 1. 35.

b Liu. 1. 42. Seruium vocat *conditorem omnis in ciuitate diſcriminis ordinumque, quibus inter gradus dignitatis fortunaque aliquid interlucet.*

Libertatis vindex potiſſimum Iunius Brutus fuit, primus ob id *conſul* electus, isque adeo ſeuerus, vt *a* filios quoque ſuos, quod regibus eiectis fauerent, publice virgis cœſos ſecuri percuſſerit, ſic populi libertati, quam ſuæ domui, amicior. Ager *b* Tarquiniorum, qui inter vrbem & Tiberim fuit, Marti conſecratus, Campo Martio nomen dedit.

Expulſos Tarquinios Porſena, Etruſcorum rex, vi & armis reſtituturus Romam transtiberinam diu tenuit, alteram quoque partem occupaturus, niſi Horatius Cocles, reciſo ſublicio ponte, retardaſſet, & Mucius Scæuola, manu in focum coniecta, hoſtes ad petendam pacem prodigioſe commouiſſet. Tarquinius ſpe omni reditus inciſa, *c* Tuſculum ad generum ſuum exulatum abiit.

Tunc

a Liuius lib.2. c.4.5.
b Liuius lib.2. cap.5.
c Liuius 2.15. Eutrop.2.10.

Tunc latius fines extendere, & cum finitimis acrius certare Romani cœperunt. Postumius dictator signa in *a* hostes iaculatus nouo *b* more ad victoriam suos accendit: Antiatium *c* spolia in suggestu fori Mænius suspendit: ille ab aratro dictator L. Quinctius Æquos & Volscos, Latinorum peruicacissimos, perdomuit: adversus Veientes gens Fabia coniuravit, *scelerata* nomine portam signans, quæ

a Hoc sæpius tentatum, prospero euentu, a Romanis, Freinshemius ad Flor. I. II. obseruavit.

b *Nouum* Florus vocat: sed a Seruio Tullio multis ante annis vsurpatum, docet Frontinus Strateg. 2, 8.

c Nauium rostra. Hinc *rostrorum* nomen & templi & suggestus celeberrimum. *Liu.* 8. 14. Ordinem Flori I. II. secuti sumus: quæ dubitari aut obiici possint, Freinshemius adnotavit.

d Carmentalis porta fuit, *Liu.* 2. 49. cui ex tristi euentu nouum nomen accessit, vt *scelerata* diceretur, sicut idem nominis impositum vico fuit *Liu.* I. 48. & campo 8, 15.

quæ in prœlium [a] trecentos dimiſerat, nunquam domum reuerſuros. Fabiorum genti vrbis Veientium excidio poſt [b] diuturnam obſidionem parentatum fuit.

Curſus imperii parumper *Gallorum* [c] *Senonum* incurſione ſuppreſſus. Hi enim exercitum Romanum non vincunt modo ad Alliam flumen, ſed ipſam quoque Romam, nemine defendente, ingreſſi, cædibus ac incendiis complent, ſola Capitolii arce

[a] Numerus rotundus pro CCCVI. Dionyſius in fabulis ponit, quod de vnico, qui ætatis cauſſa remanſiſſet, gentis nobiliſſimæ propagatore creditur. Inſtar prodigii enim eſſe dicit, hos trecentos fuiſſe omnes cœlibes, nec vel infantes pueros aut impuberes fratres habuiſſe. Vulgi opinionem ex eo natam exiſtimat, quod vnus forſan ex iis præ cæteris inclaruiſſet. Vid. lib. 9. p. 580.

[b] Liuius 5. 22. *decem æſtates hiemesque continuas circumſeſſa.*

[c] Senones non tranſalpini, quorum caput Agedincum erat: ſed horum coloni, ab Viento flumine ad Æſim ſub Adriatico habitantes. *Polyb. 2. 17. Liu. 5. 35.*

excepta, quam Manlio tuente sex mensibus obsessam expugnassent quoque, nisi nocturnas hostium insidias anser clangore prodidisset. Pertæsos obsidionis Gallos Camillus a tergo adeo cecidit, vt vrbis incendia Gallorum sanguine *a* restinguere videretur, & postea crescente Romanorum virtute omnes reliquiæ horum Senonum deletæ sunt, ne quis exstaret in ea gente, qui incensam a se Romam gloriaretur.

Post hæc non cum solis Etruscis, *b* Samnitibus, Latinis, sed exteris quoque & transmarinis gentibus bellari cœptum est, Tarentinis primum, qui Romanos legatos violauerant, PYRRHVM Epirotam in auxilium vocantibus. Is Romanos, elephantis territos,

a Flori hyperbole.

b Vnde quinquaginta annis bellum in Samnites gestum, nec sine clade & ignominia Romanorum, cum ad Furculas Caudinas sub iugum missi sunt. Emersit tamen Romana virtus, & in vltionem sui cunctas Samnii vrbes deleuit. *Liu.* 9.2. *Flor.* 1.16. *Eutrop.* 2.4.

tos, primum vicit; mox ipse victus & castris exutus; tamen non tam armis superatus, quam *a* iustitia Fabricii, Italia excessit.

Iam Italiam Romani subegerant, in eo occupati, vt trans mare quoque prorogarent potentiam. Sicilia vt proxima insula erat, ita fertilitate Romanos inuitabat tanquam horreum tantæ vrbis imperiique olim futurum. Partem eius tenebant Pœni, Romanis virtute non impares, nauigandi peritia etiam superiores, quos vt arcerent Romani ab locis Italiæ propinquis, in *b* Mamertina caussa inue-

D 2 nerunt.

a Eutropius l. 2. c. 7. & 8.

b Sub Agathocle merentes Campani milites Messanam Siciliæ fraudulenter occuparant, eiectis aut iugulatis ciuibus. Hi dicti Mamertini, aliquamdiu graues finitimis. Repressi vero a Syracusanis in factiones scindebantur, pars Carthaginienses aduocabant, quibus etiam arcem dederunt; pars petebant ab Romanis auxilium, quod hi miserunt Pœnorum metu vel inuidia, etsi iniustam vrbis occupationem non probarent. *Polyb.* I. c. 7. *seq.*

nerunt. Origo hæc *belli Punici primi* fuit, quo Romanus exercitus primum tentauit mare in Siciliam traiiciens, & *a* Hierone Syracuſano celeriter victo, apud Liparas Pœnorum claſſem fugauit partim, partim ſubmerſit.

Sic Sicilia potiti Romani in Africam traiiciunt, & M. Attilio Regulo duce valde premunt Carthaginienſes: ſed vertitur fortuna, & Lacedæmonio duce Xanthippo non vincunt modo Romanos Pœni, ſed ipſum quoque conſulem viuum capiunt, quamuis virtus illius neque carcere, neque ſupplicii atrocitate frangi, ne dicam vinci, potuerit. Regulum cunctis viribus vindicare Romani nitebantur, & poſt multa prœlia Lutatii cos. virtute eo res *b* adducta fuit, vt Carthaginienſes pacem a Romanis peterent, etiam

a Hiero prætor, iam recens ſalutatus rex ſocietatem cum Carthaginienſibus iniit contra Romanos. *Polyb. c.l.*

b ad inſulas Ægates contra Lilybæum, *Flor.* 2. 2. vel Æguſam, vt *Polybius* 1. c. 60. vocat, præcipuam forte Ægatum.

etiam duris sibi conditionibus inirent. Finitum sic est bellum primum Punicum, quod XXIII. annos habuerat, confestimq; Romanus miles Ligures, Insubresque Gallos sub Alpium radicibus domat, & de *Illyrica* gente legatorum violationem vlciscitur.

Post *a* quadriennii pacem nouum bellum cum Carthaginiensibus exoritur, cuius occasio fuit Saguntus socia ciuitas deleta, quam legatione primum, dein armis Romani vindicaturi in tanta pericula inciderunt, quanta nunquam antea *subierant.* ANNIBAL enim stupendo itinere per Alpes in Italiam profectus Romanum exercitum apud *Ticinum* Insubriæ. Deinde apud *Trebiam* fluuium, iterum ad *Trasimenum* lacum, porro apud *Cannas* Apuliæ vicum cecidit, quæ vltima clades XL millia ciuium interemit. Tam consternati Romani omnes

 erant,

a Non a fine I. Punici, sed ab Iano clauso: inter vtrumq; Punicum enim fere XXII anni intercessere. *Cato apud Nonium in* DVODEVICESIMO.

erant, vt epulari Annibal intra quintum diem in Capitolio potuisset, si ita *a* vti victoria, sicut vincere, didicisset. Sed Capuam digressus, deliciis loci & luxuria eneruabat exercitum, Alpium antea & Apennini niuibus vere indomitum, vt non ab re fuerit, quod Marcellus dixit, *b* Capuam Annibali Cannas fuisse.

Interea Romani se collegerant, & iam ante Cannensem cladem Q. Fabius *c* cunctando, & quod nollet pugnare, Annibalem per Falernos Gauranosque saltus macerauit; Marcellus Cannensi victoria elatum apud *d* Nolam primus docuit superari posse: postea certatim terga cedentis premi, etiam in Africa, Sicilia, Hispania diuisis copiis Poenorum res adfli-

a Florus 2. 6. n. 19.
b Liuius 23. c. 45.
c Vnde *Cunctatoris* cognomen. Flor. 2. 6. num. 27. Erat autem Prodictator *Liu.* 22. 8. iterum Dictator *c.* 9.
d Liuius 23. 44. 45. Cicero de Clar. Orator. cap. 3.

adfligi pullatim cœptæ. Captæ tum sunt *Syracusa*, quamuis Archimedis ingenio defenderentur; *Hispania*, quam longa erat, Scipionis virtute Carthaginiensibus erepta, qui patris & patrui manibus, Punica vbi fraude oppressis, tum multorum cæde, tum *a Carthaginis Noua* expugnatione parentauit.

Interim Annibal *b* tertio ab vrbe lapide castra metatus, tempestatum vi in vltimum Italiæ angulum redire coactus est: ASDRVBAL, frater Annibalis, in *c* Vmbria cum exercitu ad internecionem cæsus, & abscissum caput ad castra Annibalis prouolutum fuit: ipse Annibal a suis domum reuocatus a Scipione in Africa acerrimo proelio superatur, qua clade coguntur Pœni pacem, quanquam iterum

a Liuius 26. 42. & sequent.
b Liuius 26. 10. Eutrop. 3. 8.
c Asdrubal cæsus supra Senam Gallicam ad flunium Metaurum. Horat. 4. od. 4. v. 38. Corn. Nep. in Catone c. 1. num. 2. Liuius 27. 46. Eutrop. 3. 10.

rum duriorem, a Romanis accipere. Et sic bellum secundum Punicum, idque XVIII annorum, SCIPIONIS AFRICANI fortitudine finitum quoque fuit.

Post Carthaginem vinci neminem puduit, & Africam Macedonia, Græcia, Syria secutæ sunt. PHILIPPVS Macedo, Annibalis societate inuisus Romanis, tum ob *a* infidam aduersus Ætolos pacem, tum propter iniurias Atheniensibus illatas horumque questus atque preces, *b* nouo bello appetitur. Introisse Macedoniam victoria fuit, *c* alteroque prœlio ad Scotusam debellatum. Regi pax data concesso regno, præter Græciæ ciuitates

a Liuius 31. c. 1.

b Nam decem ferme ante annis aduersus Philippum bellum cœptum, triennio prius depositum erat. *Liu. c. l. Eutrop. 3. 7.*

c Prœlium primum iuxta flumen Aoum, *Liu.* 32. 10. 12. alterum, idque iustum, Flaminino duce, ad Scotusam, loco, cui Cynoskephalæ nomen est, commissum 33. 7.

tates, quæ pristinæ libertati restituebantur.

Ætoli, Romanorum in hoc bello socii, minus *a* spe sua præmium adepti, *b* ANTIOCHVM Magnum, Syriæ regem, aduersus Romanos sollicitant, vnde *bellum Syriacum* conflatur, procul dubio grauius Romanis futurum, si rex Annibalis consilio vsus fuisset; verum confisus potentia sua *c* voluptarius homo, ante primam pugnam fugit, facilemque Romanis ad *d* Thermopylas victoriam præbet. Nec aliam fortunam classis eius experitur,

a Thoas prætor Ætolorum in concilio Naupacti *conquestus iniurias Romanorum statumque Ætoliæ, quod omnium Græciæ gentium ciuitatumque inhonoratissimi post eam victoriam essent, cuius caussa ipsi fuissent.* Liv. 35. 12.

b Liuius c. I.

c adi Florum in bello Antiochi, & Polybii fragmentum apud Athenæum l. 10. c. 10. extr.

d Liuius 36. c. 15. 16. 18.

ad *a* Corycum, *b* Myonnesum & in Pamphylio mari, quamuis parti *c* Annibal præesset, haud paucis nauibus amissis in fugam versa. Finem bello L. Scipio imponit ad Magnesiam prœlio, quo rex pacem hac conditione accipere cogitur, vt Asia multatus intra Taurum regnet, & paternis finibus contentus sit. *Ætolia* quoque & *Gallogracia*, auxilia Antiochi, Romanorum victoriam suis cladibus augent.

Nec

a Corycus portus & promontorium Ioniæ, super Cyssuntem, vbi C. Liuius regiam classem in fugam vertit, *Liu.* 36. 43. extr. & 44. etiam l. 37. c. 8. vocatur *naualis ad Corycum pugna.*

b Myonnesus promontorium inter Teum Samumque, *Liu.* 37. 27. prope distans a Coryco *c.* 29. vbi Regillus Æmilius, Liuii successor, vicit. Hoc si non vtrumque prœlium, a nobiliore vrbe Florus denominauit, cum *Epheso* inquit *Salamina pensauimus.* Sic enim emendas Florum & interpretatur ὁ πάνυ Græuius.

c Prœlio ad Sidæ promontorium in Pamphylio mari interfuit Annibal. *Liu.* 37. 23. 14. *Nepos in Annib.*

Nec longo post interuallo PERSES, Philippi filius, Macedoniæ rex rebellat, vincitque Licinium Crassum, Romanum consulem, sed ipse mox *a* vincitur ab Æmilio Paullo, & e Samothrace quo confugerat, retractus, in triumpho ducitur. Tum pax Macedoniæ data, quam ANDRISCVS, *b* Philippi filium mentitus, rursum abrupit, idque rebellione effecit, vt Metellum *c* cognomine triumphoque augeret, & patriam *d* prætoris iuri subiiceret. Infelicior *e* PSEVDOPERSES fuit, qui Persis se filium simulabat. Cum seruis enim, quos concitauerat, repente a Tremellio quæstore oppressus est.

Hoc tractu temporum Carthaginienses contra fœdus naues habere,

a ad Pydnam *Plutarch. in Paullo.*

b Vnde *Pseudophilippus* historicis dictus, & Ciceroni Agrar. 2. cap. 33.

c Q. Medellus Macedonicus.

d Ante hæc tempora Macedonia non habuit prouinciæ formam. Repete notata p. 35.

e Epit. Liu. 53. Eutrop. 4. 7.

& Masinissam socium regem armis infestare compertum fuit. Suasit igitur a Cato in senatu, vt deleretur Carthago; Scipio Nasica, vt ad virtutis æmulationem seruaretur. Placuit senatui media sententia, & diruta vrbe, alio transferre ciuitatem decreuit, quod cum nollent Carthaginienses concedere, vrbs terra marique oppugnari cœpta est, & b a Paulli Macedonici filio, quem Africani Scipionis filius adoptauerat, multa vi ac labore expugnata, & XVII dierum incendio deleta fuit post quartum ab ineunte bello annum.

Crescenti Romanorum potentiæ Græci inuidebant, Corinthi legatus illorum vel manu vel oratione violantes.

a Catonis & Nasicæ sententias fuse scripsit Diodorus in Excerpt. Vales. p. 382.

b post biennium cœpti belli superuenit Scipio. *Vell. Pat.* 1. 12. *n.* 4.

c Ita Florus 2. 15. n. 18. Appiani *septem*, quam *septemdecim*, propius est. Adde, quæ ex Ryckio ad Florum I. G. Græuius, vir clarissimus, notauit.

lantes.*a* Mittitur aduersus eos Metellus ex Macedonia, cui L. *b* Mummius, bello pæne confecto, succedit, *Corinthum* euertit, opulentissima præda æris Corinthii, signorum tabularumque potitus.

Hispani quoque, impatientes iugi, multo labore & cruentis certaminibus seruire docebantur. Cumprimis VIRIATVS Lusitaniæ dux, quasi Hispaniæ *c* Romulus, prouinciam omnem Romanis eripiebat, sed fructus a *d* Fabio Maximo; indecore a *e* Seruilio percussoribus immissis, oppressus fuit.

D 7 Nu-

a Hoc bellum *Achaicum* dicitur. Vid. Vellei. 1. 12. Flor. 2. 16.

b inde *Achaicus* dictus. Vell. Pat. 1. 13. n. 4. qui ruditatem huius ducis in æstimandis tabulis statuisque Corinthiorum n. 4. scripsit.

c Florus 2. 17.

d Fab. Maximo, Æmiliano Æmilii Paulli filio. *Appian. Hispan.*

e Seruilio Cæpione, Fabii successore. Flor. 2. 17. extr.

Numantia quoque, Hiſpaniæ clariſſima ciuitas, *a* non muris, ſed ciuium virtute munita, a Romanis bello tenebatur: ſæpius victores Numantini *b* fœdus, quam deuictorum exitium, maluere; tandem Scipionis, qui Carthaginem euerterat, pertinacia verius, quam iuſtitia compulſi ſe ſuosque ferro & veneno, ſubiectoque vndique igne peremerunt, Romano victori *c* nihil niſi nomen triumphi relinquentes.

Ea-

a Florus 2, 18. *ſine muro, ſine turribus,* quaſi Sparta altera. Strabo autem l.3. τὸ τεῖχος memorauit. Appiani *in Hiſp.* περιτείχισμα dubium; de Scipionis circumuallatione, an vrbis munimento intelligendum.

b Sed turpe Romanis fœdus, ignobilis pax & ignominioſa, quam cum Numantinis Q. Pompeius, & C. Mancinus fecerant, *Flor.* 2. 18. *Eutrop.* 4, 8.

c Appianus in Hiſp. captiuorum meminit, e quibus elegerit Scipio πεντήκοντα ἐς θρίαμβον, *quinquaginta ad triumphum,* ceteris ſub corona venditis. Florus c. l. & Vegetius 3. 10. neminem euaſiſſe tradunt.

Eadem tempestate Pergamenorum rex ATTALVS moritur, qui Romanorum populum, cui socius fuerat & amicus, heredem testamento fecit. Sed adeuntibus hereditatem a ARISTONICVS restitit, & b proconsulis Crassi exercitum, ipso capto vel interemto, profligauit. Vicit tamen Perpenna cos. & successor. Aquilius *Asiaticum bellum* non tam fortiter, quam dolose, mixtis veneno fontibus, confecit. Sic Asia Romanorum facta cum opibus vitia quoque Romam transmisit.

Inuicti enim ferro & armis ab IVGVRTHA auro & pecunia aliquoties deuicti sunt. Hic Micipsæ Numidiæ regis adoptiuus, heresque cum natu-

a Eumenis regis ex pellici filius. *Iustin.* 36. 4. *Eutrop.* 4. 9.

b Florus 2, 20. prætorem vocat rectius Velleius 2, 4. proconsulem. Nam bello grauiore imminente consules aut proconsules etiam in prætorias prouincias mittebantur. Vid. Noris Cenotaph. Pis. p. 206.

naturalibus eius filiis, Hiempsale & Adherbale, factus alterum occidit, regno alterum expulit, quo Romanos sollicitante, in quorum tutela regnum erat, Iugurtha cum senatum, tum legatos regnum diuisuros, tum *a* consules quoque cum exercitu in Africam missos largitionibus aliquoties corrupit. Tandem a Metello, inde *Numidici* nomen consecuto; & postpaullo a C. Mario exutus vrbibus, Bocchum Mauritaniæ regem, socerum suum, in belli societatem traxit, qui vna clade adfectus maluit generum Romanis prodere, quam suæ salutis discrimen adire. Sullæ igitur, Marii quæstori, in manus traditur Iugurtha, & catenis vinctus, Romæ in triumpho ducitur.

Sub

a Calpurnius Bestia consul pecunia regis corruptus: successor Albinus per fratrem Aulum male rem gessit. *Sallust, c.28. & 38.*

Sub idem tempus *Cimbri* cum Teutonis, quibus *a* Ambrones & Tigurini accessere, Italiam petentes, ad Rhodanum *b* consulares exercitus fundunt, & castris exuunt. Quæ res Mario consulatum *c* multiplicauit, qui Ambrones duobus *d* prœliis ad Aquas Sextias vicit, & cum Catulo collega Cimbros in Campis *e* Raudiis ad internecionem deleuit. Ex quo *f* custos ciuitatis & imperii & seruator Italiæ appellatus, honestissime triumphauit.

Secu-

a Ambrones, populus in Heluetiæ ora, ex quorum societate iter Germanorum Gentium per Gallias intelligimus.

b Cn. Malli (quem Manilium alii vocant) & Q. Cæpionis, quos binis castris exuerunt: Aurelium Scaurum, consulis legatum, viuum ante ceperant. Epit. Liu. 67.

c Secundo, tertium, quartum, quintum consul C. Marius huius belli causa factus est. *Eutrop.* 5. 1. *Vellei* 2. 12.

d Epit. Liv. 68. Eutrop. c. I.

e Prope Versellas. *Plutarch. in Mario.*

f Cic. Catil. 3. c. 10. & Catil. 4. c. 10. ad Quir. post. red. c. 4. Epit. Liu. 68.

Secutum est bellum *Sociale* siue *Italicum*, quod etiam *Marsicum* dicitur, quia in Marsis vel *a* ortum fuit, vel gestum acrius. Quippe *b* plures Italiæ gentes contra Romam consurrexerant, pro æquali bellorum labore ciuitatem ex æquo postulantes. Post varias clades vtrinque acceptas Romani præualebant Q. Pompeii & L. Sullæ virtute, compositoque exitiali bello *c* ciuitas Italiæ *d* paullatim dari cœpta est.

Dum hæc geruntur, rex Ponti MITHRIDATES eripiendæ Romanis

a Velleius 2, 15. *malum ab Asculanis ortum deinde a Marsis exceptum.*

b Velleius 2, 15. *Vniuersa Italia, συνεκδοχικῶς.* Nam ipse c. 16. excipit, *qui arma non ceperant.* Acerrimi contra Romanos fuere Marsi, Picentes, Peligni, Samnites.

c Antea *socios* & *Latini Italique nominis* vocabant. Iam lege Iulia *ciuitas est sociis & Latinis data* Cic. pro Balb. c. 8. aut *vniuerso Latio*; Gell. 4. 4. etiam *Italicis populis* Liu. epit. 80.

d Primum iis, qui arma non ceperant, aut deposuerant maturius, *Vellei* 2. 16. dein Latinis, mox Italis,

nis, Asiæ occasionem circumspicit, etiam perpulcram inuenit, ciuilem Romanorum discordiam. Bithyniam, Paphlagoniam occupat, & omnem Asiam terrore implet *a* LXXX millibus Romanorum ciuium vna die & vna epistola trucidatis. Contra hunc Sulla cum exercitu mittitur, qui *b* Græcia ad Romanos reducta, regem in Asia opprimit: cupidior vero triumphi, quam victoriæ persequendæ, occasionem regi male pacato dedit instaurandi bellum, & Asiam tanquam suam repetendi, qui cum Cyzicum oppugnat, a Lucullo repellitur, & regno exutus Iberos, Albanos, ac Tigranem Armeniæ regem in societatem attrahit. Maior vero erat Pompeii virtus, quam vt vel Ponticis gentibus, vel Caucasi tene-

a Val. Max. 9. 2. *octoginta millia ciuium Romanorum*: Plutarchus in Sulla pag. 467. δεκαπέντε μυριάδας, CL. millia.

b Græciam per Archelaum ducem Mithridates inuaserat, & Athenas tenebat præsidio. *Appian.*

tenebris terreretur, qui Mithridate *a* acie victo, ad voluntariam mortem, quam veneno frustra quæsierat, compulso, inde ab Euphrate & Ponto omnem Asiam, & sic Palæstinam quoque, Hierosolymis *b* trimestri obsidione captis, in potestatem Romanorum redegit.

Per eadem tempora *ciuile* inter MARIVM & SVLLAM *bellum* exortum est. Vterque Iugurtha victo, Marius etiam *c* Cimbrica victoria, clariores facti, gloriam sibi mutuo inuidebant.

a In Armeniæ minore, eo loco quo Pompeius Nicopolin, victoriæ monumentum condidit. Vicerat autem νυκτομαχίᾳ, *nocturno prælio*. Plutarch. in Pompeio. Dio Cass. l. 36. Strabo 13.

b Vrbem sine pugna intrauit: tres menses in templi expugnatione hæsit: quod περὶ τρίτον μῆνα cepisse auctor Iosephus est 14. c. 8. Ben Gorion pag. 50. col. 1. בחדש הרביעי *mense quarto*. Add. Eutrop. 6. 11.

c & multiplicatis inde præter morem consulatibus. Diximus supra pag. 89. de Bello Cimbrico.

btnt. Sulla cos. Asiam prouinciam, & sic Mithridaticum bellum sortitus erat, Marius vero per Sulpicium Trib. pl. sibi hoc bellum decerni postulauit. Interim egressus vrbe Sulla circa *a* Nolam moratur, auditaque contumelia Romam reuersus, in ipsa vrbe cum Marianis prœlio confligit. Victus Marius sexies consul ad mare fugit, & tandem ab omnibus desertus, in *b* paludibus latet, vnde retractus Minturnas in carcerem abducitur. Ibi singulari *c* fortuna seruatus in Africam traiecit adflictas suas res, si qua fieri posset, instauraturus.

Inter hæc Sulla in Asiam contra Mithridatem profectus erat, cum Cinna cos. a collega Octauio, quod novitios

a Nolanum bellum reliquias Italici Velleius vocat 2. 17. Nola enim arma pertinacissime retinebat c. 18.

b Ouid. 4. Pont. 3. v. 47.
In cœno latuit Marius cannaque palustri.

c Velleius 2. 19. Appianus 1. Civ.

vitios ciues in a tribus receperat, vrbe eiicitur, qui Capuæ apud exercitum de iniuria conquestus, receptis consularibus insignibus, milites per Italiam vagatus contrahit. Marius quoque cum suis, quos in fuga deprehenderat, ex Africa Etruriam delatus Cinnæ coniungitur. Vterque diuiso agmine, Vrbem inuadunt, trucidant, quotquot inimicorum obvios habebant. Marius septimum consulatum vix auspicatus moritur: Cinna aduersus Sullam in Asiam ducturus, a militibus, cum nollent naves ingredi, occiditur.

Sulla victor ex Asia rediens, in Campania superatis C. Marii reliquiis, Romæ incredibili b credulitate in omnes mortuos pariter ac viuos, qui a se vnquam dissenserant, desæuit, & innu-

a Extorserant Itali ciuitatem Romanis bello sociali. Lis noua subnascitur, sintne Itali in veteres tribus adsumendi, an nouæ pro illis constituendæ. *Vell. Pat.* 2. 20.

b vid. Valer. Maximus 9. 2.

innumeris clarissimis viris, consularibus, senatoribus, ac equestris ordinis *a* proscriptione trucidatis, eiectis saltim, dictatura tandem deposita in Cumano moritur, Romæque contra Corneliæ gentis consuetudinem (ita enim testamento cauerat *b* talionem effossionis veritus) splendide crematur.

Hoc bellum, vt fœcunda sunt mala, *Sertorianum* peperit, cuius dux SERTORIVS, Marianarum ante partium, cum Sullæ proscriptionem effugisset, Hispaniam contra Romanos sollicitauit. Missus contra eum Metellus Pius iam magno natu, additus Cn. Pompeius acri virtute adolescens, quibuscum varia fortuna Sertorius pugnauit, & nisi *c* a suis occisus fuisset, ne octauo quidem anno finem facile bellum habuisset.

Etiam Cilices, Isauri & Pamphylii Me-

a Velleius 2. 28. *Primus* Sulla *exemplum proscriptionis inuenit.*

b Cicero 2. Leg. cap. 22. Plinius 7. cap. 54.

c a suis in conuiuio occisus propter seueritatem intolerandam. *Appian.* 1. *Ciu.*

Mediterraneum mare tum temporis infeſtabant, Mithridatico turbine ad rem illicitam inuitati. Aliquoties a Rom. ducibus repulſi, maxime a Servilio *Iſaurici* nomen merito, non tamen victi prius fuere, quam Cn. Pompeius Magnus diuiſis copiis omnes maris aditus ab Herculeo freto ad Helleſpontum, & inde in Ciliciam vsque obſideret, & quadrageſimo die ita mare tutum victoria ſua redderet, vt longo poſt tempore nulli piratæ in Romano orbe conſpicerentur. Magnitudo victoriæ vel ex hoc elucet, quod [a] DCCCXLVI. naues piratarum captæ ſunt.

Cum Pompeius Mithridate profligato in oriente moraretur, in vltimum diſcrimen respublica venit. CATILINA enim cum Lentulo prætore aliisque ad cædem optimatium incendendamque vrbem coniurauit, perditiſſimo quoque in ſocietatem allecto. A Cicerone conſule in ſenatu

[a] Plin. lib. 7. cap. 25.

tu increpatus, noctu in castra aufugit, quæ Fæsulis per Manlium quendam parauerat. Qui remanserunt coniurationis principes, indicio Allobrogum legatorum comprehensi a in carcere strangulantur. Alter consul C. Antonius, Catilina per Petreium legatum acie fuso, finem sceleratissimo bello imponit.

Tanti mali metum pensauit Pompeii triumphus, cui b similem Roma non viderat. Ipse tot victoriis elatus cum socero C. Cæsare & M. Licinio Crasso societatem iniit primas reipubl. partes occupandi, quas & aliquamdiu tenuere. Horum consiliis effectum est, vt Cæsari Gallia, Pompejo Hispania, Crasso Parthia decerneretur. Crassus autem Partho-

a quinque in carcere necati. *Cicero pro Sulla c.* 11. quanquam nouem hominibus pœna illa decreta erat, *idem.* 3. *Catil. cap.* 6.

b Magnificentiam huius triumphi, per biduum acti, scripserunt Plutarchus in Pomp. p. 642. & Appianus in Mithrid. extr.

rum auro inhians, a oppressus est in colloquio, & exercitum, fame ac hostium armis conflictatum, C. Cassius, Crassi quæstor, ægre in Syriam reduxit.

Cæsar in Gallia, Rheno ponte semel atquo iterum iuncto, res feliciter gerens, Britanniam primus Romanorum cum classe ingressus est, sed, vt fieri solet, hac quoque felicitate ad res nouas excitatus a senatu postulavit, vt sui absentis in cosulatus secundi petitione ratio haberetur, quod cum Pompeius (qui, Cæsaris potentiam metuens, Romam, rerum sedem, noluit relinquere, Hispanicam prouinciam per legatos regens) cum potiore senatu negaret tanquam legibus aduersarium; Cæsar cum legionibus Romam venit, & Pompeio fuga cum suis elapso, ærarium vi effregit, quo opus

a Variant auctores in M. Crassi interitu, vide notata ad Sex. Rufum. Quod vero de auro in os occisi, caussa ludibrii, infuso proditum est; id dubitanter Dio Cassius 40. scripsit ὥςγέ τινες λέγουσιν, vt quidam dicunt.

opus erat ad futurum bellum, aurum argentumque diripuit. Inde cum copiis in Hiſpaniam regreſſus, vt tergum ſibi tutum præſtaret, *a* legatos Pompeii commeatu interclusos, ad *b* deditionem compulit.

Pompeius interea Græciam belli ſedem eligens, *Dyrrhachii* copias, quantas poterat, colligebat multis auxiliis orientalium regum confirmatus. Quo cum Cæſar ex Hiſpania veniſſet, vincitur primo *c* conflictu a Pompeio, ſed in Theſſaliam progresſus in campis *d Pharſalicis* viciſſim Pompeianos tanto impetu concuſſit, vt omnes disiicerentur, & ipſe dux exigua naui in Ægyptum profugeret, vbi in Peluſio portu Ptolemæi regis iuſſu fuit interfectus.

Cæſar Pompeiium perſecutus in easdem in Ægypto inſidias cadit, quas

a Afranium & Petreium.
b Cæſ. 1. Civ. c. 84.
c ad Dyrrhachium. *Cæſ. 3. Civ. 69.*
d Cæſar 3. Civ. 93.

quas ægre elapsus a Mithridatis Pergameni opera denuo oppugnat Ægyptum, & rege in hisce turbis mortuo, omnem sibi subiicit. Mithridatis quoque Pontici regis filio PHARNACE celeri felicitate victo, & Ægypti regno CLEOPATRAE restituto, Romam rediit, & rebus, quantum poterat, compositis in Africam profectus Pompeianas reliquas, quibus Scipio & Cato, Iubæ *b* Numidarum regis auxilio firmati præerant, in tantas *c* angustias adegit, vt singuli duces seipsos interficerent. Inde in vrbem reuersus quatuor vno mense triumphos egit, de Gallia, Ægypto, Ponto, & Africa, adhibito in quemlibet

a Hic Mithridates Pelusium expugnauit *Dio.* 42. a Cæsare non solum Galatiæ tetrarchia, sed Bospori etiam regno donatus. *Supra.p.*65.

b Multi Iubam vocant regem Mauritaniæ, & Lucanus 4. v. 672. eius regnum poetica figura ad Gaditanum mare extendit. Sed, Iuba in Numidia regnante, Mauritania citerior Bocchi, vlterior Bogudis erat. Adde Tab. Regum Afr.

c prœlio ad Thapsum. *Hirt. c.*82.

bet diuerso *a* apparatu & instrumento. Nondum autem debellatum prorsus erat, sed Pompeii filii in Hispania ingentes copias collegerant, quas ægre & summo *b* periculo ad *Mundam* Cæsar profligans, quintum quoque ex Hispania triumphum agit.

Vix postea *c* quinque mensibus quiete in vrbe vsus erat, & clementiæ fructus ceperat, cum a Marco & Decimo Brutis, & C. Cassio aliisq; senatoribus (LX. enim conspirasse dicuntur) idibus Martiis in Pompeji curia XXIII. vulneribus interficitur. Percussores diffugiunt, M. Brutus cum Cassio in Græciam, & Asiam; Decimus Brutus Mutinam, vbi ab Antonio, Cæsaris in Consulatu collega, obsidetur, post, soluta obsidione, in Galliis securi ceruicem *d* parum fortiter subiecit.

a Velleius 2. 56. Florus 4. 2.
b Plutarch. in Cæs. Eutrop. 6. 19. Flor. 4.2.
c Octobri mense in vrbem reuerterat, cum idibus Martiis interficitur. *Vell. Pat.* 2. 56.
d Reprehensus ob id a Seneca Epist. 82. & Valer. Maximo 9. c.13. Antonii autem iussu occisus est, Add. Vell. Pat. 2. 64.

Dum hæc geruntur, OCTAVIANVS CAESAR, ab Iulio adoptatus & ex testamento hæres, præter omnium opinionem cum Antonio hoste iudicato, & M. Lepido societatem & *triumviratum* init, quibus ad vrbem properantibus iugens motus fuit, multi proscripti & occisi, & inter hos quoque M. Cicero. Sextus etiam Pompeius (nam Cnæus frater in Hispania *a* perierat) magnam classem apud Messanam Siciliæ habens a triumuiris, nec tamen *b* incruenta victoria opprimitur, & in Asiam profugiens, iussu Antonii, a quo opem petierat, *c* iugulatur.

Primus vero Lepidus societate *d* excidit, Cæsarem in Sicilia hostiliter offendens, & ob id dignitate post decimum

a Hirtius Hisp. c.39.

b prœlio inter Mylas & Naulochum superauit Octavianus Pompeium, sed ipse ex improuiso ab eiusdem ducibus fugatus est. *Suet.* 16.

c Apud Miletum iugulatus Sex. Pompeius ab Antonii militibus. *Strab.* 3.

d Velleius Pat. l.2. c.80. at pontificatum retinuit, qui non prius, quam mortuo illo, in Augustum translatus est. Dio 54. Appian. 5. Civ.

mum, ex quo acceperat, annum exutus. Brutum vero & Cassium, orientis robore confirmatos, Octauianus cum Antonio adgreditur, & victus ab iis omnino ad *Philippos* Thraciæ fuisset, si par virtuti fortuna a partibus percussorum stetisset. Sed errore factum fuit, vt victores se victos putarent, &, desperatis rebus, manus sibi violentas inferrent.

M. ANTONIVS res orientis ordinaturus, in a CLEOPATRÆ amores incidit, quem vt Fulnia vxor abstraheret, per fratrem eius Lucium in Italia bellum mouit, quod *Perusina* obsidione, vel fame potius, & deditione L. Antonii compositum fuit. Post mortem Fuluiæ Octauiam Marcus ducit, sororem Cæsaris, & breui post repudiat, Cleopatræ vnice addictus.

a Antonius bis se dedit Cleopatræ amoribus. Primum superstite Fuluia, & tunc amasiam, non vxorem haberi volebat: deinde repudiata Octauia, quam mortuæ Fuluiæ induxerat. Tum se maritum Cleopatræ professus est. *Plutarch. in Anton.*

ctus. Sub idem tempus Parthi, Labieno duce, invadunt Syriam, & in Ioniam vſque prædabundi excurrunt, Antigonum quoque, *a* Ariſtobuli filium, Iudæis regem imponentes. Parthos VENTIDIVS vincit Antonii legatus, cadit acie PACORVS, regis filius, Labienus capitur, de Parthis primam a *b* Ventidio triumphatur. Antonius etiam contra Parthos expeditionem facit, ſed male acceptus, multisque difficultatibus preſſus, in Syriam ægre copias, quippe fame & morbo debilitatas, reducit. Antigonum Iudææ regem Herodes Romanorum auxilio exturbat, quem Antiochiæ Anthonius iubet *c* ſecuri percuti. Cleopatra

a Ariſtobuli, quem Pompejus in triumpho duxerat. *Ioſeph. B. I. l. 1. 11.*

b qui id propter exemplis ſingularis fortunæ adnumerantur a Valer. Max. 6. 9. Plin. 7. 43. Gell. 15. 4. Nam bello Marſico ipſe triumpho ductus fuerat.

c Ioſeph. Antiq. 15. 1. πελεκίσαι: Dio 49. p. 405. Ἀντίγονον ἐμαστίγωσε σταυρῷ προσδήσας, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ ἀπέσφαξεν, *flagellauit palo alligatum, & poſt hoc etiam trucidauit.*

patra, impotenti animo femina, cum Romæ etiam regnare cuperet, ab Antonio libidinum precium Romanum imperium petit, cui ille obsecutus res nouas molitur, & Octauiano Cæsari bellum indicit. Sed victus ab eo ad *Actium* in Ægyptum refugit, & res ibidem mutatas inueniens, se ipse interemit, quem Cleopatra, triumphi ludibrium verita, veneno aut *a* aspidum morsu, vt creditum est, secuta fuit.

Sic æmulis sublatis fessam rempubl. Octauianus quasi in sinum suum recepit, omnibus honoribus, AVGVSTI inprimis cognomine, a senatu

E 5 con-

a De morte Cleopatræ variantes opiniones. Admoto serpente exstinctam plerique tradiderunt, Horat. 1. od. 37. Florus 4. 11. Eutropius. 7. 4. aliique: sunt, qui acu venenata sibi mortem attulisse credunt, vt apud Dionem est lib. 51. τὸ δὲ ἀληθὲς οὐδεὶς οἶδεν, *Sed veritatem nouit nemo*, iudicante Plutarcho in Antonio, quia nulla macula nec vulnusculum in corpore ejus repertum, neque serpens, quamuis diligentissime quæsitus, inueniri potuit.

condecoratus. Tandem cum Dacos, Dalmatas, Hiſpanos, Parthos & ipſos quoque Germanos, perdomuiſſet, nec hoſtis ſupereſſet, quem Romani timerent, Iani templum, quod tantum bis a condita vrbe euenerat, ipſe *a* ter clauſit, ita Deo volente, vt Princeps pacis IESVS CHRISTVS ſub pacifico imperatore, anno imperii eius XLII, HOMO naſceretur.

a Suetonius c.22. in codd. Florentinis habet *ter*. Clauſus autem primum fuit poſt Actiacam victoriam, *Dio Caſſ.* 51. iterum poſt Cantabricam *lib.* 53. de tertium clauſo perdidimus veterum monumenta: ſeruauit Oroſius. 7. c.3. ex Tacito, *ſene Auguſto Ianum patefactum*, cum Caius ad bellum Parthicum mitteretur. *Duodecim* annis ante hoc clauſum fuiſſe tradit Oroſius 6, 23. ſed H. Noris in Cenotaph. Piſ. p. 197. probat, vix maius, quam triennii ſpatium bello fuiſſe vacuum. Inſcriptio ſub Auguſto apud Gruterum p. 149. ORBE MARI ET TERRA PACATO TEMPLO IANI CLVSO. &c.

LIBER

LIBER V. DE REBVS ROMANORVM ET ECCLESIAE SVB IMPERATORIBVS ETHNICIS.

ROmanæ monarchiæ fundamenta iecit Cæſar IVLIVS, quamuis fructum eius capere inuidia ſuorum non potuerit: Octavianus vero AVGVSTVS apud Actium victor ſtabiliuit imperium, & ſucceſſoribus firmum reliquit adiecta Ægypto, Cantabria, Aquitania, Pannonia, Dalmatia, *a* Germania atque Rhætia, & per *b* Caium nepotem

a Germaniæ inter Rhenum & Albim magnam partem ſubegit Auguſtus per privignum Druſum, expeditioni immortuum. *Dio lib.* 55.

b Duos Auguſtus Armeniis iam reges dederat, Tigranem, & hoc oppreſſo, Artavasdem, quem cum alius Tigranes, Parthorum præſidio nixus, eieciſſet; Caius Auguſti nepos adoptione filius, ad bellum Armeniacum miſſus primo certamine vincit Tigranem, & in locum ejus Arie-

potem Armenia recuperata, felix in omnibus imperator, si clades in Germania acceptas, *a* Lollianam & *b* Varianam, excipias, illam maioris infamiæ quam detrimenti; hanc pæne exitiabilem, tribus legionibus cum duce legatisque & auxiliis omnibus, cæsis. Ante Vari cladem censum egit Romani orbis, missis in prouincias clarissimis viris *c* extra ordinem, &

Ariobarzane substituto, Armeniam rursus in fidem & clientelam Romanorum reducit, quamvis ipse in Artageræ obsidione proditoris dolo letale vulnus acceperit. *Tacit. 2. Annal. c. 3. & 4. Velle. 2, 102. Dio Cass. 55.*

a Germani, Rheni accolæ, Romanis quibusdam cruci adfixis, amnem transgressi equitatum contra se missum fuderunt, & fugientes insequendo in ipsum Lollium legatum incidunt, quem perinde profligant. Compescuit modum Augusti adventus sine certamine. *Dio 54. p. 535. Vell. Pat. 2, 97. Sueton. c. 23.*

b Suetonius c. l. Tacit. annal. 1. c. 60. seqq.

c Dio lib. 56. de vltimo quidem Augusti, huic tamen persimili censu, ἔπεμψεν ἄλλους ἄλλῃ τά τε τῶν ἰδιωτῶν καὶ τὰ τῶν πόλεων κτήματα ἀπογραψομένους, *alios alio misit*, *qui*

& in Syriam quidem *a* Quirino cum imperio census habendi, quo tempore præses ordinarius Sentius erat *b* Saturninus. Sic satis propitiis factum est, vt Dei mater Bethlehemum veniret census caussa, & ibi in lucem ederet orbis Seruatorem, & ipsum

E 7 Roma

qui priuatorum ac ciuitatum facultates describerent. Et Suidas in voce ἀπογραφὴ ex veteri scriptore tradit, Augustum εἴκοσιν ἄνδρας τοὺς ἀρίστους τὸν βίον καὶ τὸν τρόπον, *viginti viros morum integritate conspicuos* ad has ἀπογραφὰς siue *descriptiones faciendas* elegisse.

a qui adhuc bene rem contra Homonadenses in Ciliciæ & Laconiæ confinio gesserat, *Tac.* 3,48. iam vel extraordinarius censor, vel procurator in Syria, vel procuratori adiunctus. Vid. Vsser. p.531.

b Tertullianus aduersus Marcionem lib. 4. cap. 7. *Archiua Romana*, ait, *custodire censum Augusti, testem fidelissimum Dominicæ natiuitatis* & cap. 19. *census*, inquit, *constat actos sub Augusto nunc in Iudæam per Sentium Saturninum* &c. vbi Casaubonus p. 105. Exercitat. notat, PER poni Tertullianicè pro ἐπὶ Σεντίου, aut *præsidem agente Sentio* &c.

Romano *a* censui, sed nostri caussa, obnoxium.

Augusto Nolæ mortuo TIBERIVS ex Liuia priuignus successit, homo subdolus & crudelis, simulans ea se velle, quæ nollet, *b* quasi infensus, bis consultum cupiebat: his vero, quos oderat, quasi beneuolus apparens. *c* Reges ad se per blanditias extraxit, quos nunquam dimitteret, regno *d* quorundam in prouinciæ formam redacto: ægre vero imperii fines contra barbaros defendit, Armeniam Parthis, Mœsiam Dacis, Pannoniam Sarmatis, Galliam *e* Germanis diripientibus. Huius XVIII. anno per Iudææ procurato-

a Orosius fin. lib. 6. *Tunc*, inquit, *natus est Christus: Romano censui statim adscriptus est.*

b Verba sunt Epitomæ Victoris c. 7. adde Tacitum 4, 71. 3. Dionem 57. princip.

c Suetonius c. 37. nominat Marabodunm Germanum, Rascuporim Thracem, & Archelaum Cappadocem.

d Archelai nimirum, de quo diximus, p. 63.

e His fores aperuit, reuocato per inuidiam ex mediis victoriis fratris filio Germanico.

ratorem *a* Pontium Pilatum supplicio adfectus est DEI FILIVS, de cuius miraculis cum Cæsari Pilatus perscripsisset, ad senatum ille *b* retulisse dicitur, vt Christus in deorum numerum reciperetur, quamuis consecrationem senatus recusauerit. Morte eius sic lætatus est populus, vt pileos libertatis insigne, induerunt, pars *Tiberium in Tiberim* clamitarent, pars vncum & *c* Gemonias cadaueri minarentur.

Successit ei Caius Cæsar cognomento CALIGVLA, filius Germanici & Agrippinæ, neptis Augusti, superbus, libidinosus & ita crudelis, vt haud vano Tiberii præsagio dictus fuerit *d natrix reipublicæ*, siquidem optasse dicitur, vt vnam ceruicem *e* populus Rom.

a Tacitus 15.44.4.
b Tertullianus Apologet. c.5. Orosius lib.7.c.1.& 2.
c Gemoniæ, *scilicet scala*, locus, in quem damnatorum corpora abiiciebantur, vnco inde in Tiberim trahenda. *Suet. Tiber.* 53.61. *Vitell.* 17. *Tac. H.* 3.74.
d Suetonius cap. 11.
e Sueton, cap. 30.

Rom. haberet, & crebro illud tagicum iactasse: *oderint, dum metuant.* Cum non integro quadriennio imperasset, in palatio a coniuratis interfectus fuit.

Post hunc Tiberius CLAVDIVS, Drusi, Tiberii fratris, filius, stolidus & libertorum *a* seruus imperauit, tumultuantem *b* Mauretaniam perdomuit & prouinciam fecit, in Britannos quoque *c* secundus ab Iulio per Cn. Sentium &

a De potentibus libertis Claudii Suetonius cap.28 consulatur.

b Mauretania (Bochi & Bogudis regna, qui inter ciuilia Romanorum arma perierunt)ab Augusto Iubæ datur historico, Iubæ, Numidarum regis & Pompeio amici, filio, cui successit Ptolemæus filius, ex Antonii & Cleopatræ filia natus. *Strabo.* 17. Hoc interemto a Caio Cæsare. *Plin.* 5.1 fit tumultus, quem Claudius sedauit & prouinciam fecit, *Dio* 60. Tum primum diuisa fuit in *Cæsariensem* & *Tingitanam.* Dio c. l.

c Augustus bis expeditionem in Britannos suscepturus erat. Primam legatio supplex Britannorum impediuit. *Dio. Caß.* 53. *p.* 512. alteram tumultus Salassorum & Cantabrorum, *ibid. pag.* 513.

& A. Plotium a expeditionem suscipiens. Huius successor NERO Claudius, filius sororis Caligulæ, primo b quinquennio principis non mali speciem præbuit, postea tanta sævitia atque libidine æstuans, vt humanitatem exuisse omnem videatur. Fratre enim, vxore, matre & præceptore Seneca interfectis Vrbem quoque incendit, vt imaginem ardentis Troiæ c cerneret. Interim quæ ipse fecerat, Christianis incendia d obiiciebat, ferro, flammis & ferarum laniatu in ipsos sæuiens, quæ prima fuit ex atrocibus primæ Ecclesiæ persecutionibus.

Cum vero contra rebelles Iudæos Vespasianum misisset, Seruius GALBA, Hispaniæ Tarraconensis præfectus, impe-

a Ex Eutrop. 7. 8. De Plautio egregia Dio Cassius 60. cuius legatus Vespasianus erat. Ipse Claudius patri expeditionis adfuit. *Suet.* 17.

b Vnde Traianus dicere solitus, *procul differre cunctos principes Neronis quinquennio.* Aurel. Vict. in Ner.

c Sueton. 38. Eutrop. 7. 9.

d Tacitus 15. c. 44. Sulp. Seuerus. 2. c. 29.

imperium inuadit Nerone sibi ipsi manus inferente. Galbam septimo mense confecit OTHO, hunc VITELLIVS trimestrem principem deuicit a Germanicianis exercitibus imperator delectus. Vitellium vita pariter & imperio per præmissos duces VESPASIANVS exuit, quem bello Iudaico occupatum tam *a* Pannoniæ Mœsiæque, quam Syriæ exercitus ad rempubl. capessendam instigauerant.

Mentione Iudæorum facta precium operæ erit eorum res & clades altius repetere. Cum Pompeius, Mithridate victo, victricibus armis orientem percurreret, Iudæis præerant Iannæi Alexandri filii, ARISTOBVLVS & HYRCANVS, de principatu fraternis discordiis atrociter dimicantes. Caussa Pompeius cognita Hyrcanum principem Iudæis dedit: *b* Aristobulum vero catenis vinctum Romam misit.

Postea

a Suetonius in Vitell. c. 15.
b Flor. 3. 5. n. 30. & Appian. in Mithrid.

Postea Iulii Cæsaris in Ægypto victoris indultu *a* ANTIPATER Idumæus dynastiam quandam Syriæ & Iudææ impetrauit, filiisque HERODI & *b* PHASAELO reliquit, quos cum grauiter ANTIGONVS Aristobuli filius, euocatis Parthis, adfligeret, Herodes Romam conquestum fugiens Antonii ope *c* Rex Iudæorum a senatu appellatus est. Antigonus vero, qui interea regnauerat, expugnatis Hierosolymis *d* captus fuit, & Antiochiæ Antonii iussu securi percussus.

Herodi Augustus regnum *e* confirma-

a Iosephus B. Iud. I. cap. 8.

b Hic Phasaelus Herodis frater, in bello contra Antigonum a Parthis captus, vt Antigono traderetur, seipse, capite ad petram alliso, interfecit. *Ioseph. A. Iud.* 14. *c.* 25. *&* *Bell.* 1. *cap.* 11.

c Ioseph. lib. 14. c. 26.

d Ioseph. l. 14. c. 28. & lib. 15. c. 1. Cepit autem Herodes Hierosolyma auxiliis Romanorum.

e Nec confirmauit modo, sed etiam Zenodori latronis, aliasque possessionis inter Galilæam & Trachonem sitas, addit, *Ioseph.* 1. *Bell. Iud.* 15. & 16. *Antiq.* 13.

firmauit, quo ſuperbe & crudeliter vſus fœdo tandem *a* morbo ex vita exceſſit. Huius filiis regnum Auguſtus diuiſit, *b* vt PHILIPPVM Batanææ, Trachonitidi & Auranitidi; Herodem ANTIPAM Galilææ & Perææ tetrarcham daret: maiorem natu ARCHELAVM præficeret Iudææ & Samariæ ethnarcham, quem poſt nouem annos accuſatum crudelitatis *c* Viennam, Galliarum vrbem, deportauit, Iudæa in prouinciam redacta, quæ ex illo tempore a *d* procuratoribus Cæſaris administrata fuit. Interea Antipas Herodes

a In Herodis morbo notatur πῦρ μαλακὸν, *lentus ignis*, deinde ἐπιθυμία δεινὴ τοῦ δέξασθαι, *inſatiabilis voracitas*: adhæc ἕλκωσις τῶν ἐντέρων *exulceratio inteſtinorum*: etiam φλέγμα ὑγρὸν περὶ τοὺς πόδας καὶ διαυγές, *tumor pedum humidus & pellucidus*: denique τοῦ αἰδοίου σῆψις, σκώληκας ἐμποιοῦσα, *putredo verendorum vermiculos generans*. Ioſeph. 17. 8.

b Diuiſio illa deſcribitur lib. 17. Antiq. Iud. Ioſephi cap. 13.

c Ioſeph. Ant. Iud. 17. c. vlt.

d idem lib. 18. cap. 1.

rodes tetrarchiam, quam acceperat, regens Ioanni Baptistæ a Machærunte captiuo caput præcidit, a Caio Cæsare tandem in b exilium eiectus. Agrippas vero Maior, quem c Actus Apostolici etiam Herodem vocant, a Caio Cæsare rex tetrarchiæ Philippi & d Lysaniæ appellatus, a Claudio cæteris aut sui Herodis Magni

a Iosephus Mathærumtem dicit Ioannis carcerem 18. Ant. c.7. quod Lightfoot in Matt. 14. 10. in dubium vocat.

b *Lugdunum Galliæ* eiectum tradit Iosephus 18. 9. in Hispaniam idem l. 2. B.I. c.16. Nisi ergo oblitus sui Iosephus fuit, dicendum cum Scaligero ad Euf. p.173. primum in Galliam relegatum fuisse, deinde vt longius a patria abesset, in Hispaniam. Caussa exilii erat rebellionis suspicio ex armorum copia ingenti nata, accusante Agrippa Trachonitidis rege.

c Act. 12. 1.

d Lysanias Abilenes tetrarcha *Luc.* 3. 1. non fuit ex familia Herodum. An vero Lysaniæ filius, Nabatææ & Iturææ principis, ab Antonio interfecti, *Dio Caff.* 49. Casaubono *Exerc.* 13. non videtur, quia inter huius necem & Lucæ historiam LXIII. anni intercedant. Noris *Cenotaph. p.*230. in medio relinquit.

Magni *a* possessionibus auctus, Iacobum occidit, & immensæ superbiæ ac diuinitatis adfectatæ pœnas luit. Filius, Agrippa minor, patri non succedit, sed *b* regulus fit Chalcidenæ in Syria, quæ postmodum a Claudio cum Philippi tetrarchia & Abilene permutata fuit. Patre vero, Agrippa maiore, diuina vindicta sublato, Iudæa iterum prouincia facta *c* procuratores accepit, ex quibus fuerunt Felix & Festus, apud quos caussam dixit Paulus Apostolus; & tandem Gessius Florus, sub quo exortum est

a Agrippa, Herodis ex Aristobulo nepos, Romæ diu versatus, in consuetudinem venit Cæsarum: offenso autem Tiberio in vincula coniicitur, e quibus soluit illum successor Caligula, & diademate imposito regem constituit tetrarchiæ Philippi & Lysaniæ: mox augetur tetrarchia Antipæ relegati: quibus Claudii liberalitate vniuersa accedunt, quæ auus Herodes possederat; atque ita etiam Iudæa, quæ tum desiit prouincia esse *Ioseph.* 18. 8. 9. *& lib.* 19. 4. *Dio* 59. 60.

b Iosephus Antiq. 20. c. 5. & hic Agrippa est, apud quem Paulus captiuus pro se & Christiana fide dixit. *Act.* 24. *&* 25.

c Ioseph. Antiq. 19. extr.

eſt *a* bellum Iudaicum, quo Veſpaſianus Galilæam & Iudæam perdomuit, Titus Hieroſolyma deleuit, vterque de Iudæis triumphauit.

Sed ad VESPASIANVM reuertimur, principem mitem, affabilem & in artium profeſſores inſigniter liberalem, qui, quamuis pecuniæ ex rebus etiam parum decoris conquirendæ auidior eſſet, bonus tamen vel ideo habetur, quod optimum reliquit ſucceſſorem TITVM filium, illas nempe delicias *b* humani generis, qui diem absque beneficiis perdi putabat, nec vllam ab imperatore triſtem dimitti oportere. Sed breuis, biennio concluſa, felicitas fuit, quam hoc peiora tempora exceperunt, quo diſſimilior fuit Tito frater & ſucceſſor DOMITIANVS, ſæuus, ſuperbus, vno edicto *c* philoſophos vrbe & Italia expellens; Chriſtianorum hoſtis infen-

a Tacitus *Hiſt.* 5. 10.
b Eutrop. 7. 14. Sueton. cap. 8.
c Suet. c. 10. & Gell. 15, 11. f.

fensissimus, qui Ioannem Apostolum in insulam Pathmum relegauit, cetera de Dacis & Germanis falsum triumphum *a* egit, & veræ gloriæ Iulii Agricolæ, Britanniam subiugantis, inuidit. Huic occiso post xv. annorum tyrannidem, & ignominiose *b* sepulto successit NERVA Traianus admodum senex, qui libertatem & principatum miscuit, res olim dissociabiles, & breui imperio (post xvi enim menses defunctus est) non breuem felicitatem reipubl. attulit Vlpium TRAIANVM adoptando, qui ita Imperio præfuit, vt non aliter postea in senatu acclamatum principibus sit, nisi *c* *felicior Augusto, melior Traiano.* Etenim longissime omnium protraxit imperii fines, & Daciam quoque deuicto rege Decebalo; etiam Mesopotamiam, Assyriam & Armeniam prouincias fecit, & orbem Romanum splen-

a Tacitus Agric. cap.39.

b Funus cum ingenti dedecore per vespillones exportatum. *Eutrop. 7. extr.*

c Eutropius. 8. c.2.

ſplendidiſſimis *a* operibus ornauit. Tanta comitate, liberalitate, & in doctos amore fuit, vt iuſtis de cauſſis S.P.Q.R. *b Optimi* illi cognomen adiecerit. Hoc ſolum gloriam tanti principis obſcurat, quod præpoſtera in deos ſuos pietate & religione acerbius aliquamdiu Chriſtianos adflixit. Tandem a *c* Plinio, Bithyniæ conſulari poteſtate proprætore, certior factus, Chriſtianis innocentiam vitæ ſingularem eſſe, mitiorem *d* ſententiam tulit, non conquirendos eſſe, ſi vero deferantur & arguantur, puniendos. Hoc tempore *Ignatius*, *e* Antiochenus

F epiſco-

a Pons in Iſtro lapideus, quem epitome Dionis delineat, in primis operum Traiani memorandus. Nec pauca aliorum in diuerſis prouinciis ſuperſunt veſtigia.

b Plinius Panegyr. c.88.

c Plinius lib.10. epiſt.97.

d idem epiſt.98. quam Traiani reſponſionem Tertullianus Apolog. c.2. iuſte reprehendit. *Si damnas*, inquit, *cur non & inquiris?* aut *cur non abſoluis, ſi non inquiris?*

e Euſebius Hiſt. Eccleſ. 3. c. 36.

episcopus, Romam adductus fuit & bestiis obiectus. Neque hæc sola erant Christiani fundi calamitas, sed hæretici quoque pridem cœperant Ecclesiam turbare, *Cerinthus*, *Ebion*, Christi *a* Deitatem impugnantes, quibus Ioannes Apostolus (nam ad hæc tempora vixisse traditur) diuinos suos libros opposuit.

Ad finem properabat primum sæculum Christianorum, cum Traianus reipublicæ præficeretur, qui ad Seleuciam Isauriæ post vndeuiginti annos defuncto successit ÆLIVS ADRIANVS, qui tot rebellibus populis (plures enim defecerant) resistere non ausus, reliquit prouincias *b* Transeuphratæas, quas Traianus fecerat, & de Dacia idem conanti amici disuaserunt, ne

a Hieronymus Catalogo Script. Eccles. in Ioanne Apostolo, *asserunt*, inquit, *Christum ante Mariam non fuisse.* De aliis horum erroribus videatur Tertullianus Præsc. adv. hæret. c.48. Euseb. H. E. 3. c. 27. 28.

b Spartianus in Adriano cap. 5. Eutropius. 8, 3.

ne innumeri coloni Romanorum, a Traiano deducti, barbaris proderentur. Hic *a* Quadrati apologia mitigatus pacem Christianis reddidit *b* epistola ad Asiæ procos. data, vt nemini liceret Christianos sine obiectu criminis aut probatione damnare. Iudæos in Cyrenaica, Ægypto & Cypro tumultuantes aliquot cladibus *c* Traianus attriuerat, spiritus vero superbæ gentis adeo non repressit, qui Adriani tempore vehementius consurgerent instigati maxime a quodam *d* Bar Cochba, id est, *stellæ filio*, qui

a Hieronymus Epist. 84. ad Magnum. *Quadratus*, inquit, *apostolorum discipulus & Atheniensis pontifex ecclesiæ, nonne Adriano principi, Eleusinæ sacra inuisenti, librum pro nostra religione tradidit? & tantæ admirationi omnibus fuit, vt persecutionem grauissimam illius excellens sedaret ingenium.* Euseb. 4, 3, 8. & Oros. 7. 13. Aristidem, & præsidem Serenum Granium eiusdem caussæ deprecatores addunt.

b Orosius cit. loc. Euseb. 4. 9.

c Xiphilinus lib. 68. extr. Euseb. H. E. 4. 2.

d R. Ganz in Zemach. David. p. 41. A. כוזיבא הנקרא בר כוכבא כז
ררם

pro ſuorum liberatore & promiſſo Meſſia haberi cupiebat. Poſt multa prœlia collatum eſt omne bellum circa *a* Bittêrem oppidum, eoque expugnato & deleto confectum feliciter fuit, ruderibus quoque *b* Hieroſolymæ, quam inſtaurare cœperant Iudæi, funditus deiectis, & nouo oppido

מרד ברומיוס ועשה את עצמו משיח ועל כן נקרא בר כוכבא מפני שדרש ואמר שעליו נאמר דרך כוכב מיעקוב *Ben Cuziba vocatus Bar Cochba, rebellavit contra Romanos & fecit ſe ipſum Meſſiam, & ideo dictus eſt* BAR COCHEA, ſtellæ filius, *quia de ſe interpretabatur* (Num. 24, 17. *Proceſſit ſtella de Jacob.* Adde Iuchaſin. p. 35. B.

a Euſeb. H.E. 4,6. ἀκμάσαντος τοῦ πολέμου κατὰ Βήθθηρα πόλιν, ἥ τις ἦν ὀχυρωτάτη, *increſcente bello circa Betterem, vrbem muniriſſimam.* Judæi כירן ſcribunt.

b Hieronymus Epiſt. 19. ad Dardanum, *Ciuitatis,* inquit, (*Hieroſolymæ*) *vsque ad Adrianum principem per quinquaginta annos manſere reliquiæ.* Has κατασκαψε *diruit* Adrianus, vt ei æqualis Appianus auctor in Syriacis eſt.

do ibi constituto, quod *a* Æliam de suo nomine Adrianus dixit, addito edicto, *b* ne quis Iudæus natione vel a longinquo illam regionem adspiceret.

Obiit Adrianus cum XXII, ferme annos imperasset, successorem relinquens ANTONINVM, adoptione filium, qui ob clementiam & morum intregritatem PIVS cognominatus est, quod nulli acerbus, cunctis benignus esset, & defendere magis provincias, quam amplificare studeret. Hic iussu patris adoptauit M. ANTONINVM PHILOSOPHVM, Marcus L. VERVM, qui post fata Pii, sicut genere & adfinitate, ita imperii consortione vndecim annis coniuncti

a Eusebio & Orosio *Ælia*: Xiphilino *Ælia Capitolina* cum cognomine Jovis. Omnia enim ethnicorum more in novo oppido instituta. Jouis *simulacrum in loco resurrectionis*: in crucis rupe statua *Veneris* vsque ad Constantini imperium stetit. *Hieron. Epist.* 13. *ad Paulin.*

b Aristo Pellæus apud Eusebium. c. I. hæc prodidit.

cti fuerunt, *a* primo reipubl. Romanæ exemplo, vt duos simul augustos videret. Lucius Verus luxuria diffluens, id laude dignum habuit, quod Parthorum regem Vologesum *b* superauit, nec collegæ Marco inuidit triumphi societatem. Cum Aquileiæ aliquamdiu egisset belli Pannonici causa, subito morbo correptus diem obiit supremum. At Marcus non tam nomine, quam vita & doctrina philosophus, solus postea reipublicæ præfuit, eamque optime gessit, nisi quod Parthici belli tempore iniquior fuerat *c* Christianorum caussæ, in Gallia aliisque prouinciis supplicio adficiens Christianæ professionis homines, & in his quoque Polycarpum Smyrnensem, ex variis periculis ad hæc tempora conseruatum. Bellum quoque gessit contra Quados &

a Spartianus in Adriano. c. 24. Eutropius 8, 5.
b Capitolinus in Marco & vero. Orosius. 7, 15.
c Orosius c.l. Eusebius, 4, 15.

& Marcomannos adeo periculoſum, Vt cum Punicis conferatur, in quo cum ſiti premerètur exercitus, & pæne ad deſperationem adactus eſſet, legionis *a* Melitenæ milites chriſtiani id *b* precibus impetrarunt, vt hoſtibus fulmine proſtratis Romanæ copiæ effuſo imbre reficerentur, vnde & legioni *c* *fulminatricis* cognomen *d* imperatorem addidiſſe vulgo putant,

a Melitene de loco ſtatiuorum apud Cappadociam ſiue minorem Armeniam dicta. Erat autem Legio XII. cum cognomento FVLMINEAE. *Notit. Imper. ſub duce Armen. p.*232.

b Mirandam rem e noſtris ſcripſerunt Tertullianus ad Scapulam c. 4. Euſebius 5, 5. Ex profanis Dio in epitoma Xiphilini, Claudianus VI. Conſ. Honor. 342. Capitolinus c.24. Lampridius in Elæagab. c.9. Silent autem hi de Chriſtianorum precibus, & plerique magicis artibus rem inſolentem imputant, quam vere, ex ipſius Marci (de ſeipſo lib. I. n.6.) ἀπιστηικῷ ſiue negata his artibus fide, clariſſimum eſt.

c Gruterus Inſcr. p. 547. 567. LEG. XII. FVLMINAT.

d Ita Apollinaris apud Euſeb. c. l. & Xiphilinus. At Dio lib. 55. in Auguſti legionibus

tant, quanquam haud dubie probari videtur, ante hæc tempora id legioni cognomen fuisse. Hæresiarchæ eadem tempestate fuerunt *a* Valentinus, *b* Cerdon, *c* Marcion, qui præter alios enormes errores Christi humanam & nobis *ὁμοούσιον* naturam oppugnatum ibant;

τὸ ἐν Καππαδοκίᾳ τὸ κεραυνοφόρον (στρατόπεδον) *legionem fulminiferam* numerauit. An per anticipationem nominis? ita Xiphilino videtur: sed hoc refutat inscriptio ex Traiani æuo apud Grut. f. 193. n. 3. LEG. XII. FVLM.

a Valentini error inter multos præcipuus, *Christum in substantia corporis nostri non fuisse, sed spirituale, nescio quod, corpus de cælo deferentem quasi aquam per fistulam, sic per Mariam Virginem transmeasse, nihil inde vel accipientem, vel mutuantem.* Tertullian. Præscript. adv. hæret. cap. 49.

b Cerdon *duos deos introducit, vnum bonum, & alterum sævum.* Christum *in substantia carnis negat, in phantasmate solo fuisse pronunciat,* idem c. l. c. 51.

c De Marcione. I. Tertullianus ait, *hæresin Cerdonis approbare,* nempe de alio Deo Christi patre, alio, qui mundum condiderit vt ex Iustino Martyre Apol. 2. Eusebius H. E. 4. 11. exponit.

ibant; præterea a Montanus & b Praxeas, cujus progenies fuerunt Patripassiani. Nec id temporis felicior respublica, quam Ecclesia, fuit, siquidem Marcus optimus princeps, at infelix pater, monstrum potius, quam successorem dedit COMMODVM filium, videlicet iracundum, crudelem, voluptuosum, parasitorum servum, aurigam magis & gladiatorem, quam Romanorum principem. Vnde in eum conspirationes, quas effugit aliquoties; at cum ferales codicilli, quibus nomina proscriptorum continebantur, c casu quodam proditi essent, ab iisdem, quos interfecturus

a Hieronymus Epist. 54. *Montanistæ*, inquit, *Trinitatem in vnius persona angustias cogunt, & - - - putant scelerata conjugia iterata.*

b Tertullianus lib. extremo de Præscr. adv. hær. *Praxeas*, inquit, *Deum Patrem omnipotentem, Iesum Christum esse dicit, hunc crucifixum passumque contendit.*

c Herodianus *l.* 1. *c.* 17. cuius sunt & cetera, quæ de Commodo, Pertinace, Iuliano leguntur.

ctурus erat, oppressus, & principatus dignitas PERTINACI delata, sed a militibus, disciplinam senis ægre ferentibus, post aliquot menses cum vita ademta fuit, & Didio IVLIANO vendita, verum haud diutius possessa, quippe eodem anno a Septimio SEVERO, a Pannoniarum rectore, occupatur imperium, & senatus auctoritate Iulianus interficitur. Eodem tempore Pescennius NIGER in Syria, & Clodius ALBINVS in Gallia imperium adfectabant, sed vterque a Seuero, ille quidem b gemino prœlio, ad Cyzicum & Issum Ciliciæ; hic ad Lugdunum victus oppressusque fuit. c Parthos quoque & Arabes, quod Pescennio studuerant, bello eodem superauit. Æmulis sublatis Christianos persecutus est, quæ quin-

a Herodianus 2. c. 9.

b Herodianus lib. 3. cap. 2, 4, 7.

c Inde *Parthici* & *Arabici* cognomenta, in lapidibus & historiis.

a quinta eorum vexatio fuit, qua supplicium pro Christi honore Leonides pater Origenis, passus est. Inter hæc in Britanniam proficiscitur imperator, in eaque *b* vallo XXXII. millium passuum maria coniungit, vt obicem ponat Caledoniorum, quos Scotos nunc vocamus, incursionibus, quod ante ipsum etiam *c* Adrianus & *d* Antoninus Pius moliti erant.

Floruerunt hoc sæculo, & scriptis operam Ecclesiæ nauarunt *Iustinus philosophus* & *martyr*, apologia, quam Antonino Pio pro Christianis exhibuit, admodum illustris: *e Athenagoras*, qui sub Marco principe idem

 præ-

a Orosius 7, 17. *quintam*; Sulp. Seuerus 2,32. *sextam* appellat, Adriani acerbitate, qua initio imperii vsus est, adnumerata.

b Spartianus murum vocat c 18 vallum Eutropius 8, 10. Beda Hist. 1. c. 5. operose contendit vallum, non murum fuisse.

c Spartian. in Adriano. c. 11.

d Capitolinus in Pio cap. 5.

e Iustinus & Tertullianus apologiis suis satis illustres: Athenagoras, his nihil cedens, latuit nec

præstitit: *Irenæus* Lugdunensis episcopus, *Clemens* Alexandrinus; & vergente sæculo *Tertullianus*. Etiam interpretes scripturam ad hoc tempus pertinent, *Aquila* Ponticus, *Theodotio* & *Symmachus*, omnes a iudaizantes, ecclesiæ tamen haud inutiles.

Tertium sæculum exortum erat Ecclesiæ, cum Seuerus, Eboraci in Britannia mortuus, imperium filiis Bassiano CARACALLAE atque GETAE reliquit, fraterna, quod sperabat, concordia

nec Eusebio, nec Hieronymo memoratus. Sic maiora quædam aut æqualia, quædam clariora. Vid. præfat. CL. Rechenbergii.

a Hieronymus præfat. in Iobum, quæ 113. epistola est, *Iudæus Aquila; & Symmachus ac Theodotio iudaizantes hæretici, multa mysteria Saluatoris subdola interpretatione celarunt & tamen in ἑξαπλοῖς habentur apud ecclesias, & explanantur ab ecclesiasticis viris.* Fuit autem Aquila non genere Iudæus, sed proselytus: Symmachus ac Theodotio Ebionitæ, *Hieron. Catal. Scr. Eccl. in Origene*, & semichristiani, *in Habac.* 4, 13. De singulorum ætate videatur Vossius Art. Gramm. I. c. 31. Simon. Disq. Crit. cap. 18.

cordia administrandum. Tantum vero illius in fratrem odium erat, vt nulla ratione placari, nec prius conquiescere potuerit, quam immissis in palatium percussoribus *a* obtruncaret. Sic solus rerum potitus Antoninus Caracalla omnia superbius egit, & in amicos fratris crudelissime sæuire cœpit. Tandem eluso, expetitis filiæ nuptiis, Parthorum rege, & pro genero hostis factus magnam stragem edidit securis barbaris & nihil mali metuentibus; quam cum vltum irent instructis copiis, pridem Caracalla a satellite ad Carras occisus erat. Successor MACRINVS, barbarorum impetum non sustinens, redditis captivis & præda pacem redemit, & exacto in deliciis anno Chalcedone Bithyniæ, antequam Romam veniret, cum filio DIADVMENO, *b* imperii parti-

a Herodianus 4. cap. 4. cuius etiam sunt, quæ de hoc principe sequuntur.

b Capitolinus in Macrino cap. 10. *Sciendum*, inquit,

ticipe, a militibus trucidatus fuit. Milites tunc imperatorem legerant Antoninum [a] ELAGABALVM, sic a sacerdotio Solis, quo fungebatur in Phœnicia, cognominatum. Rumor enim erat, Caracallæ filium esse occulto stupro ex consobrina genitum. Sed cum se probris omnibus contaminaret, & consobrinum ALEXANDRVM Mammææ, duodecim annorum puerum, ipse quatuordecim natus [b] adoptasset, in castris prætoriis tricesimo regni mense oppressus est. Alexander Seuerus bonus princeps, Vlpiano iuris consulto vsus scrinii magistro, bellum Persicum primus Romanorum, quanquam non felicissime

inquit, *quod cæsar fuisse dicatur non augustus, Diadumenus puer, quem plerique pari fuisse cum patre imperio tradiderunt.*

[a] Vulgo *Heliogabalus.* De origine nominis ad Eutropium diximus. Herodiano. 5, 3 Ἐλαγαγάβαλος est: in nummis ELAGABALVS. *Spanh* p. 92. *Vaillant.* p. 128. T. 2.

[b] Per ridiculum (γελοιότατα) senatus decreuit, quia adoptans est adoptato quasi pater.

me *a* gessit. Hoc enim tempore Artaxerxes Persa ab Artabano Parthorum rege defecerat, & orientis imperio ad Persas translato antiquos regni fines ab Hellesponto vsque, ab Romanis repetebat. Nondum hoc profligato nouum bellum a Germanis mouebatur Illyricum inuadentibus, quibus cum obuiam factus Alexander pecunia potius pacem, quam armis & pugna pararet, ægre ferentes milites trucidant imperatorem, & summam rerum ad MAXIMINVM, Thracem natione, & ex *b* opilione militum ac præfectum tironum, deferunt, qui bello contra Germanos gesto, postquam triennio regnauerat, a Pupieno Aquileiæ occisus fuit, talem exitum *c* Christianorum persecutione sexta

a Aliter Eutropius & Rufus: a nobis autem stat Herodianus l.6. c.5.

b Herodian. 6. 8. ἐν παιδὶ ποιμαίνων, *in iuuentute pastor.* Capitolinus in vita cap. 2. *in prima pueritia fuit pastor.*

c Propter christianam Alexandri, cui successe- rat,

ſexta promeritus. Tres tunc ſimul augusti facti ſunt, PVPIENVS, BALBINVS & GORDIANVS, ſed prioribus in palatio ſtatim interfectis, ſoli GORDIANO imperium reſeruatum eſt. Hinc Ianum Geminum *a* aperuit, Perſis, qui moliebantur erumpere, bellum illaturus. Ex quo victor rediens apud Circeſſum, Euphrati imminens caſtellum, a PHILIPPO Arabe, qui poſt ipſum imperauit, interfectus eſt. Hinc chriſtianæ cauſſæ cumprimis ſtudens, quinque annis rempublicam rexit, milleſimum vrbis annum ingenti ludorum apparatu celebravit, & *b* Philippopolim Arabiæ condidit, cum filio tandem, quem

a Cæſa-

rat, & Mammææ, matris illius, familiam Chriſtianus perſecutus. *Oroſ. 7. 19.*

a Aurelius Victor Marcum ædes Iani clauſiſſe tradit, quas in Perſas moturus apertas fecerit Alexander ritu majorum. Oroſius 7, 19. id longius, ad Flauios nempe, reiicit.

b Patriam Boſtra, ornamentis auctum, Philippopolim vocauit, *Aurel. Victor & Zonar.*

a Cæſarem fecerat, ab exercitu *b* interemtus. Poſt hæc DECIVS, ab Illyrico exercitu electus, feralibus edictis contra Chriſtianos editis, in bello aduerſus Gothos, qui tunc primum ex ſeptentrione ruebant, miſere, *c* occubuit. Breui poſt tempore multi imperatores ſecuti ſunt GALLVS, *d* HOSTILIANVS, VOLVSIANVS, AEMI-

a Principio cæſar, deinde Auguſtus dictus & conſors imperii. Lapis Narbonenſis: M. IVLIO. PHILIPPO. NOBILISSIMO. CAESA. PRINCIPI. IVVENTVTIS. *Gruter. p.* 272. Neapoli in tabula ænea, IMP. M. IVLIO. PHILIPPO. FELICE. AVG. COS. DES. III. ET. IMP. M. IVLIO. PHILIPPO. PIO. FEL. AVG. COS. II. DES. COS. *Bellorius Veſtig. Vet. Romæ p.* 15.

b Senior Philippus Veronæ; Romæ iunior occiſus. *Eutrop.* 9. 3.

c Victor vetus *c.* 44. *in ſolo barbarico, gurgite paludis ſubmerſus eſt.* Zoſimus. 1. 23. ἐμπαγεὶς τῷ πηλῷ διεφθάρη, *in luto defixus periit.*

d Obſcuri imperatores, neque nominibus ſatis diſtincti. Vide notata ad Eutropium, qui principatum illorum *ſola peſtilentia & morbis notum fuiſſe* cenſet.

AEMILIANVS vix imperium degustantes: & his interfectis Licinius VALERIANVS, *a* octauæ persecutionis Christianorum auctor, graues pœnas nefarii edicti luit, quippe in Mesopotamia a Persis captus, in ignobili seruitute *b* consenuit. Nec filius GALLIENVS de patre liberando cogitauit, sed ignauia permisit, vt Germani in Galliam, Hispaniam, & in Italia Rauennam vsque excurrerent, Gothi Thracias & Græciam vastarent, Dacia, trans Danubium prouincia, omnis amitteretur. Actum fuisset de Romanorum dominatione, nisi *c* ODENATVS, Palmyrenorum prin-

a Valeriani edicta contra Christianos, habes in Cypriani, qui sub hoc tyranno supplicium subiit, epist. 80. ad Successum.

b Hæc Eutropius 9, 6. & Victor vetus: at Victor Schotti *fœde laniatus interiit*; Cedrenus f. 212. ὑπὸ Σαπώρου ἐκδαρεὶς ἐτελεύτησεν, *a Sapore excoriatus vitam finiit*. Sed hoc post mortem Lactantius de Mort. Persec. ponit.

c Vulgo *Odenatus*; vere, vt ex nummis liquet, Οδεναθης vid. illustr. Spanh. de Numism. p. 91.

princeps, & hoc occiso, vxor *a* ZENOBIA, Ægyptia mulier, Persarum impetum retardassent: in Gallia vero *b* POSTVMVS nutantem occidentem stabilisset. Et hi sunt ex *c* XXX illis tyrannis, qui Gallieno luxuriæ, popinis & libidinibus vocante Romanum imperium, sed alii aliis locis, inuaserunt, & partim mutuis æmulationibus, partim ab Aureliano principe postmodum confecti sunt. Etenim Gallieno, Mediolani post nouem annos occiso, CLAVDIVS a militibus surrogatus est, qui intra biennium, cum Gothos ad *d* Martianopolim, Mœsiæ vrbem ingenti prœlio vicisset, morbo interiit, cui frater

a Filiorum nomine orientem tenebat Zenobia. *Vopisc. in Aurel. c.* 22. & 38. & *Treb. Pollio in Zenob. c.* 30. Horum maximus corrupte a Vopisco c. 38. integre in nummo IMP. VHABALLATVS AVG. appellatur. *Spanh.* ὁ πάνυ, p. 597.

b POSTVMVS verum nomen ex nummis.

c Singulorum vitam scripsit Trebellius Pollio: etiam ignauiam Gallieni cap. 3. de iisdem tyrannis.

d Trebellius Pollio in Claudio, c. 9.

ter *a* QVINTILLVS, vir ſanctus, ſucceſſit, ſed XVII. tantum dierum imperator. Igitur AVRELIANVS, Dacia Ripenſi oriundus, fortis manu, adhuc *b* priuatus Sarmatarum & Francorum victor, imperium ſuſcepit, & Gothis fuſis ad priſtinos illud fines produxit, de *c* Zenobia quoque, orientis domina, & TETRICO, Galliarum tyranno, triumphans. Solam Daciam vltra Danubium intermiſit Romanis colonis in *d* Mœſiam reuecatis, quam ſuam Daciam vocari voluit inter duas Mœſias mediam. Utilis ſic reipublicæ, at ſæuus & formidabilis eccleſiæ, & nonæ *e* perſecutionis auctor fuit, quæ res pœnam eccleſiæ

a idem cap. 12.

b Cum tribunus militaret vicit apud Maguntiacum Francos: & ante hos Sarmatas. *Vopiſc. in Aurel. c.* 6. 7.

c Zenobiam gemino prœlio ſuperauerat, leniore ad Antiochiam ſiue Immas; grauiore ad Emeſam. *Zoſim.* 1. 50. & 53.

d Vopiſcus cap. 39. Eutrop. 9. 9.

e Oroſius. 7. 23.

clesiæ hostibus dignam accelerauit, vt serui fraude ad Thraciæ *a* Heracleam interficeretur. Post TACITVM, qui *b* Mœotidas ex Asia depulit; & fratrem FLORIANVM, paucorum mensium imperatores, PROBVS Sirmiensis ad rempublicam accessit, & Gallia, Thracia, Asia a barbarorum incursione liberatis, victisque BONOSO & PROCVLO anticæsaribus, *c* vineas Gallos ac Pannonios habere permisit. Hunc interemit militaris tumultus in *d* turri ferrata ad Sirmium, cum quinquennio regnasset omnibus imperatori-

a Thraciæ Heraclea olim Perinthus dicta, inter quam & Constantinopolim interemptus fuit Aurelianus. *Vopisc.* c.35. *Eutrop.* 9.9.

b Mæotides paludis accolæ a Vopisco in Tac.c.13. *Maeotidae* vocantur. Zosimus 1,63. hos Scythas transjecta Mæotide palude, per Pontum ad vsque Ciliciam excucurrisse tradit.

c lege Domitiani annonaria intermissas, *Suet.*7.

d Turris Ferratæ in hoc principe meminerunt Eutropius, Victor vetus siue Epitome, Vopiscus, qui cap.21. *speculae causa editissimam exaedificatam* fuisse scribit.

toribus, qui antecesserant, melior. Post eum CARVS, Narbonæ in Gallia natus, augustus creatur, & ex Sarmatico bello in Persas profectus, *a* Ctesiphonte ac Seleucia captis, ictu fulminis supra Tigridem, vt *b* fama est, conflagrauit. Reuersus e Perside victor exercitus, cum *c* NVMERIANVM insidiis Apri perdidisset, DIOCLETIANVM augustum appellat, qui victo ad Margum Mœsiæ CARINO, Cari filio, MAXIMIANVM HERCVLEVM imperii socium siue cæsarem legit, quorum ille in oriente, hic in occidente

a Seleuciam & Ctesiphontem *cepisse* tradunt Eutropius & Zonaras: *transgressum esse Ctesiphontem* Aurel. Victor: *Ctesiphontem vsque peruenisse* Vopiscus in vita c. 8.

b Plures quidem fulmine interemptum dicunt; alii autem morbo. Certum est ægrotum exspirasse inter fulmina & tonitrua. fataliter, an ex adflatu cœlestis ignis, dubitatur. Calpurnius, Cari ad memoriam dictator, in epistola ad præfectum Vrbis, *quantum*, inquit, *scire possumus, ægritudine constat absumtum.* Vopiscus c.l.

c filium Cari, ex cæsare iam augustum, *Eutrop. 9. 12. & Vopisc.*

dente *a* ecclesias vastauit, quæ decima post Neronem persecutio numeratur. Tum temporis non optimæ rés Romanorum erant, prouinciis intestino motu laborantibus, quod in caussa fuit, vt MAXIMIANVS HERCVLEVS ex *b* cæsare augustus, CONSTANTIVS vero & MAXIMIANVS GALERIVS cæsares legarentur, e quibus Constantius Galliam

a Exstant inscriptiones de hac persecutione apud Gruterum p. 280. SVPERSTITIONE. CHRIST. VBIQ. DELETA. & alio lapide: NOMINE. CHRISTIANORVM. DELETO. QVI. REMP. EVERTEBANT. Adde Orosium. 7, 25.

b Probe in hac historia *cæsares* ab *augustis* distinguendi. Illorum tum potestas, tum ornamenta minora erant, quam augustorum. Vtebantur cæsares quidem purpura, sed sine auro, vt apparet ex epistola Commodi apud Capitolinum in Albino, c. 2. Carebant etiam diademate, vt notum ex Iuliani historia, & Zosimo 6. 13 n. 1. Potestatis circumscriptæ testes sunt eiusdem Iuliani apud Ammianum 20. cap. 23. 24. & Maximiani Galerii historiæ apud Eutrop. 9. 15. n. 7.

liam pacauit, *a* Alemannorum LX millibus cæsis: Maximianus augustus bellum in Africa profligauit: Cæsar Maximianus *b* Persas vicit: Diocletianus Ægyptum in ordinem redegit, Britanniis quoque ductu præfecti prætorio recuperatis. Post hæc vterque augustus imperio se abdicauit, & CONSTANTIVS atque GALERIVS augusti appellati.

Ecclesia hoc & superiore sæculo multas vexationes tulit sub Traiano, Antonino Philosopho, Seuero, Maximio, Decio, Valeriano, Aureliano, Diocletiano: multos quoque principes vidit pios, modestos, & christianæ rei in primis studentes. *c* Tertullianus enim Antoninum Caracal-

a Eutropius. 9. cap. 15.

b Galerius Maximianus cæsar victus a Persis: ob id a Diocletiano grauiter acceptus, impetratis nouis copiis, fudit Persas & castris exuit. *Eutrop. c.l.*

c Tertullianus ad Scapulam cap. 4.

racallam lacte christiano educatum dicit, & Alexander Seuerus, *a* Lampridio teste, in larario suo & Christum & Abrahamum habuit, quod sine dubio a matre mammæa hausit, Origenis in christiana fide *b* discipula, quam an vere professa fuerit, non liquido constat. Philippum vero Arabem christianum fuisse *c* multi vete-

G rum

a Lampridius in Alex. c.29.

b Mammæam Origeni dedisse operam eiusque doctrinis vacasse, auctores sunt Eusebius Hist. Eccl. 6, 21. Hieronymus Catalog. in Origeni: Orosius 7, 18. Eusebius etiam θεοσεβεστάτην vocat, Hieronymus *religiosam fœminam.*

c Hieronymus Catal. Script. Eccl. in Origene, Orosius 7, 20. Zonaras & Iornandes in hoc principe, Philippum vere christianum fuisse affirmant. Nec ipse Eusebius Hist Eccl. 6. 34, 36. dissentit, quamuis lib. 4. de Vita Const. c. 62. μόνος, ait, τῶν ἐξ αἰῶνος αὐτοκρατόρων Κωνσταντῖνος Χριστοῦ μαρτυρίοις ἀναγεννώμενος ἐτελειοῦτο, *solus Constantinus ex imperatoribus sæculi martiriis Christi perfecto renatus fuit.* Digna Scaligeri verba ad Euseb.

rum asseuerant, quamuis hoc alii de fauore in Christianos, quam fidei professione, malint intelligi, vt id honoris Constantino reseruarent. His ergo regnantibus mira incrementa habuit christiana res, & ecclesiæ operam commodarunt, initio quidem sæculi *Clemens* & *Tertullianus*, licet hic inuidia & contumeliis *a* Romani cleri commotus in montani castra transierit; & *Origenes* *b* Bibliorum edi-

Eufeb. n. 2260 quæ huc adferantur. *Nam*, inquit, *illi magnam iniuriam sacro sancti Christi cultui faciunt, qui primi hunc latronem Araba, domini sui, imperatoris innocentissimi, & reipub. maxime necessarii interfectorem, idolorum cultorum, & ex cuius vita nihil tale colligi potest, Christianum ausi sunt dicere.*

a Hieronym. de Script. Ecclef. in Tertulliano.

b Origenis *Tetrapla*, præter LXX viralem complectebantur Aquilæ, Symmachi & Theodotionis verfiones. His additus Ebræus textus, femel propriis, iterum Geæcis characteribus exaratus, notissima illa *Hexapla* conftituebat. Tandem *Octapla* fiebant accessione duarum edi-

editionibus, quæ Tetrapla, Hexapla, Octaphla vocantur, illustrissimus: post hæc tempora *Gregorius* Neocæsariensis floruit, & *Cyprianus* Carthaginensis episcopus, qui tanti fecit ciuem suum Tertullianum, vt *a* sine eius lectione nec diem prætermiserit. Vt fieri autem solet, nec hæreticis hæc tempora caruerunt, siquidem octaua & nona persecutione feruente *b Nouatus*, Catharorum pater, in ecclesia turbas dedit, & post eos *c Sabellius*

editionum, quarum altera Hierichunte in dolio, altera Nicopoli ad Actium reperta fuit. *Euseb. Hist. Eccl.* 6. 15. *Hieronym. Catal. Script. Eccl. in Origene, & 2. adv. Rufinum c.* 8 *Epiphan. de Ponder. c.* 19.

a Hieron Script. Eccl. in Tertulliano.

b Nouatus presbyter Cypriani fuit, quem secutus est Nouatianus, presbyter Romanæ ecclesiæ. Vterque nolebat apostatas suscipere pœnitentes. *Hieron. Catal. in Nouatiano.*

c Hieronym. epist. 54. ad Marcellam: *Sabellii dogma sectantes Trinitatem in vnius persona angustias cogunt.* Adde advers. Luciferianos cap. 5.

& a *Paulus Samosatenus*, Trinitatis hostes, persecutionibus vexatam ecclesiam intestinis quoque insidiis adflixerunt, quibus accessit b *Manes* infaustus auctor Manichæismi.

a Paulus hic, patria Samosatensis, Antiochenus episcopus fuit, ταπεινὰ καὶ χαμαιπετῆ περὶ τοῦ Χριστοῦ φρονήσαντος, ὡς κοινοῦ τὴν φύσιν ἀνθρώπου γενομένου. Euseb. Hist. E. 7, 27.

b De origine & nefanda doctrina Manichæorum Socrates Hist. Eccl. lib. 1. c. 22. Gr.

HISTO-

HISTORIA ANTIQVA IN TABVLIS SYNOPTICIS.

Monarchiæ primæ Diſpoſitio vulgaris.

NIMROD

BELVS

NINVS

* En diſſenſum! Boxhornio Nimrod, Belus, Ninus tres diſtincti reges ſunt: Io. Conr. Dieterico Nimrod & Belus idem, & Ninus filius illius: Io. Vorſtio Not. ad Iuſtinum idem Nimrod & Ninus.

SEMIRAMIS Vidua Nini.

NINYAS filius Nini & Semiramidis.

XXXII aut plures ſucceſſores obſcuri.

SARDANAPALVS ab Arbace Medo deiectus.

Diuisa monarchia Assyriorum.

Assyrii	*Medi*
PHVL	ARBACES
TIGLATPILESAR	
ASARHADDON,	
a quo deficit Merodach Babyloniæ præfectus, & regni sedem ex Assyria Babylonem transfert.	obscuri intermedii.
Babylone regnantes	
MERODACH	
* *	
NABOPOLASSAR,	DEIOCES
NEBVCADNEZAR	PHRAORTES
EVILMERODACH	CYAXARES
BELSAZAR	ASTYAGES.
DARIVS Medus.	

CYRVS.

Primæ monarchiæ Diſpoſitio Scaligeriana.

Dynaſtia Chaldæorum in Babylonia

1. EVECHOOS, qui Syncello Nimrod eſt.

VI ſucceſſores obſcuri.

Anni dominationis CCXXIIII.

Dynaſtia in Babylonia Arabum.

Sex numero reges, obſcuri, niſi quod nomina ab Africano prodita.

Anni dominationis CCXVI.

* vltimo rege ex Arabum familia debellato Belus anno XXVII imperii ſui Aſſyriorum imperium cum Babylonio coniunxit.

Dispositio Scaligeriana.

Dynastia in oriente Assyriorum.

1 BELVS

2 NINVS

3 SEMIRAMIS

4 NINYASZAMES.

obscuri

9 - - - *Abraham nascitur.*

obscuri

22 - - - *Moses Nascitur.*

25 - - - *Exodus Ebræorum.*

33 - - - *Troia capta.*

37 - - - *Templum Salomonis conditum.*

41 TONOSCONCOLEROS, Græcis, SARDANAPALVS.

* Anni a Belo ad Sardanapali finem 1484: ab Enochoo 1952.

Dispositio Scaligeriana.

Dynastia Medorum & Babyloniorum.

Medi.	*Babylonii.*
1 ARBACES, Sardanapali victor.	
2 Mandauces f.	
3 Sosarmus. *Initium Olympiadum.*	
4 Artycas	1 NABONASSAR deficit a Medis
5 Arbianes	
6 DEIOCES Herodoti, Arsæos Ctesiæ 40 ann.	5 MARDOKEMPADVS
7 PHRAORTES, Artynes, 22. a.	11 IERAEDIN
8 CYAXARES 40. ann.	12 SAOSDVCINVS
	14 NABOPOLASSAR
	15 NEBVCADNEZAR
9 ASTYAGES, al. Apandas, 40. ann. regnavit.	16 EVILMERODACH
	17 Neregasolarus
	18 NABONIDVS, Darius Medus

CYRVS.

Dispositio Scaligeriana.

Dynastia Assyriorum post Sardanapalum.

Medi	*Assyrii*
1 Arbaces	* *
	PHVL
	TIGLATHPILESAR
	IAREB
4 Artycas. *Babyl.*	SARGON
NABONASSAR	SALMANASSAR
	SENNACHERIB
5 Phraortes	ASARHADDON
	* *

Hactenus seriem regum Assyriæ, Babyloniæ & Mediæ ex summi viri Iosephi Scaligeri iudicio: quæ sequitur dispositio, Iacobi Vsserii est, viri illustris & Armachani Archiepiscopi.

Regum Orientis
Dispositio Vsseriana.

Ann. mundi

1770 * NIMROD

2090 AMRAPHEL ; *Abraham.*
& KEDORLAOMAR

2242 EVECHOVS, Belus Babylon. *Isaac.*

2466 Arabes succedunt.

Moses.

2682 BELVS Assyrius

Debora.

2737 NINVS

Gideon.

2789 SEMIRAMIS

Iephtha. Troia capta.

2840 NINYAS fil. post multos ocscuros. *Samson.*

PHVL 2 Reg. 15. 19.

SARDANAPALVS fil. *Achas nascitur rex Iud.*

* A condito rerum ad diluuium absoluti sunt anni 1656. vt ex vitis patriarcharum constat : diluuium incidit in A. M 1657.

Dispositio Vsseriana.

Medi	*Assyr.*	*Babylon.*
ARBACES.	NINVS iunior. siue Tiglat pilesar.	BALADAN s. Nabonassar.
αὐτονόμοι	Salmanassar. Sennacherib.	MERODACH s. Mardokempadus
	Escherhaddon s. Assaradinus iungit Assyr. & Bab.	
PHRAORTES	Saosduchinus, Nebucadnezar Iudithæ.	
CYAXARES	Saracus,	
ASTYAGES Cyri auus	NABOPOLASSAR NEBVCADNEZAR EVILMERODACH Neriglissorus	
CYAXARES Cyri auunculus, Darius Medus.	Laborosoardochus Nabonedus s. BELSAZAR Cyaxares, Darius Med.	

CYRVS.

Reges Orientis
disposítore Chr. Schotano.

NIMROD

* *

NINVS Assyriæ, id est Asiæ superioris rex.

SEMIRAMIS. *Troia capta.*

Ignoti intermedii, nisi Ctesiæ fidem habeamus.

* * *

PHVL *fines propagat vltra Euphratem.*

TIGLATPILESAR.

Sargon *Azotum expugnat*, Esa 20.

SALMANASSAR *Samariam capit.*

SENNACHERIB *oppugnat Hierosol.*

ASARHADDON siue SARDANAPALVS, *a quo deficiunt Medi.*

NINVS iunior.

ASANAPPER Esr 4. 10. *qui videtur Nebucadnezar Libri Iudith esse.*

Sub hoc tempus Cyaxares Ninum euertit.

† Schotanus in primis vrget, Assyrium imperium semel euersum non conualuisse. Ergo reges, quos Scriptura sacra memorat, etiam Nabonassarem, ante defectionem Medorum floruisse probabile putat.

Medi & Babylonii reges ordinante Schotano.

Assyr.	Medi	Babylon.
Asaraddon. Assyr.	ARBACES a libertas	MARDOKEMPADVS
	DEIOCES	**
		SEMIRAMIS Babylonia.
		ASSARADINVS
		SAOSDVCHEVS
	PHRAORTES	NABOPOLASSAR
	CYAXARES	NEBVCADNEZAR
		ceteri noti.
	ASTYAGES Cyri auus.	

a Libertas siue αὐτονομία ab Herodoto tradita, non ἐπὶ πολλὰς γενεὰς *per multas generationes* propagata fuit, vt adfingit Herodoto Diodorus 2. c. 32. (vide Herodoti verba p. 9. allegate) sed propius ab Arbace Deiocem abfuisse, ex collatione constat. De ceteris huius ordinis & dispositionis eiusdemque fundamentis, prædiximus p. 10. 11. seq.

Reges Iudæ & Israelis.

SAVL cum Samuele 40 ann. *Act. 13. 21.*

DAVID 40 ann.

SALOMO 40 ann.

Iudæ	*Israelis.*
REHABEAM 17	IEROBEAM 22 *idololatriæ auctor.*
ABIIAM 3	
ASA 41 *repurgat sacra vincit Ætyopas.*	NADAB 2
	BAHASA 24
	ELA 2
	ZIMRI *dies* 7
	AMRI & TIBNI 3
	AMRI *solus* 12
	ACHAB 22
IOSAPHAT 25 *iustus & pius.*	*Elias.*

Reges Iudæ.	*Reges Israel.*
IORAM 8	ACHASIA 2
	IORAM 12
ACHASIA 1	
ATHALIA *vidua* 6	IEHV 28
IOAS *pius* 40.	
	IEHOACHAZ 17
AMAZIA 29	IOAS 16
	Amazia victor.
interregn.	IEROBEAM II. 41
ASARIA 52 *leprosus.*	*interregn.*
	ZACHARIAS *mens.* 6
	SCHALLVM *mens.* 1
	MENACHEM ann. 10. *tributarius Assyr.*

Iuda	*Israel.*
	PHVL
	PEKACHIA 2
	PEKAH 20
IOTHAM 16	
ACHAZ *cum patre* 7	
ACHAZ *solus* 8	*pars populi Tiglatpiles. deportatur.*
Tiglatpilesari socius	HOSEAS 9
HISKIAS 27 *pietate clarus.*	
	Decem tribus in Assyriam deportata.
MANASSES 55 *Babylonem captiuus abducitur, & post pœnitentiam regno redditur.*	

Reges Iudæ.

AMMON 2 *ann.*

IOSIAS 31 *purioris religionis assertor.*

IOAHAS *mens.* 3. *a Nechone victus.*

IOIAKIM *ann.* 11. *a Nechone Ægyptio constitutus: a Nebucadnezare captus & catenis vinctus.*

* IOIACHIN *post* 3. *menses deportatus Babylonem.*

ZEDEKIAS ann. 11.

Ierosolyma capta.

EXILIVM BABYLONICVM.

* Iehoiachin, Iehoiakin, Ioiakim, Iechonias & Chania (Ierem. 22, 24.) idem est, Ebr. יהויכין, Græce Ἰεχονίας & Ἰωακείμ.

APPENDIX DE EXILIO ISRAELIS ET IVDAE.

Exilium Israelis Assyriacum.

Gemina deportatio Israelitarum:

I. TIGLATPILESAR, ab Achazo contra PEKAM imploratus, Peraeam & Galilaeam desolatam fecit, abductis in Assyriam populis. 2. *Reg. 15. 29.*

II. Pekae successorem HOSEAM, vltimum Israelitarum regem, SALMANASSAR, rex Assyriorum, in vincula duxit, cum nouem annos imperasset, & deleta Samaria, quidquid reliquum erat decem tribuum, in Mediam & ad Caspium mare transtulit. 2. *Reg. 17. 4, 5, 6.*

Capti-

Captiuitas Iudaeorum.

Quatuor captiuitates Iudaicæ, quibus abducti sunt reges Iudæ a Babyloniis.

I. MANASSES, a militibus, vt putatur, Assaradini captus (*vid. notata p. 6.*) abductus Babylonem, sed post paullo restitutus fuit patriæ. *2. Paral. 33. 11.* Nam breuem fuisse captiuitatem, ex eo colligitur, quod nulla eius habita ratione LV integris annis regnasse dicitur Hierosolymis. *2. Reg. 21, 1. & 2. Paral. 33, 1.* Add. *Vsser. p. 108.*

II. IOIAKIMI captiuitas etiam partem nobilitatis Iudaicæ Babylonem misit, in quibus Daniel fuit, *cap. I. 1.* De rege lis est, quia dicitur catenis vinctus a Nebucadnezare, *2. Paral. 36. 6.* & tamen cum patribus obdormiuisse, *2. Reg 24. 6.* sed caruisse sepultura *Ierem. 22. 19.* Hac difficultate pressus Aben Esra in Daniel. I. 1. הוצכתי לפרש *coactus sum*, inquit, *ita interpretari*, nempe הוליכו אל בבל ועמד בכחושתים כמו שנה רצוה

וצוה נבוכדנצר ושב יהויקים למלכותו *abduxit eum Babylona, vbi in vinculis circiter annum vnum fuit, deinde Nebucadnezaris iussu in regnum restitutus.* Verum quod de anno hoc nihil in ſcripturis ſacris eſt Ludov. Capellus (Chronol. S. p. 200.) ita conciliare mauult, Nebucadnezarem cepiſſe Ioiakimum, in vincula conieciſſe abducendum Babylona, ſed mox forte morbo vel alio caſu oppreſſum, indignum iudicaſſe ſepultura, ac cadauer eius inſepultum proieciſſe extra Hieroſolymorum mœnia ſecundum prophetiam Ieremiæ. Summa, *vinctus* dicitur, vt abduceretur? nusquam *abductus.*

III. IOIACHIN, qui & Iechonias dicitur, ab Nebucadnezare impoſitus, poſt trimeſtre imperium ab eodem deiectus, & in carcerem Babylonium abductus eſt, vbi longo tempore ad vſque Euilmerodaci imperium detentus fuit, 2. *Reg.* 24. 12. & 2, *Paral.*

2. *Paral.* 36. 10. Cum rege in exilium selectissima pars plebis & magnatum migrauit.

IV. ZEDEKIAS cum reliqua turba translatus est, anno XIX Nebucadnezaris. Tum funditus euersa sunt Hierosolyma. 2. *Reg.* 25. 7. 11. Hæc ideo definite & distincte disputantur, vt initium & terminus LXX annorum captiuitatis *Ierem* 29. 10. accurate possit constitui. Nempe ex sententia clarissimorum chronologorum initium sumendum est a secunda deportatione, vltimo Ioiakimi anno, siue ineunte regno Iechoniæ: & producitur ad primum annum Cyri, non quo in Perside aut Media regnare cœpit, sed quo Babylonem ditioni suæ subiecit, aut totius orientis monarchia potitus est. Vid. Lud. Capell. Chr. S. p. 220. Vsser. Annal. V. T. p. 120. 146. Scalig. de Emend. Temp. lib. VI. pag. 539.

Ægypti

Ægypti reges antiqui.

ANtiquitus Ægyptus vniuersa vnius imperio non suberat, sed in varias dynastias diuisa. Memphitarum, Diospolitarum, Thinitarum, Saitarum, Tanitarum, Heracleopolitarum, quorum ex Manethone, Africano & Eusebio Græcus monachus Georg. Syncellus nomina seruauit. Multa in his fabulosa, pleraque incerta, fidei (sed quam dignæ?) sacerdotum Ægyptiorum superstructa, quippe ante Psammetichi imperium & Græcorum cum Ægyptiis commercia dubiæ res Ægyptiorum erant, fatente Herodoto *lib. 2. cap. 154.*

PHARAONES priscos reges cognominatos esse, ex patriarcharum historiis notissimum, quæ vox *καθ'* Αἰγυπτίους *βασιλέα σημαίνει Ægyptiis* a REGEM *sonat*, Iosepho auctore 8. Antiqu. 2. qui

a Bochartus in Phal. l. 1. c. 26. extr. inprobat Iosephi derivationem, quæ tautologiam inducat creberrimis Scripturæ S. verbis *Rex Pharao:* mauult explicare ex فرعون *crocodilus.*

qui ibidem non vltra Salomonis socerum hoc nomen memorari tradit, oblitus forsan Pharaonis Necho 2. *Reg.* 23. 29. & Haphra *Ierem.* 44. 30. Hos autem solus excerpimus, quorum in antiqua historia illustrem mentionem fieri obseruamus.

OSIRIDIS & ISIDIS nomina in fabulis relinquimus.

BVSIRIS, tyrannus, ex Isocratis laudatione celebris. Duos Busirides Diodorus habet, & minori Thebarum conditum siue Diospoleos vindicat. Eratosthenes apud Strabonem l. 17. p. 552. *οὐδὲ βασιλέως μὰ Δία, οὐδὲ τυράννου γενομένου τινὸς τοῦ Βουσίριδος* *medius fidius neque rex fuit Busiris, neque tyrannus.* Tam certæ sunt antiquitates Ægyptiæ.

VEXOREM Trogus Iustini suo Nino (quam antiquo, supra vidimus) antiquiorem fecit. SESOSTREM plerique interpretantur, cui eadem Diodorus & Herodotus tribuunt, quæ Trogus Vexori. Quis vero crediderit, Ægyptium rudi illa tempestate

& Pontum & Thraciam & Indiam vltra Gangem ſubegiſſe? Hæc tamen Diodorus 1. c. 55. prodidit, moderatius Herodotus 2. c. 102. ſeq. Marshamo Seſoſtris Aſiæ victor eſt Seſac. 1. *Reg.* 14. 25.

OSYMANDVAS quoque haud prætereundus, cuius tum alia monumenta laudantur, tum maxime Bibliotheca, cum epigraphe ΨΥΧΗΣ ΙΑΤΡΕΙΟΝ. *Diod. Sic.* 1. 49. Sed & hic a Marshamo in ſæculum Iſraëliticorum regum reducitur, eique idem eſt, qui Memnon, Amenophis, Ismandes. Ad eos ergo properamus, quibus certior ætas ex diuinis litteris conſtitui poteſt.

AMOSIS temporibus Moſis floruit: naſcentis, an educentis populum, non certiſſimum. Quidam apud Syncellum p. 121. patrem THERMVTHIDIS, quæ Moſen educauit (*Ioſeph.* 2. *A. I.* 5.) alii fratrem credunt, & ſub anteceſſore eius Moſen natum, cum quibus ipſe Syncellus facit. Euſebio Chron. natus Moſes ſub MENOPHI: Scaligero ſub AMVTHARTAEO. Vero-

rosimilius, ex Amosis acerbo imperio liberatos Dei auspiciis, Mosis ductu, Israëlitas. Ptolemæus Mendesius *κατὰ Ἄμωσιν φησιν, Αἰγύπτου βασιλέα, Μωυσέως ἡγουμένου γεγονέναι Ἰουδαίοις τὴν ἐξ Αἰγύπτου πορείαν, temporibus Amosis ait, Ægyptii regis, duce Mose, Iudaos exiisse ex Ægypto*, citante Eusebio 10. Præp. Euang. c. 11. & Apion Grammaticus apud Syncell. p. 149. *Ἀμώσιος Αἰγύπτου, βασιλεύοντος ἀποστῆναι Ἰουδαίους, ab Amosi Ægypti rege Iudaos defecisse*. Praue ergo hunc regem Iosephus I adv. Apion. *Tethmosin* vocat.

Pyramidum etiam conditores in hæc tempora referuntur. Iosephus 2. A. I. c. 5. *πυραμίδας ἀνοικοδομοῦντες ἐξέτρυχον ἡμῶν τὸ γένος, pyramidum substructionibus vexabant gentem nostrum*. Has moles propter situm & regionem Marshamus *in Canone p.* 48. Memphitis regibus tribuit, qui cum antiquissimis desierunt esse. Alii ad Salomonis tempora pyramidum structuram proferunt.

Etenim CHEMBES, qui maximam

mam pyramidum exstruxit, mille annis, aut plus paullo, Diodorum, sub Augusto scribentem, antecessit *lib.* 1. *c.* 63. eiusque frater vel filius CHEBRES conditor alterius pyramidis, videtur socer Salomonis esse. VAPHRES aliis, cuius litteras ad Salomonem exhibet ex Eupolemo Eusebius 9. *Præp. Euang.* c. 32.

SISACVS extremis temporibus Salomonis, 1. *Reg.* 11. 40. eoque mortuo Hierosolymitarum direptor *cap.* 14. 25. Videtur Sesochis Manethonis esse, Herodoti ASYCHIS; Marshamo nobilis SESOSTRIS.

BOCCHORIS Diodori, ANYSIS Herodoti, exutus regno a SABACO Æthiope, in sacris litteris SOO 2. *Reg.* 17. 4. cui in Æthiopiæ regno THIRHAKA successit, ex Hiskiæ historia notus monarchia: in Ægypto autem.

SETHON, victor Senacheribi Assyrii, *Herod.* 2. 141. Vulcani sacerdos, Sevechus Africano.

PSAMMETICHVS commercia cum Græcis instituit *Herodot.* 2. 152. *Diod.*

Diod. Sic. 1. 66. tota Ægypto, oppressis cæteris regibus, potitur. *Diod. c. l.*

NECOS, Psammatichi filius, NECHO in sacris, Iudæorum oppressor 2. *Reg.* 23. 33. a Nebucadnezare victus, *Ierem.* 46. 2.

Post PSAMMIN filium, sex annorum regem, successit.

APRIES, in sacris HOPHRA *Ierem.* 44. 30. vel הפרע Haprea, vid. Scal. ad Euseb p. 82.

AMASIS, Aprie per tumultum deiecto, *Herod.* 2. 169. *Diod. Sic.* 1. *cap.* 68. mortuus post diuturnum imperium (LV. annorum *Diod. Sic. c. l.* XLIV. *Herod.* 3. 10.) cum Cambyses Ægyptum bello adortus esset.

PSAMMENITVS, filius Amasis, a Cambyse victus & interfectus. *Herod.* 3. *c.* 10. 15.

Ab hac victoria, & sub Dario, Persis parebant Ægyptii: rebellantes vltimo Darii Hystaspis anno, *Herodot.* 7. 4. Xerxes, recens rex, in ordinem redegit, imposito præfecto.

ACHAEMENE, fratre suo, Darii filio quem

INAROS, Libyæ rex, interfecit *Herod.* 7.7. ipse postea ab Artaxerxe in crucem actus, *Thucyd.* 1. *p.* 72.

AMYRTAEVS, qui Inaro sublato & eiectis ex Ægypto Atheniensibus, ἐν τοῖς ἕλεσι, *in paluſtribus* regnabat, locis Persarum militi inaccessis. *Thucyd. c. l.*

Filii tamen horum, Inari THANNYRA, Amyrtæi PAVSIRIS principatum paternum a Persis impetrarunt, stipendiarii reguli, vel præfecti. *Herod.* 3. 15.

Grauis secuta est defectio, quam Mnemon Artaxerxes sanare penitus non potuit, quamuis Iphicrate vteretur Atheniensi. Ea tempestate

NEPHREVS a Lacedæmonis contra Artaxerxem Mnemonem ad societatem vocatus, *Diod. Sicul.* 14. 80. Iustinus vocat 6. 2. *Hercynionem*: Eusebius Chron. *Nepheritem.*

ACORIS Ægyptiorum res contra Persas tuebatur, vsus Chabria Atheniensi, *Diodor.* 15. *c.* 29. cui post breuem aliquorum dominationem successit

NECTANEBIS *Diodori* 15. *cap.* 42. sed aliis suspectus

TA-

TACHOS, *a* Thacus, Teos vel Taos quibusdam, cui Agesilaus cum mercenario milite opem tulit: qui vero *b* offensus a rege defecit ad *c* patruelem eius.

NECTANEBIN, eumque non minus contra *d* intestinos hostes quam contra Persas defendit. *Plut. & Nep. in Ages.* Hunc tandem Ochus rex Persarum debellauit, & satrapam imposuit Ægypto, quo in statu mansit ad Imperium vsque Macedonicum. *Diodor.* 16. *c.* 51.

Hæc longius, quam pro instituto Tabularum, deduximus, quia in obscuris rebus ac dubiis locus non est

a Ταχὼς Diodoro, Plutarcho & Athenæo: in Nepote litera *h* transposita: *Teos* Africano: *Taos* Aristoteli 2. *Oecon.*

b irrisus ob corporis breuitatem. *Athenæus* 14. *cap.* 1.

c Filium vocat Diodorus 15. cap. 92. ἀνεψιὸν *patruelem* Plutarchus p. 617.

d contra nouum regem inter turbas ab Ægyptiis creatum, ἐκ Μένδητος, *Mendesium* patria, *Plutarch. cit. loc.* Adde *Vsser. Chron. V. T. p.* 269.

breuitati. Breuiores autem iusto fuimus, si quis numerum dynastiarum ineat, e quibus antiquissimas tantummodo, quæ non sola temporis successione, sed regionum etiam partitione distinguebantur, p. 166. nominasse sufficiat. Vid. Cl. Marsham. *Sæculo I.*

Regnum Lydorum.

INitium huius regni secundum Eusebium biennio Olympiadem primam antecessit: sed longe antiquius est Heraclidarum in illa Asiæ parte imperium, e quibus Eusebius tantummodo IV postremos numerauit, forsan quod priorum nomina ignota erant, *Scal. Isag. pag.* 153. *Marsh. p.* 534. Sunt autem, quos Eusebius nominauit,

ARDYSVS regnans XXXVI annos, temporibus prophetarum, Hoseæ, Amos, Ioel. *Euseb.*

ALYATTES an. XIIII. *Euseb.*

ME-

MELES, primus Sardibus vtens regni sede & metropoli. *Herod.* 1. 84. regnauit ann. XII. *Euseb.*

CANDAVLES, vxoris pulcritudinem infeliciter euulgans. *Herod.* 1. 7. *Iustin.* 1. 7. ann. XVII.

GYGES oppressor Candaulis, ann. XXXVI *Herod.* 1. 12. *Iustin.* *c. l.*

ARDYS, filius Gygis, Prienes expugnator, ann. XXXVII. *Herod.* 1. 15. *Eus.*

SADYATTES, filius Ardyis, ann. XII. *Herod.* 1. 16, vel XV. *Euseb.*

ALYATTES II contra Cyaxarem Medum bella gerit. *Herodot.* *c. l.* ann. XLIX.

CROESVS filius Alyattis, annos XIV regnauerat, cum a Cyro [a] acie victus regno exueretur *Herod.* *c.* 86.

[a] Ex primo prœlio, in regione Pteria ad Sinopem commisso, æquo Marte discessum: altero in campis Sardianicis victi Lydi, & intra mœnia compulsi, obsessi, capti. *Herod.* 1. *c.* 76. 80.

CYRVS, Crœsi victor, Iudæorum liberator a Scythis oppressus. *Herodot.* 1. *Iustin.* 1. 7. 8. annos XXX.

CAMBYSES Ægyptum subegit. ann. VIII.

* Magorum vel SMERDIS regnum septem mensibus interuenit.

DARIVS Hystaspis filius, Iudæis fauet, Europæos Scythas bello inuadit, a Miltiade vincitur. Annos XXXVI regnauit.

XERXES cum numeroso exercitu ex Græcia fugatus. R. ann. XX.

ARTABANVS, percussor Xerxis, post septem menses ab Artaxerxe perimitur. *Diod.* 11. *c.* 69. *Iust.* 3. 1.

ARTAXERXES Μακρόχειρ *Longimanus*, Xerxis filius, Esræ & Nehemiæ instaurationem Hierosolymorum permittit. (*Vid. p.* 19.) Regnauit annos XL.

XERXES menses II } *Diodor.* 12. *c.* 64. & 71.
SOGDIANVS mens. VII }

DA-

DARIVS *Nothus*, Peloponnesii belli tempore: annos XIX regnauit; amisit Ægyptum rebellione, *Syncell. p.* 255. Ab huius anno secundo Scaliger & alii LXX hebdomadas incoant: Cappellus ex septimo patris Artaxerxis.

ARTAXERXES *Mnemon*, victor Cyri, fratris æmuli; contra Ægyptios rebelles varie pugnat: regnat annos *XL. *Xenoph. ἀναβασ. Diod.* 15.

* Euseb. & Syncell. XL annos Mnemoni tribuunt: XLIII Diodorus l. 13. c. 108. & l. 15. c. 93.

ARTAXERXES *Ochus*, filius Artaxerxis Mnemonis, crudelis. *Iustin.* 10. 3. Ægypti recuperator, *Diod.* 16. Rex XXVI annorum.

ARSES, Ochi filius, ab eunucho Bagoa in thronum euectus & deturbatus. ann. IV.

DARIVS *Codomannus*, annorum VII rex: ab Alexandro victus & exutus regno.

*Stetit Persarum regnum annis CCCXXXI. *Scalig.*

Bella Græciæ liberæ externa.

1 Argonauticum, *Diodor.* 4. *c.* 41. *seq.*
2 Troianum, *Hom. Virg.*
3 Perſicum
I. cum DARIO Hyſtaſpis. *Nepos Milt. Iuſtin.* 2. 9.
II. cum XERXE, prœliis factis ad Thermopylas, *Iuſt.* 2. 11.
Artemiſium, *Nep. Themiſt.* 3.
Salamina *idem.*
Platæeas, *idem in Pauſ.*
Mycalen, *Diod.* 11. *c.* 34.
Cyprum, *idem c.* 60.
Eurymedontem fl. *idem c.* 61.
III. cum ARTAXERXE Manemone a Spartanis geſtum *Nep. in Ageſ. Iuſt.* 6. 1. Vicit pro Perſis Conon ad Cnidum *Nep. c.* 4. *n.* 4. *Diod.* 14. *c.* 84.
4 Sociale Athenienſium *Nep. Chabr.* 4. *Diod.* 16. *c.* 21.

* Mittimus obſcuriora, e. g. cum Thracibus Edonis propter Amphipolin, *Nep. in Cim. c.* 2. *Thucyd.* 1. *p.* 66. & aliud, *Nep. in Iphicr. c.* 2.

Bella

Bella Græciæ liberæ ciuilia.

1 Peloponnesiacum, scriptore *Thucydide*, & *Iustino libb.* 3. 4. & 5.

2 Corcyræum, *Nep. Themist. c.* 2. non satis explicabile. vid. Bœcl.

3 cum Ægynetis, *Diodor.* 11. *c.*78. *Civ.* 3. *Off. c.*11.

4 Megarense cum Atheniensibus, *Iustin.* 2. *c.*7.

5 Messenium
- I triplex cum Lacedæm. *Iust.* 3. *c.*4. & 5.
- II cum Argiuis, *idem* 32. *c.* 1.

6 Thebanum pugna ad
- Coroneam, *Nep. Ages.* & *Diod.* 14. 85.
- Thebas, *Nep. Chab.* 1. *Diod.* 15. *c.* 32.
- Naxum, *Diod.* 15. *c.* 34.
- Leuctra, *idem c.*55.
- Mantineam, *Nep. Epam.*

7 Corinthum, *Nep. Iphicr.* 2. & *in Ages.* 5.

8 Phocense
- I *Diodor.* 11. *c.*79.
- II siue sacrum. *Iust.* 8.

Prœlia belli Peloponnesiaci grauiora.

Vicerunt

- Athen. ad
  - Naupactum, *Thuc.* 2. *p.* 157. *Iust.* 3. 7.
  - Argos Amphiloch. *Thucyd. p.* 246.
  - Abydum, *idem* 8. ext. *Diod.* 13. *c.* 39.
  - Abydum iterum, *Diod. c.* 45. *Nep. Alcib.* 5.
  - Cyzinum, *Diod. c.* 50.
  - Arginusas, *idem c.* 98.
- Spartani
  - ad Amphipolin, *Thuc.* 5. *p.* 350.
  - in Sicilia cum Syracus. *Iust.* 4. *c.* 4. & 5.
  - ad Oropum s. Eretriam, *Thucyd.* 8. *p.* 613. *Diod.* 13. *c.* 34.
  - ad Notium, *Diodor. c.* 71.
  - ad Mitylenas, *Diod. c.* 77. *Iust.* 5. 6.
  - ad Ægos flumen, *Diod. c.* 105. *Nep. Alcib.* 8.

Græcia subiugata.

Sub iugum miserunt

1 Philippus Amyntæ { insidiis in bello Sacro, *Iust.* 8. / euersa Olyntho. *Iust.* 8. 3. / prœlio ad Chæroneam, *Iust.* 9. 3.

2 Alexander M. euersis Thebis, *Iust.* 11. 3. & 4.

3 Antipater bello { Spartano *Curt.* 6. 1. / Lamiaco, *Diod.* 17. c. 111. & 18. c. 8.

4 Cassander, *Iust.* 14. 5. 5.

5. Antigonus Gonatas, *Iust.* 26. 2.

6. Antigonus Doson, *Iust.* 28. 4.

7 Philippus Macedo vltimus, *Flor.* 2. 7. n. 4.

8 Romani { Ætolis victis *Flor.* 2. 9. / deleta Corintho, *Flor.* 2, 16. Tunc Achaia in prouinciæ formam redacta, *S. Ruf.* c. 7.

Mace-

Macedoniæ Reges post mortem Alexandri M.

1 PHILIPPVS ARIDAEVS sub tutore Antipatro. *Iust.* 13. 4. *Diod.* 18. 2.

2 CASSANDER, Antipatri filius, sævus in Alexandri familiam, *Iust.* 15. 2.

3 DEMETRIVS Poliorcetes inuadit regnum & amittit, *Iust.* 16. 2.

4 PYRRHVS *Epirota*, *Iust.* 16. 2.

5 LYSIMACHVS Thraciæ rex eiecto Pyrrho, *Iust.* 16. 3,

6 SELEVCVS rex Syriæ, *Iust.* 18. 2, 4.

7 PTOLEMAEVS *Ceraunus*, *Iust. ibid.*

* aliquot dierum Reges intercessere.

8 ANTIGONVS *Gonatas*, Poliorcetæ fil. *Iustin.* 26. 1. ann. 44.

9 DEMETRIVS Gonatæ fil. *Iust.* 26. 2. 11. & 28. 1. 1.

10 ANTIGONVS *Doson*, tutor pupilli Philippi, *Iust.* 28. 3.

11 PHILIPPVS, victus a Roman. *Flor.* 2. 7.

12 PERSES, Philippi fil. in triumpho ductus, *Flor.* 2. 12.

13 PSEVDOPHILIPPVS, *Flor.* 2. 14. *Vell.* 1, 11. Fit prouincia Romana.

Pto-

Ptolemæi siue Lagidæ, Ægypti post Alexandrum M. reges.

1 PTOLEMAEVS LAGI filius, soteris cognomento clarus. *Ioseph.* 12. 1. *Iustin.* 13. 4. Regnauit annos XXXIX.

2 PTOL. PHILADELPHVS, bibliothecam instruit. *Ioseph.* 12. 2. ann. XXXVIII.

3 PTOL. EVERGETES, Seleuco propter sororem bellum infert, *Polyb.* 5. 58. *Iust.* 27. c. 1. ann. XXIV.

4 PTOL. PHILOPATOR, parricida, victor Antiochi M. *Iust.* 29. 1. & 30. 1. ann. XIX.

5 PTOL. EPIPHANES, pupillus a Rom. defensus, *Iustin.* 30. 2. ann. XXIII.

6 PTOL. PHILOMETOR, Epiphanis filius, Romana legatione ab Antiochi Epiphanis iniuria & insidiis liberatus. *Vell.* 1. 10. *Iust.* 34. 2. & 3. ann. XXXV.

7 PTO-

7 PTOL. a EVERGETES II, etiam PHYSCON cognominatus, homo impu-

a Eusebius in Chron. & Syncellus p.290. inter Philometorem & Physconem interponunt *Evergetam II*, & Scaliger ad Eus. p.137. *tres*, inquit, Εὐεργέται *cognominati, tertius, septimus & octauus.* Aliter veteres. Strabo l.17. p.547. Φιλομήτορα ἀδελφὸς διεδέξατο, ὁ δεύτερος Εὐεργέτης, ὃν καὶ Φύσκωνα προσαγορεύουσι, *Philometori frater successit, Euergetes II, quem & Physconem dicunt.* Ioseph. 12. c.5. τελευτᾷ Πτολεμαῖος ὁ καλούμενος Ἐπιφανὴς, καταλιπὼν δύο παῖδας, ἔτι βραχεῖς τὴν ἡλικίαν, ὧν ὁ μὲν πρεσβύτερος Φιλομήτωρ ἐκαλεῖτο, Φύσκων δὲ ὁ νεώτερος, *Moritur Ptolemaeus Epiphanes, relinquens duos filios impuberes, quorum maiori Philometoris, minori Physconis cognomen fuit.* Et hic Physcon fratri Philometori successit, vt præter Iosephum l.2.adv.Apion. p.1064. etiam Clemens Alexandr. 1. Strom. p.243. auctor est. Etiam Athenæo 12. c.12. idem est Εὐεργέτης, & qui γαστρὸς μεγέθει *ventris mole* laborat, ἕβδομος *septimus* Ptolomæus. Nullus heic medius aut tertius Euergetes. Nec in nummis aliter, quam ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΦΥΣΚΩΝΟΣ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ. Chronologiam vtriusque fratris vide in Annal. Vsserii.

a impurissimus & immanis crudelitatis, antea Cyrenaicæ rex, post fratris Philometoris mortem XV annis Ægypto præest, *Diod. in Excerpt. Vales. p.* 350. & XIV exul patriæ & agnatis damna infert, atque ita XXIX annis post fratrem scelerate vixit. *Clem. Alex.* 1. *Strom. p.*243. Fortuitum tantis malis solatium accidit. Fugientibus enim crudelitatem ciuibus, rex Aristarchi olim discipulus, grammaticos, philosophos, geometras arcessiuit, qui litterarum studia, bellis fere extincta mire resuscitarunt. *Athenæus lib.* 4. *extr.*

8 PTOL. LATHVRVS, filius Physconis, etiam PHILOMETOR *b* Pausaniæ dictas

a Valer. Max. 9. 1. extr. 5. Iustin. 38. 8. Ægyptii ergo *κακεργέτην* pro *Euergeta* dixerunt. *Athenæus* 4. *extr.* & 12. c. 12.

b Pausaniæ Attic. p.7. ὄγδοος *octauus* a Ptol. Lagi *Philometoris* cognomen habuit ἐπὶ χλευασμῷ· οὐ γὰρ τινα τῶν βασιλέων μισηθέντα ἴσμεν ἐς τοσόνδε ὑπὸ μητρός, *per illusionem, neque enim illum regem maiori odio matris agitatum scimus.*

dictus, cum regnasset cum matre inuida annos x, pellitur ab eadem, & substituitur frater

9 PTOL. ALEXANDER, matricida, cum matre, aut nomine illius mater, imperat annos XVIII, quam cum interfecisset, ipse pellitur, reuocaturque

PTOL. LATHVRVS ex Cypro, & VIII annis solus imperat, *Iust.* 39. *c.* 4. & 5. *Ioseph.* 13, 20 victor, cum Cypro lateret, Iudæorum, *ibid. c.* 21.

10. PTOL. DIONYSIVS, vulgo AVLETES, eiectus ob largitiones in Romanos factas restituitur per Gabinium. *Dio Cass.* 39. *Cic.* 1. *Ep.* 1. 2. ann. XXX.

11. PTOLEMAEVS puer, Auletæ filius, Cleopatræ frater, sub tutore, obtruncat Pompeium, a Cæsare superatus perit. *Flor. Alex.* & *Appian.* 2. *Civ.*

12. CLEOPATRA cum Antonio victa vim vitæ suæ infert. *Dio* 51. *Flor.* 4. 11. Regnauit cum fratre, sola, & cum Antonio XXII annos.

AEGIPTVS FIT PROVINCIA.

Reges

Reges Syrenaici.

De vetustis Regibus Cyrenæorum, Scholiastes Pindari *principio Pyth.* 4. consulatur: heic de posterioribus, qui ad Lagidarum gentem pertinebant.

PTOL. LAGI primus Cyrenaicam suo regno adiecit *Diod. Sic.* 18. 21. *Iust.* 13, 6. Inde per regios fratres, aut agnatos, administrata.

MAGAS, obscuro patre & Berenice, Philadelphi regis matre, genitus, oppugnat Philadelphum, *Pausan. Att. p.* 6. quinquaginta annos regnat, *Athenæus* 12. c. 12.

AGAS Philadelphi filius, Evergetis I frater: eius vxor Arsinoe, filia heres Berenice. *Iustin.* 26. 3.

DEMETRIVS Macedo, Gonatæ regis frater, Berenices sponsus, & socrus Arsinoes adulter, in adulterio interfectus, *Iustin. c. l.*

PTOLEMAEVS Euergetæ I, regis Ægyptii filius, alter maritus Berenices, *ibidem*.

* * *

PTOL.

PTOL. EVERGETES II. siue PHYSCON, quoad frater Philometor vixit, Cyrenis præfuit. *Polyb. Legat.* 115. *seq. Iustin.* 38. 8.

PTOLEMAEVS puer, Physconis filius legitimus, a patre, cum in Cypro exularet, iugulatus. *Iustin. l. c.*

PTOL. APION, Physconis filius nothus, Romanos testamento heredes scribit. *Appian., Mithr. extr. Iustin.* 39. 5. Senatus liberas ciuitates iussit, *Liv. epit.* 70. sed mox oppressas a tyrannis, *Plut. in Lucullo*, prouinciam fecit, *Eutrop.* 6. 9.

* Alteram *Apionem*, siccioris Lybiæ regem, quem ex Ammiano, Rufo, & Hieronymo commendat Scaliger, confodit Valesius ad Ammiani 22. extr.

Seleu-

Seleucidæ siue Syriæ post Alexandrum M. reges.

* Damascenum regnum, Dauidis aut Salomonis temporibus ortum, fundauit HADAD, cuius posteri ἐπὶ δέκα γενέας *ad decem generationes* possederunt. *Nic. Damasc.* apud Ioseph. 7. *Antiq.* 6. Successor BENHADAD victus ab Israelitis 1. *Reg.* 20. HASAEL tertius grauissime adflixit eosdem & Iudæos 2. *Reg.* 8. 12. vltimus REZIN a Tiglatpilesare sublatus c. 16. 9. Hinc per satradas regebatur ad Alexandri tempora.

1 SELEVCVS NICATOR late regnat *Iustin.* 13. 4. & 15. 4. VXOR APAME, vnde vrbium nomina. Annos XXXII imperio exegit; post Alexandri mortem XLIV.

2 ANTIOCHVS SOTER, fil. Seleuci. ann. XIX.

3 ANTIOCHVS, ὁ Θεός, ann. XV.

4 SELEVCVS CALLINICVS Thei fil. ann. XX.

5 SELEVCVS CERAVNVS, Callinici fil. ann. III.

6 AN-

6 ANTIOCHVS Magnus, Cerauni frater, Romanis bellis notissimus, ann. XXXVII. *Appian. Syr.*

7 SELEVCVS PHILOPATOR, Magni filius, ann. XII.

8 ANTIOCHVS EPIPHANES, Philopatoris frater, in nummis ΘΕΟΣ ΕΠΙΦΑΝΗΣ, Iosepho II. *antiq.c.5.* ὁ Σωτὴρ, hostis Iudæorum, ann. XI.

9 ANTIOCHVS EVPATOR, filius Epiphanis, sub tutore Lysia. *Iustin.* 34. 3. ann. II.

10 DEMETRIVS SOTER, Philopatoris filius, obses Romæ, elapsus Antiochum & tutorem occidit, 1. *Macc.* 7. & *Zonar. ex Dione.* Σωτῆρος nomen a Babyloniis impositum, quos a malis præfectis liberaverat, *Appian. p.82.* in nummo ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΘΕΟΥ ΦΙΛΟΠΑΤΩΡΟΣ ΣΩΤΗΡΟΣ, *Vaillant.* ann. XII.

11 ALEXANDER, ὁ τοῦ Βάλα, BALA, genus mentitus. *Iustin.* 35. *c.* 1. in nummo cognomina ΘΕΟΠΑΤΟΡΟΣ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ. ann. X.

12 DE-

12 DEMETRIVS NICATOR, filius Soteris, *Iustin.* 35. 2. *Epit. Liv.* 52. ann. 111. Post latet captiuus in Parthia. *Iustin.* 36. 1.

13 ANTIOCHVS VI, Alexandri filius, sub tutela Diodoti Tryphonis. *Liv. c. l.* Cognomina ex nummo Medicæo addit Vaillantius ΘΕΟΣ ΕΠΙΦΑΝΗΣ ΝΙΚΗΦΟΡΟΣ; Vulgare autem ENTHEVS putat ex male intellecto ANT. ΘΕΟΣ esse. Appianus non Antiochum, sed Alexandrum vocat.

14 TRYPHON, oppresso pupillo. *Iustin.* 36. 1. in nummo ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ.

15 ANTIOCHVS VII, ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ in nummo cognominatus, Eusebio, SIDETES, frater captiui Demetrii, vincit Tryphonem. *Iustin. c. l.* Vulgare cognomen *Syncellus p.* 291. ab Side, Pamphyliæ vrbe (ἐκ Σίδης ἐλθὼν) deducit, quanquam Rhodo venisse, Appianus scribit; alii a צידא *venatione*, cui inprimis deditus fuit, *Plut. Apophtheg.* Acie a

I Phraa-

Phraate victus vim vitæ suæ intulit. *Appian.* an. IX.

DEMETRIVS ex captiuo iterum rex. *Appian. Iustin.* 39. 1. ann. IIII.

16 ALEXANDER II ZABINNA, Ægyptii mercatoris filius, a Physcone tanquam adoptiuus Antiochi immissus. *Iustin* 39. 1. & 2. Iosepho 13. c. 17. est Ἀλέξανδρος ὁ Ζαβιναῖος, quasi זבין *emtus*, cuius nominis nec in nummis puduit, ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΖΕΒΕΝΝΟΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΣ inscriptionem adhuc præferentibus. *Vsser.*

17 SELEVCVS V. filius Demetrii Nicatoris, Alexandri temporibus partem Syriæ tenens, a matre Cleopatra Ægyptia, Physconis sorore, interemtus, *Liv.* 60. *Iustin.* 39. 1.

18 ANTIOCHVS VIII, cognomine ΕΠΙΦΑΝΗΣ, vulgo GRYPVS Demetrii Nicatoris & Cleopatræ minor filius, a matre contra Alexandrum rex constitutus, vt nomen penes filium, imperium penes matrem esset, *Iust.* 39. 1. Vnde in nummis

mis matris nomen & effigies præponitur, ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ, & superbiore titulo *pag.*337. *Vaillantii*: ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ ΘΕΑΣ ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ. Matre interfecta se EPIPHANEM cognominauit. ann. XXIX.

19 ANTIOCHVS IX PHILOPATOR, vulgo CYZICENVS, quod educatus in illa vrbe fuerat, *Ioseph.* 13. 17. filius Sidetis, frater vterinus Grypi, quo cum acerrime de regno dimicauit, *Iust.* 39. 2. ann. XVIII.

20 SELEVCVS VI, Grypi filius & Tryphænæ, in parte Syriæ regnat post patris mortem: victus a Cyziceni filio, in Cilicia a Mopsueatis, quibus tributorum exactione grauis erat, combustus. *Ioseph.* 13. 21. & *Appian. Syr.* Nummi titulus satis gloriosus: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ. *Vaillant. p.*368.

21 ANTIOCHVS X, Cyziceni filius, PIVS (εὐσεβὴς *Ioseph.* 13. 21.) cognomine

 mine

mine, ἐπὶ γέλωτι *per iocum* imposito quod Selenen vxorem duxit, quæ patri antea Cyziceno, & Grypo patruo nupſerat. *Appian. extrem. Syr.*

22 ANTIOCHVS XI, Grypi ex Tryphæna filius, gemellus frater Philippi. Epiphanis, & Piladelphi ſibi cognomina imponit. Victus a Pio patruele perit *Ioſeph.* 13. 21.

23 PHILIPPVS, frater Antiochi XI, in parte Syriæ cum fratre Eucæro regnans, Pio alteram partem tenente, tandem tota Syria potius, *Ioſeph.* 13. 21. 22. Nummus inſcriptus ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ. *Vaill. p.* 390.

24 DEMETRIVS III, ſuperiorum frater, vulgo EVCAERVS (εὔκαιρος Ioſepho c. l.) a Pt. Lathuro contra Euſeben excitatus: victus a fratre, Arabum & Parthorum auxilio, & in Parthiam miſſus, captiuus diem obit. *Ioſeph.* 13. 22. Vaillant *p.* 378. huic nummum tribuit cum ſplen-

splendidis titulis ΦΙΛΟΜΗΤΟΡΟΣ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ, de quo Spanhem. p.278. dubitauerat.

25 ANTIOCHVS II. DIONYSVS, Grypi & Tryphænæ quintus filius, regulus partis Damascenæ. Tam apud Iosephum 13. c.23. & 1 B.I. c.4. Διονύσȣ cognomen habet, quam in nummo ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΔΙΟΝΥΣΟΥ.

* Hactenus Antiochi VII siue Grypi genus, qui ex vxore Tryphæna quinque filios suscepit, Seleucum, Antiochum & Philippum gemellos, Demetrium, & Antiochum cognomine Dionysum. Singuli in certis partibus Syriæ regnarunt.

26 TIGRANES rex Armeniæ, a quo Philippum oppressum verosimilius est, quam a Gabinio, vt Eusebius putat, captum, quod tempore illo Romanis cum Syris nullum bellum fuit. Interim Antiochus Eusebes siue Pius vel in Cilicia vel Commagene latuit. Tenuit Syriam annis XIIII *Appian.* XVIII *Iustin.* quos conciliat Noris p. 222.

27 ANTIOCHVS XIII, Pii filius, cognomine ASIATICVS, in Asia, Tigrane Syriam tenente, educatus. Armeniorum exercitu post XIIII annos abducto, in regnum se patrium insinuat, & quod per Lucullum impetrasse videbatur, Pompeii seueritate ademtum. Hæc Pio, Cyziceni filio, accidisse Iustinus 40. 2. prodit, sed clare Appianus *Syr. p. 83. ed. Car. Steph.* Ἀντίοχος ὁ Ἀντιόχου τοῦ Εὐσεβοῦς *Antiochus Antiochi Pii filius*. Add. Hen. Noris Cenotaph. Pis. p. 222.

SYRIA FIT PROVINCIA ROMANA.

Reges Commageni.

QVod ante Pompeii bella horum nulla occurrit mentio, vero plane est simile, ab vltimorum Seleucidarum aliquo occupatum & a Tigranis Syria auulsum fuisse Commagenem. Primus in ea rex memoratur.

ANTIOCHVS, qui Vaillantio est ipse Antiochus Asiaticus, Pii filius; aliis diuersus ab illo, quod Commagenus Pompeii amicitia dignus fuerit (ἐς φιλίαν αὐτῷ συνῆλθε. Appian. Mithr. p. 404. ed. Toll.) Asiaticus vt indignus, reiectus. Quocunque modo se res habet, Pompeius huic Commagenem reliquit, addiditque trans Euphratem Seleuciam castellum. *Strabo.* 16.

MITHRIDATES Antonium bello Actiaco secutus, *Plut. in Ant. p.* 944. Huius frater ANTIOCHVS, quod fratris legatum occiderat, Romae damnatus a senatu & supplicio adfectus est, *Dio* 52. *extremo.*

MITHRIDATES II regno donatus

ab Augusto, *Dio* 54. Non videtur e gente Seleucidarum fuisse.

ANTIOCHVS II, quo mortuo, ad ius prætoris Commagene vocatur, *Tac.* 2. *Annal.* 42. & 56.

PROVINCIA SVB TIBERIO.

ANTIOCHVS III, filius secundi, a Caligula recipit paternum regnum cum parte Ciliciæ, *Dio* 59, amittit sub eodem: recipit iterum a Claudio, *idem l.* 60. Tandem * suspicione fœderis Parthorum, Romam deportandus, Lacedæmone primum iubetur manere, mox Romam admittitur cum filiis, fitque Commagene iterum anno Vespasiani IIII, vt Iosephus 7. *Bell. c.* 28. accurate nonotauit.

PROVINCIA ROMANA.

* Eundem esse, quem Claudius restituit, & Vespasianus regno exutum Spartæ, dein Romæ regio cultu viuere permisit, vel ex filii *Epiphanis* nomine apparet, si Iosephi 7. Bell. 27. conferatur cum lib. Antiq. 19. extr. Hic Tacito 12. 55. memoratus, etiam videtur eiusdem *Iochus* esse 13. c. 7.

Prin-

Principatus Hasmonæorum.

IVDAS, Maccabæus cognomine, Mattathiæ fil.

IONATHAN, frater Iudæ, dolo captus Ptolemaide, *Ioseph.* 13. 10.

SIMON, etiam frater, a genero Ptolemæo interfectus *Ioseph. cap.* 14. ann. VIII.

IOANNES HYRCANVS, filius Simonis templum Garizim euertit, Idumæam subigit; ann. XXX.

ARISTOBVLVS, Ioannis filius, primus rex *Ioseph.* 13. 19. ann. I.

ALEXANDER, IANNAEVS cognomine, frater Aristobuli, victus a Lathuro & Eucæro, *Ioseph.* 13. *c.* 21. & 22. ann. XXVI.

ALEXANDRA vidua, ann. IX.

ARISTOBVLVS ann. VI, in triumpho ductus a Pompeio.

HYRCANVS cum ANTIPATRO Herodis patre: a Parthis abductus *Ioseph.* 15. 2. tandem ab Herode interfectus. *Ibid. c.* 9.

ANTIGONVS a Parthis constitutus, a Sosio Antonii legato captus, securi percussus.

Reguli Emeseni.

Arabum Phylarchæ inter turbas Seleucidarum Emesam occupant.

SAMPSICERAMVS, *Strabo* 16. quo nomine Cicero *Att. 2. epist.* 14. & 16. irrisionis caussa Pompeium notat.

IAMBLICHVS filius, *Strab. c. l.* Phylarcha Arabum dictus Ciceroni 15. *Ep.* 1. ab Antonio bello Actiaco interfectus. *Dio* 50.

ALEXANDER, Iamblichi frater, ab Augusto in triumpho ductus, *Dio l.* 51. *ineunte.*

IAMBLICHVS nepos, ab Augusto principatum in Arabia recipit, *Dio* 54.

* Ignotum, an alii intercesserint.

SAMPSICERAMVS II. Claudii temporibus, *Ioseph.* 18. 7. & 19. c. 7.

AZIZVS circumcisus vxorem duxit Drusillam, Agrippæ minoris sororem *Ioseph.* 20. c. 5.

SOHEMVS sub Vespasiano. *Ioseph.* 7. *Bell. Iud. c.* 27. (*Gr.* 28.) De singulis trium posteriorum Iosephus Ἐμεσῶν βασιλεῖς.

Prin-

Principes Chalcideni.

PTOLEMAEVS MENNAEI (ὁ Μενναίου) obtinet Chalcidem & Ituræorum montana, *Strab.* 16. actorum pœnam a Pompeio mille talentis redimit. *Ioseph.* 14. 5.

LYSANIAS, filius Ptolemæi, *Ioseph.* 14. *c.* 23. *extr.* ab Antonio Regis nomen & partem Arabiæ cum Ituræa accipit; ab eodem necatur, *Dio* 49. *Ioseph.* 1. *Bell. Iud.* 17.

An huius filius sit Lysanias *Luc.* 3. 1. disputatum est p. 116.

HERODES φιλοκολάυδιος Agrippæ maioris frater. *Seguin. Num. p.* 41.

AGRIPPA Minor a Claudio Chalcidem impetrat, quæ post quadriennium melioribus tetrarchiis permutatur. *Ioseph.* 20. 5.

ARISTOBVLVS rex Χαλκιδικῆς sub Vespasiano, *Ioseph.* 7. *Bell.* 27. *Gr.* 28.

* An ad hos pertinent οἱ περὶ τὸν Λίβανον τετραρχοῦντες *tetrarchæ ad Libanum?* SOHEMVS *Ioseph. in vita suap.* 1002. & filiis THOLOMAEVS, Cæsaris Alexandrino bello adiutor, 14. *Anti.* c. 14. falsùm finitimi fuerunt.

Reges Nabatæi.

ARETAS I, æqualis Antiocho Epiphani 2. *Macc.* 5. 8.

ZABDIEL vel ZABELUS (Ζάβηλος) caput hospiti, Alexandro Balæ, præcidit, 1. *Macc.* 11. 7. & *Ioseph.* 13. 8. Hic Alexandrum δυνάστην vocat.

MALCHUS educauit Antiochum VI, Alex. Balæ filium, *Ioseph.* 13. 9. corrupte Emalkue, *Macc.* 11. 39.

OBODAS Lathuri temporibus, vincit Alexandrum Iudæorum regem *Ioseph.* 13. 21. *extr.*

ARETAS II, Obodæ filius *Steph. Byzant. in* Αὔαρα: a Damascenis aduocatur contra iniurias Ptolemæi Mennæi, *Ioseph. Bell.* 1. *c.* 4. hinc Aretarum imperium in Damasco: defendit Hyrcanum contra fratrem Aristobulum, *ibid. c.* 5. a Scauro multatur *cap.* 9. videtur Iustini (39. *extr.*) Erotimus esse. *Voss.*

MALCHUS II ciuilis Roman. belli temporibus *Dio* 48. *pag.* 382. *Hirt. Alex. c.* 1. interfectus ab Antonio in

in Cleopatræ gratiam *Ioseph.* 1. *Bell.* *c.* 17. quamlibet Plutarchus Μάγχον (sic editum est) ἐξ Ἀῤῥαβίας, in auxiliis Antonii ad Actium fuisse scribit.

OBODAS II, aut potius eius procurator SYLLAEVS deceptor Ælii Galli, in Felicem Arabiam legiones ducentis, *Strab.* 16. ab Augusto capitis damnatus, *Ioseph.* 16. *c.* 16. & 17. *cap.* 4.

ARETAS III, antea Æneas, cum partem Arabiæ regeret *Strab.* 16. *p.* 537. defuncti Obodæ regnum & nomen inuadens, *Ioseph. cc. ll.* Gerodem tetrarcham vincit. 18. *Ant. c.* 7. Damascum per præfectum regit, 2. *Corinth.* 11. 32. auxilia mittit Vespasiano *Ioseph.* 3. *Bell. c.* 5. *Gr.*

Principes Ituræorum.

Videri poterant ad Chalcidenos pertinere, quod Strabo Ptolemæo Mennæi τὴν Ἰτουραίων ὀρεινὴν *montana Ituræorum* tribuit, & Lysaniam, filium Successorem Antonius Ituræ regem dixit, vt pag. 201. narrauimus. Nihilominus quod Claudius Ituræam a Chalcide distinxit, illam prouinciam fecit siue Syriæ addidit, hanc donauit Agrippæ: distincte quoque Ituræos recensebimus.

LYSANIAS a patre montana acceperat, reliquam partem ab Antonio cum regni nomine *Dio* 49. *p.* 411.

PHILIPPVS tetrarcha *Luc.* 3. 1. Si ex paterna hereditate, HERODES Lysaniæ interfecto videtur successisse.

AGRIPPA maior a Caio Cæsare constitutus. Vide supra p. 117.

SOHEMVS a Caligula rex constitutus *Dio* 49. quo mortuo Ituræa Syriæ prouinciæ a Claudio adiecta, *Tac.* 12. 23.

Alius SOHEMVS rex Sophenes, dono Neronis *Tac.* 13. 7. etiam Emesenorum sub Vespasiano, *Ioseph.* 7. *Bell.* 27. (Gr. 28.) qui in Titi auxiliis fuit *Tac. Hist.* 2. 81. & 5. 1.

Reges

Reges Arsacidæ siue Parthici.

HActenus de regibus & dynastis, qui vtcunque ad regnum in Syria Macedonicum, & quidem intra Euphratem pertinebant: trans fluuium, qui a Macedonibus defecerint, nunc persequemur, hoc est Parthos & Armenios Parthi sunt.

ARSACES, אשכי *Aschki* in Tarich Schickardi, a Callinico secundum Iustinum 41. *c.* 4, secundum alios ab antecessore eius Antiocho Deo desciscens.

ARSACES filius, cum Antiocho M. bellum gerens, *Iustin.* 41. 5.

PRIAPATIVS, al. PAMPACIVS, *ibid.*

PHRAATES, filius Priapatii, Mardorum domitor, *ibidem*: in vet. lib. PHARNACES.

MITHRIDATES frater Phraatis, Mediam imperio suo addit & Elymaidem; Demetrium Syriæ regem vincit & captiuum tenet. Iustin. 36. 1. & 41. *extr.*

PHRAA-

PHRAATES II filius Mithridatis, soluit Demetrium, Sidetem opprimit. *Iustin.* 38. 10. & 39. c. 1.

HIMERVS, Ἵμερος tyrannus ex præfecto Phraatis *Iustin.* 42. 1. *Athenæus* 11. 3. videtur is esse, qui Diodoro in Excerpt. Vales. p. 376. dicitur Euἥμερος ὁ Πάρθων βασιλεὺς, *Evemerus rex Parthorum.*

ARTABANVS patruus antecessoris, Pampaci filius, *Iust.* 42. 2.

† Iustinus 42. 2. Artabano Mithridatem successisse scribit: sed Romana historia alios præmittit Mithridati, quos adnumeramus, Rein. Reineccium & Io. Bapt. Gramaye secuti.

PACORVS regnat Lucullo in Armenia res gerente, *Xiphil.* 35. & is est, qui ad Sullam legatum miserat. *Plutarch.* Reineccio videtur esse amplificator Ctesiphontis, quem Ammianus PACORVM vocat 23. c. 20. Valesio autem vrbs est antiquior, quod eius mentionem fecerit in Antiochi M. bello Polybius 5. c. 45.

PHRAA-

PHRAATES III cum Pompeio de limite & iniuriis contendit, *Dio* 37. *Plut. p.* 637.

MITHRIDATES Magnus contra Armenios & Scythas bellum gerit: regno pellitur propter crudelitatem. *Iust.* 42. *c.* 3. 4. *Appian. Parth. init.*

ORODES, Mithridatis frater, victor & interfector Crassi. *Dio* 40. *Vel. Pat.* 2. 46. *Appian. Parth.*

PACORVS, etiam hic *rex* vocatur Tacito 5. *Hist.* 9. Floro 4. *c.* 9. Frontino 1. *c.* 1. *Strateg.* 6. Oros. 6. 18. quanquam cæsus est a Ventidio, superstite parente. *Appian.*

PHRAATES IV alter filius Orodis, Antonii victor, *Vellei*, 2. 91. Augusto obsides dat, & signa Parthicis cladibus amissa restituit. *Dio* 54. *Strab.* 6. *extr.*

TIRIDATES, æmulus Phraatis, victus & profugus, ab Augusto impetrat in Syria διαιτᾶσθαι, id est versari. *Dio* 51. *p.* 456. & *l.* 53. *extr.*

VONO-

VONONES, Roma, vbi obses erat, ad regnum euocatus, post reiectus, *Ioseph.* 18. 3. *Tac.* 2. 2.

ARTABANVS II, in locum repudiati substitutus, *Tac.* 2. 3. & 6. 31. regno exutus 6. 36.

TIRIDATES a Tiberio submissus PHRAATI, etiam obsidi, qui in Syria, aditurus paternum regnum, morbo perierat, *Tac.* 6, 32. cedit regno c. 44.

ARTABANVS iterum regnat *Tac. c. l.* cedente etiam CINNAMO, quem Parthi elegerant. *Ioseph.* 20. 2. *p.* 687.

BARDANES siue VARDANES, Artabani filius, Romanis bellum illaturus a suis cæditur. *Ioseph. c. l. Tac.* 11. 8.

GOTARZES, frater Bardanis, insidiis sublatus. *Ioseph. c. l.*

VOLOGESES, etiam fil. Artabani, Neronis & Vespasiani temporibus, *Tac.* 12. 44. *Suet. Ner. extr.* & *Domit.* 2.

* In nummo nomen ΒΟΛΟΓΑΣΟΥ, *Spanh. p.* 86. & 425. Iosepho Οὐολογέσης 20. *c.* 2. Dioni Οὐολόγαισος *l.* 63.

AR-

ARTABANVS III falsum Neronem tuetur *Zonar. in Tito, Tac. Hist.* 1, 2.

PACORVS III Traiani tempore, *Plin.* 10. *epist.* 16.

OSROES, frater Pacori, a Traiano subactus, *Theodos. in fragm. Dion.*

* Regis nomen varie scriptum: græce Οσρόης Pausan. Eliac. 1. p. 159. & Χοσρόης, præsertim in Persis, apud Zonaram: latine *Osroes, Osdroes* & *Cosdroes*, vt apud Spartian. in Adr. c. 13. add. Salmas. ad h. l. in Tarich. כשרו *Cosro*, vnde χ vel C defendi potest.

PARTHAMOSPATES a Traiano datus, *Xiphil.* ab Adriano retractus, *Spartian. c.* 5.

VOLOGESES II, temporibus Adriani, *Xiphil.* victus a L. Vero Marci fratre, *Aurel. Victor, Oros.* 7. 15.

VOLOGESES III a Seuero repressus, *Xiphilin. p.* 325. *Spartian. c.* 16.

ARTABANVS IV, frater Vologesis, circumuentus a Caracalla, *Herodian.* 4. 11. a Persis victus tribus prœliis, finem facit regni Parthici, Alexandri Seueri temporibus. *idem* 6. 2. *Xiphil. in Alex.*

SVCCEDIT REGNVM PERSARVM.

Reges

Reges Armeniæ maioris.

AB Alexandri temporibus Seleucidis paruit Armenia, vsque ad Antiochum M. quo victo ab Romanis, ARTAXIAS defecit & fœdus cum Rom. iniit, *Polyb. leg.* 59. post captus ab Antiocho Epiphane. *Appian. Syr.*

obſcuri & ignoti ſucceſſores.

TIGRANES a Lucullo & Pompeio victus.

ARTVASDES, filius Tigranis, etiam ARTABACES Dioni, ab Antonio infectus. *Dio* 49. Meminit eius Cicero 15. *Epiſt.* 2.

* Scribitur Artuasdes & Artauasdes.

ARTAXIAS, filius Artuasdæ, a ſuis occiſus. *Tac.* 2. 3. *Dio* 54. *p.* 526. Parthorum vſus auxiliis.

TIGRANES, frater Artaxiæ, Augusti auſpiciis a Tiberio in regnum deductus, *Tac.* 2. 3. *n.* 4. *Dio cit. loc. Suet. Tib.* 9.

† Filius Tigranis vix guſtaſſe imperium ex Tacito conſtat c. I.

AR-

ARTVASDES ab Augusto datus, a Tigrane altero, fauentibus Parthis, deturbatus non sine clade Romanorum, *Tac. c. l. n. 5.*

ARIOBARZANES Medus ductu C. Cæsaris impositus, *Tac. c. l. c. 4.*

ERATO femina } *Tac. 2. c. 4. & c. 56.*
VONONES }

ARTAXIAS, Polemonis & Pythodoridis filius, a Germanico coronatus, *Tac. 2. 56. 65.* antea Zeno dictus, defunctus sene Tiberio, *Tac. 6. 31. 2.*

ARSACES, Artabani Parthi filius, *Tac. c. l. Dio p. 625.*

MITHRIDATES, Pharasmanis Hiberi regis frater, a Tiberio substitutus, *Tac. 6. 23. & 11. 8. 1. & c. 9. 3.* sed sub Claudio demum potitus, in vincula coniicitur a

RADAMISTO, *Tac. 12. 47.* filius Pharasmanis *cap. 44.* Armenium occupat *cap. 45.* a suis pellitur *cap. 50.* succedit.

TIRIDATES, Vologesis Parthici frater, *c. 50.* tandem ab ipso Nerone diademate ornatus, *Tac. 16. 23.*

TIGRA-

TIGRANES a Nerone impositus, pulso Tiridate, *Tac.* 15. 1. 1.

EXEDARES, exauctoratus a Parthis, vt sibi & Romanis inutilis, *Dio in fragm. Theodos. l.* 68. *p.* 778.

PARTHAMASIRIS a Traiano eiectus, Pacori filius, Hosrois fratre genitus, *ibid. & pag. seq.*

ARMENIA * PROVINCIA ROMANA.

* Theod. ex Dione p. 780. Eutrop. 8. 2. & nummus Traiani apud Vaillant. p. 47. ARMENIA ET MESOPOTAMIA IN POTESTATEM P. R. REDACTAE.

Adrianus deseruit Armeniam, vt transeuphratæam, *Eutrop.* 8. 3. Ant. Pium autem & L. Verum Armeniis rursus reges dedisse, nummorum inscriptiones probant REX ARMENIAE DATVS, aut REX ARMENIIS DATVS, *Spanh. p.* 831. & sub Marco & Lucio Romanum præsidium Elegiæ, quod oppidum Armeniæ est, tumultu cæsum esse Dio p. 802. notauit.

Seuero quoque se submisit Armenius rex, *Herodian.* 3. 9. quem Caracalla euo-

euocatum in vincula coniecit *Xiphil.* 77. hunc Armenii tumultu vlti sunt, & Caracalla Αρμενίων οὐκ ἐκράτησεν, id est Armenios non subegit, *Zonar.*

Sub Maximino Thrace erant ὑπήκοοι *subiecti* Romanis, *Herodian.* 7. 2. & quod Zenobia in castris suis Armenios habuerat, *Armeniaci* nomen adsumsit Aurelianus. *Vopisc. cap.* 30.

Constantio res contra Persas gerente, rex Armeniæ ARSACES erat, fidus & amicus Romanis, *Ammian.* 20. *cap.* 20.

Sic Armenia a Romanis, Parthis certatim possessa, amissa fuit.

Reges

Reges reliqui Transeuphrataei.

Media quoque, Albania, & Iberia suos reges habuerunt, Parthis plerumque subditos, interdum de libertate cum ipsis certantes.

Triumuiratus tempore MEDIS praeerat ARTAVASDES Romanorum amicus, postea a Parthis superatus, *Dio* 49. *extr.* PACORVS Tiberio temp. Romanam gerente, frater Vologesis, *Ioseph.* 20. 2.

IBERIAE rex ARTACES a Pompeio victus & in deditionem acceptus, *Eutrop.* 6. 11. PHARNABAZVS victus ab Antonio legato *Dio* 49. *p.* 406. MITHRIDATEM Caligula in vincula coniecit, Claudius regno restituit, *Dio* 60. PHARASMANES successit *Tacit.* 11. 8. & 12. 45. alius PHARAMANES amicus Adriano & Pio. *Spart, c.* 17. *Capitol. c.* 9.

ALBANIAE praeerat ORODES, cum Pompeius orientem subigeret, *Eutrop.* 6. 11. ZOBERES ab Antonii legato superatus, *Dio* 49.

Regu-

Reguli Edesseni
siue Osroeni.

Commune cognomen est *Abgarus*, quod Græci quidem Ἄυγαρος scribunt, sed in nummis Pii Seueri, Gordiani est ΑΒΓΑΡΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ. *Spanh.p.*86. quæ sine dubitatione verior scriptura est. Præcipui fuerunt.

ARIAMNES ABGARVS deceptor Crassi, *Dio* 40.*p*.129. Arabum φύλαρχος, *Plutarch.p*.555.

ABGARVS, quem Christo epistolam scripsisse crediderunt, *Euſ. H. E.* 1, 13.

ABGARVS sub Claudio, Abbarus corrupto Tacito & rex Arabum, *Ann.* 12. *c*. 12.

ABCARVS Traianum conuiuio excipiens, *Theodoſ.* excerpt. Dionis. *pag.* 780.

ABGARVS ab Antonino Pio auctoritate sola exorientis pattibus deductus. *Capitol. c.* 9.

ABGARVS a Seuero in fidem receptus, *Herodian.* 3. 9. a Caracala contra fidem & amicitiam in vincula coniectus, *Xiphil. p.* 352.

Armeniæ minoris reges.

MITHRIDATES Magnus, *Eutrop.* 5. 3.

DEIOTARVS, *Hirt. Alex.* 67. *Eutrop.* 6. 11.

POLEMO ab Antonio datus, *Dio* 49. *extr.*

MEDVS, *Dio Cass.* 54. *pag.* 526. de quo supra *p.*64. præscripsimus.

ARCHELAVS Cappadox videtur tenuisse. *Noris Cenotaph. p.*337.

TIGRANES, Herodis M. nepos, a Tiberio supplicio adfectus, *Ioseph.* 18. 7. *Tac.* 6. 40. qui quidem Armeniæ regem simpliciter vocant, sed Minoris intelligendum esse, CL. V. Hen. Noris c. l. demonstrauit.

COTYS, Claudii æuo, *Ioseph.* 19. 7. *Tac.* 11. 9.

Hos distinguimus ab Armeniis, vt Ciseuphratæos a Transfluminalibus. Nunc Asiæ regna, quæ inter Amanum & Hellespontum fuere, quartam partem monarchiæ Græcæ, ingrediemur.

Reges

Reges Pontici.

MITHRIDATES ab Antigono fugiens conditor regni, *Appian. Mithr.* cognomine ὁ κτίστης vixit annos LXXXIV, *Lucian. in μακροβ.*

* Successores non satis noti, neque numerus eorum certus. Appianus, quem secuti sumus in historia, Mithridatem Romanorum hostem, vocat ἕκτον ἀπὸ τοῦ πρώτου Μιθριδάτου *sextum a primo Mithridate*, quæ verba in Gelenii versione non apparent: habentur autem in vtroque Græco codice Caroli & Henrici Stephanorum, vertitque ante Gelenium P. Candidus. Si saluus est numerus Appiani, oportet omnes, quod de primo & vltimo constat, longæuos fuisse, alioqui spatium, quod Antigonum inter & Pompeium est, non explebitur. Desideratur successor τοῦ κτίστου.

MITHRIDATES, Sinopenses bello premit, filiam Laodicen Antiocho M. locat, *Polyb.* 4. *c.* 56. *& l.* 5. *c.* 43. huius.

PHARNACES filius, auus magni Mithridatis, *Iustin.* 38. 6. de quo p. 48. plura tradidimus. add. *Liv.* 40. 20.

MITHRIDATES EVERGETES, Romano

manorum in Punico bello socius. *Appian.* Eius filius.

MITHRIDATES, EVPATOR & DIONYSVS cognominatus, Euergetæ filius, a Lucullo & Pompeio deuictus. Hic Bosporum & Colchidem suo regno adiecit; *Strab. pag.* 205. & 378.

† Pontus a Pompeio adiicitur Bithyniæ. *Dio summar.* 37.

PHARNACES, Mithridatis filus, rex Bospori, inuadit paternum regnum, a Cæsare vincitur. *Hirtius Alex.* 34. *seq. Suet. Iul.* 35.

DARIVS, Pharnacis filius, ab Antonio acceptum regnum breui tenet tempore, *Appian.* 5. *Civ.*

POLEMO ab eodem Antonio constitutus, *Dio* 49.

PYTHODORIS Polemonis vidua, *Strab.* 12.

POLEMO filius, *Dio* 59. *Ioseph.* 19. 7. quo concedente Nero prouinciam fecit, *Suet.* 18. *Eutrop.* 7, 9.

Reges

Reges Cappadociæ.

ARIARATHES ab Eumene & Perdicca victus. *Diodor.* 18. *c.* 16. *Iust.* 13. 6.

ARIARATHES II filius, inter ciuiles motus Seleuci & Antigoni. *Diod. c. l.*

ARIAMNES *ibid. & Iust.* 27. 3.

ARIARATHES III, gener Antiochi Dei, *Diod. c. l. Iust.* 29. 1.

ARIARATHES IV, Antiochi M. gener, *Diodor. c. l.*

ARIARATHES PHILOPATOR, eruditus, Romanis amicus, *Diodor. c. l. Excerpt. Valeſ. pag.* 325. a ſuppoſititio fratre Oropherne viribus Demetrii Soteris pellitur, *Polyb.* 3. *c.* 5. *Liv. epit.* 47. Romam queſtum venit, *Polyb. leg.* 126.

OROPHERNES, pulſo Ariarathe, *Polyb. Excerpt. p.* 1470. *ed. Gronov.*

ARIARATHES per Attalum Philadelphum Romanis auſpiciis reſtitutus, *Polyb. c. l. Diod. Excerpt. Valeſ. p.* 169. interit bello Ariſtonici, *Iuſtin.* 37. 1.

LEODICE τεκνοφόνος, *Iuſt. c. l.*

ARIARATHES VI subtractus sæuitiæ matris, occiditur a Mithridate vxoris fratre, per Gordium, *Iustin.* 38. 1.

NICOMEDES Bithynus inuasor, statim pulsus ab æmulo Mithridate. *ibid.*

ARIARATHES VII, Laudices fil. in colloquio interfectus, *Iust. c.l.*

ARIARATHES fictus, Mithridatis filius, sub rectore Gordio, *ibid.*

ARIARATHES VIII, Asiaticus frater eius, qui in colloquio interfectus fuerat. *Iustin.* 38. 2. pulsus a Mithridate moritur animi ægritudine, *ibidem.*

Nicomedes subornat tertium filium, cui pari dolo respondet Mithridates; neuter a senatu Rom. admissus, sed

ARIOBARZANES rex datus. *Iust. c.l.* & per Syllam prætorem deductus eiecto Gordio, *Plut. p.* 453.

ARIOBAZANES filius, *Cic.* 15. *Epist.* 1. a Cassio oppressus, *Supra p.* 63.

ARIARATHES frater, ab Antonio expulsus, *Dio* 49. substitutus.

SISIN-

SISINNA, in matris formosæ gratiam, *Appian. 5. Civ.*

ARIARATHES, sublato Sisinna rursus breuiter regnat, quo iterum expulso ab Antonio subrogatur.

ARCHELAUS * post quinquaginta annorum imperium a Tiberio eiectus, *Tac. 2. 24. & 56. Suet. c. 37.*

CAPPADOCIA FIT PROVINCIA.

* Archelai huius genus tradidit Strabo l. 12. pag. 334. latius deduxit H. Noris Cenotaph. Pis. p. 225. Nempe pronepos fuit Archelai ducis Mithridatici aduersus Syllam in Græcia, qui belli II Mithridatico ad Romanos defecit: nepos Archelai, Comani pontificis, Ægyptiorum, exulante Auleta, semestris regis, cui Berenice filia Auletæ, regnans nupserat, prœlio occisi a Gabinio, restitutore Auletæ: filius Archelai itidem pontificis Comani, ex Glaphyra, matre Sisinnæ, sed patrem Cæsar abdicauit sacerdotio, substituto Lycomede. *Hirt. Alex. B. c. 66.*

Reges Bosporani.

MITHRIDATES Magnus Ponto suo adiecit Bosporum Cimmerium, *Strab. l.*7. etiam Colchidem, *l.* 11.

PHARNACES, filius Mithridatis, a Pompeio constitutus, *Dio* 42. victus a Cæsare, *Sueton.* 35. cecidit prælio contra Asandrum, *Appian. Mithrid. extr.*

MITHRIDATES Pergamenus, Cæsaris dono, *Hirt. Alex. extr.* fructum regni non percepit, nec Asandro præualuit, qui id inuaserat.

ASANDER ab Augusto confirmatus & regis auctus nomine, *Lucian. in Macrob.* Nummus *apud Spanb. p.* 461. ΑΣΑΝΔΡΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ.

SCRIBONIVS regnum inuasit, demortuo Asandro, mox oppressus a suis. *Dio* 49. *p.* 538.

POLEMO Ponticus, *Dio c. l.*

POLE-

POLEMO, Polemonis filius, cui pro Bosporo Ciliciæ partem dedit Claudius, *Dio* 60. *p.* 670.

MITHRIDATES a Claudio datus, *Dio c. l.* post exsul. *Tacit.* 12. 15.

COTYS frater ab Romanis datus. *Tacit. ibid. & ad hunc Lipsius.*

Posthæc proprios reges suæque gentis habuerunt, qui SAVROMATAE dicebantur. Appianus *extr. Mithrid.* νῦν δὲ εἰσὶν οἰκεῖοι, *nostra*, id est Adriani, *ætate proprios* (reges) *habent*, qualis rex SAVROMATA fuit Traiani æuo, *Plin.* 10. *Epist.* 13. 14. 15. & alius SAVROMATA rex Seueri tempore. Nummus cum capite Seueri radiato inscriptus: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ϹΑΥΡΟΜΑΤΟΥ. *Spanh. p.* 462.

Reges Paphlagoniæ.

MORZES Antiochi M. temporibus, *Liv.* 38. 26.

PYLAEMENES EVERGETA, Romanorum in Aristonici bello socius, *Eutrop.* 4. 9.

PYLAMENES a Mithridate pulsus, *Eutrop.* 5. 3.

NICOMEDES Bithynus inuadit partem, & filio suo, ficto nomine, vindicat, *Iustin.* 37. 4. pellitur a Mithridate, *Oros.* 6. 2.

PYLAEMENES & ATTALVS fratres, a Romanis restituti, *Eutrop.* 6. 11. *Strab.* 12. *p.* 372.

DEIOTARVS PHILADELPHVS, *Strab.* 12.

Adiicitur prouinciæ Bithyniæ ab Augusto, *Strab.* *c. l.*

Reges

Reges Bithyniæ.

ZIPOETES Antiochi Soteris temporibus *Memn. Ecl.*

NICOMEDES Zipœtis filius, conditor Nicomediæ, *Tzetzes Chil.* 3. *Pausan. Eliac.* 1. *p.* 159. add. *L. Holsten. ad Steph. p.* 225.

ZELA, filius Nicomedis, *Steph. Byz. in* Ζῆλα. *Athen.* 2. *c.* 17.

PRVSIAS, filius Zelæ, *Strab.* 12. *p.* 388. ex Rom. historia notissimus, *Liv.* 37. *c.* 25. Annibale vsus, *Nep. c.* 10.

NICOMEDES II, Prusiæ filius, parricida, *Liv. Epit.* 50. *Iustin.* 34. 4.

NICOMEDES III, Nicomedis filius, a Mithridate pulsus, ab Romanis defensus, *Iustin.* 38. 3. quos heredes scribit, *Vell. Pat.* 2. 4. & 39.

PROVINCIA ROMANA.

Reges Pergameni.

1 PHILETAERVS.

2 EVMENES fratris fil.

3 ATTALVS patruelis, rex.

4 EVMENES filius, 5 ATTALVS, PHILETAERVS, ASHENAEVS

socius Rom. — tutor. — priuati, *Liv.* 42. c. 15. l. 45. c. 15.

6 ATTALVS Philometor. *Strab.* 13.

cuius

HERES POP. ROM.

De singulis actum pag. 50. 51.

Reges Ciliciæ.

Bello Mithridatico occupauerat Campestrem Tigranes: Tracheam prædones: angulum exigium retinebant Antiochi, Pius & Asiaticus. Fit per Pompeium.

PROVINCIA ROMANA.

Antonius statum mutat; Trachéa Cleopatræ donata, partis regulus fit POLEMO, post id Ponti rex.

TARCONDIMOTVS tyrannus.

PHILOPATOR filius, ab Augusto multatus.

TARCONDIMOTVS, frater, ab Augusto in patrias possessiones restitutus.

ARCHELAVS Cilix.	ANTIOCHVS Commagenus.	POLEMO fil. circumcisus.

Reguli alii ignoti.

PROVINCIA SVB VESPASIANO.

* In parte tamen tolerauit Vespasianus regium imperium, eique ALEXANDRVM, filium Tigranis, regis Armeniorum a Nerone constituti, præfecit, *Ioseph. l. 18. c. 7. extr*, nisi credas, hæc ante prouinciam acta fuisse. De superioribus regibus plura dicta p. 55.

Gala-

Galatatum principes.

DEIOTARVS tetrarcha, deinde rex. *Cic.*

Reliqui tetrarchæ obſcuri, vt DEMENECLIVS, cuius filius ADIATORIX ab Antonio princeps Heracleæ Ponticæ factus, ab Auguſto in triumpho ductus. *Strab.* 12. *p.* 374. item auus maternus Mithridatis Pergameni a Deiotaro oppreſſus, *Strab.* 13. *p.* 430. *Hirt. Alex. extr.*

DEIOTARVS filius itidem rex ab ſenatu appellatus, *Cic. Att.* 5. *Epiſt.* 17. & 21. videtur ante partem motuus: ὑπέργηρων τε ὄντα *ſenem extremo* Philippenſi bello. *Dio* 47.

MITHRIDATES PERGAMENVS tetrarchiam aui materni a Cæſare recipit. *Hirtius* & *Strab. cit. loc.*

AMYNTAS miniſter Deiotari, poſtea ſucceſſor, quo demortuo Auguſtus regnum eius prouinciam fecit. *Dio.* 53. *Strab.* 12. *Eutrop.* 7. 5.

Reges Epirenses.

PYRRHVS Achillis filius.

Successores per δέκα καὶ πέντε γενεάς, XV generationes, Pausan. Att. p. 11.

THARYPVS

ALCETAS

ARRYBA doctus.

AEACIDES,

PYRRHVS Rom. hostis.

ALEXANDER fil. *Iust.* 26. 2.

PYRRHVS, & mox PTOLEMAEVS frater, *Iust.* 28. 3.

* NEOPTOLEMVS auus Alexandri M.

ALEXANDER, Olympiadis frater, Magni Alexandri auunculus, in Italia cæsus, *Liv.* 8. 17. & 24. *Gell.* 17. c. 21.

Macedones occupant, socios saltem Epirotas habent in Romano bello, quo LXX vrbes Epiri Æmilius Paullus euertit. *Polyb. Fragm. l.* 7.

* Ordinem hunc Pausanias c. l. tradit: Iustino lib. 17. Neoptolemus, Olympiadis pater; filius, non frater, Arybbæ siue Arrybbæ est.

Numi-

Numidiæ reges.

Massylii	*Masæsyli*
MASINISSA accipit partem Carthaginiensium agri, *Strab.* 17. & regni Syphacis florentissimam, *Lib.* 30. 44. & *l.* 31. c. 11.	SYPHAX Romam abductus *Liv.* 30. 17. & 45.
MICIPSA filius Masinissæ late regnans.	VERMINA fil. ex parte *Liv.* 31. 11.

HIEMPSAL, ADHERBAL, IVGVRTHA.

IVGVRTHA solus.

horum fata ex Iugurthino bello nota.

HIEMPSAL II partium Sullanarum, *Plut. in Mar.* p. 428. *seq.* donatur regno victi Hiarbæ, *idem in Pomp.* p. 624. agros maritimos renet. proximos R. prouinciæ, *Cic.* 2. *Agrar* c. 22. vincit in iuditio Masintham, *Suet.* *Cæs.* c. 71.	HIARBA, Marii fautor, Sullæ auspiciis victus a Pompeio, *Plutarch.* p. 624. *Eutrop.* 5. 6.

IVBA filius Hiemsalis, *Dio* 41. *p.* 172. Pompeii amicus a Cæsare victus.

NOVA PROVINCIA AFRICAE per Cæsarem. *Appian.* 4. *Civ.*

* Arabio, Manasse, Sittius reguli. *Appian.* c. *l.*

Reges

Reges Mauritaniæ.

COCCHAR i.e. Bocchus, *Liv.* 29. *c.* 30.

obſcuri & ignoti.

BOCCHVS ſocer Iugurthæ.

partis orientalis.
BOCCHVS nepos ſoceri Iugurthæ, (Noris Genot. Piſ. p. 236.) Pompeii filius ſtudet, dein Auguſto, a quo Bogudis etiam regnum recipit, *Dio* 48. *p.* 384. Hoc mortuo fit.

partis occidentalis.
BOGVD cum Cæſare ad Mundam, *Dio* 43. *p.* 231. amittit regnum *l.* 48 *p.* 384. & vitam Actiaco bello, *Strab.* 8. *pag.* 248. qui Βόγον vocat. Interpres Latinus perperam *Bocchum*.

PROVINCIA ROMANA.

Dio 49. *p.* 417.

Rur-

Rursus regnat Augusti dono in Mauritania

IVBA, Iubæ Numidæ filius *Dio lib. 53. pag. 514.* historicus, *Plutarch Cæs. pag. 733.*

PTOLEMAEVS Iubæ historici & Cleopatræ (quæ filia Cleopatræ & Antonii erat) filius, *Dio 51. pag. 454.* a Cæsare Caligula necatus, *Plin. 5. 1.* Fit tumultus: compescitur a Claudio, qui rursus prouinciam imposuit, & in CAESARIENSEM ac TINGITANAM diuisit, quarum ilia quondam Bocchi; hæc Bogudis fuerat.

Reges

Reges Romanorum.

1 ROMVLVS fundator. ann. XXXVII.
2 NVMA POMPILIVS, religiosus, ann. XLIII.
3 TVLLVS HOSTILIVS, bellator. ann. XXXII.
4 ANCVS MARTIVS, ædificator. ann. XXIV.
5 TARQVINIVS PRISCVS, pompæ & splendoris auctor. ann. XXXVIII.
6 SERVIVS TVLLIVS, censor. a. XLV.
7 TARQVINIVS, superbus. ann. XXV.

Bella Italica post electos reges.

1 Cum Porsena regum fautore, *Flor*. 1. 10.
2 cum Latinis, Æquis, Volscis, *Flor. cap.* 11.
3 cum Veientibus & Fidenatibus, *cap.* 12.
4 cum Senonibus Gallis, *idem cap.* 13.
5 cum Samnitibus & Vmbris, *idem cap.* 16. 17.
6 cum Tarentinis & sociis, *cap.* 18.

Bella

Bella Rom. Externa.

1 PVNICA
- I. propter Siciliam, *Flor.* 2, 2.
- II. propter Saguntum deletam *Liv. decade* 3.
- III. quo Carthago euersa, *Flor.* 2. 14. *Eutrop.* 4. 5.

2 MACEDONICA
- I. cum Philippo Anibalis socio, *Flor.* 2. 7.
- II. cum Perseo Philippi fil. *Flor.* 2. 12.
- III. cum Pseudophilippo, *Flor.* 2. 14. *Vell.* 1. 11.

3 HISPANICA
- I. immixtum bello Punico II. *Flor.* 2. 6. 36.
- II. cum Viriato, *Flor.* 2. 17. *Eutr.* 4. 7.
- III. Bruti Gallæci, *Vell.* 2. 5.
- IV. Numantinum, *Flor.* 2. 18. *Eutr.* 4. 8.
- V. Sertorianum, *Flor.* 3. 21. *Eutr.* 6. 1.
- VI. Cantabricum, *Flor.* 4. 12.

4 ASIATICA cum

- Antiocho M. *Flor.* 2.8. quod *Ætolos* & *Galatas* regis socios implicuit.
- Aristonico, Attali anato, *Flor.* 2. 20.
- Mithridate rege Ponti, *Flor.* 3.5. *Eutr.* 5.3.
- Cretensibus *Flor.* 3.7.
- Cilicibus piratis, *Flor.* 3. 6.
- Pharnace Pontico, *Hirt. B. Alex.*
- Parthis duce Crasso, *Flor.* 3. 11. Antonio, *Flor.* 4. 16. Ventidio, *Dio* 48. *S. Ruf. c.* 18. Traiano, *Eutrop.* 8. 2. L. Vero, *idem c.* 5. Seuero, *idem c.* 10.
- Persis, ductu Alexandri, Gordiani, Cari, *Eutrop.*

5. CAL-

5. GALLICA duce { Æmilio & Flaminio, *Flor.* 2. 4. Domitio & Fabio, *Vell.* 2. 10. Mario, *Vell.* 2. 12. Iul. Cæſare. }

6. ACHAICVM, quo Corinthus delata, *Flor.* 2. 16. *Vell. Pat.* 1. 13.

7. IVGVRTHINVM, quod *Salluſtius* cum cura ſcripſit.

8. THRACIVM, *Flor.* 3. 4. *Eutrop.* 4. 10. & cum Beſſis ac Ponticis gentibus, *Eutrop.* 6. 8.

9. ILLYRICA, *Flor.* 2. 5. & 13. *Eutrop.* 4. c. 10. & ſub Auguſto, qui Pannoniam quoque adiecit. *Dio.*

10. GERMANICA, Druſo & filio Germanico ducibus, *Dio, Tacit.*

11. RHAETICVM & NORICVM, auſpiciis Auguſti, ductu Tiberii & Druſii, *Dio* 54.

12. IVDAICVM I Veſpaſiani & Titi, *Ioſeph.* & II ſub Traiano & Adriano, *Dio* 68. *Euſeb.* 4. 6.

13. DACICVM ſub Traiano, *Xiphil. Eutrop.* 8. 2.

Bel-

Bella Romanor. Ciuilia.

1. SOCIALE seu MARSICVM, *Vell. Pat.* 2. 15.
2. MARIO SVLLANVM sæuitia potius, quam iustis prœliis peractum, *Flor.* 3. 21. *App.* 1. *Civ.*
3. CATILINARIVM, *Sallust.*
4. POMPEIO-CAESARIANVM prœliis ad
   - Dytrachium, *Cæs. Civ.* 3. 69.
   - Pharsalum, *ib. c.* 93.
   - Thapsum, *Hirt. Af.* 82.
   - Mundam, *Hirt. & Eutrop.* 6. 19.
5. AB AVGVSTO COMPOSITA (quasi reliquiæ belli Pompeiani.)
   - Mutinense, *Flor.* 4. 5.
   - Philippense cum Cassio & Bruto, *Flor.* 4. 7.
   - Perusinum, *Flor.* 4. 5.
   - Siculum cum Sex. Pompeio, *Appian.* 5. *Civ. Suet. Aug.* 16.
   - Actiacum, quo Antonius & Cleopatra victi, *Flor.* 4. 11.

Impe-

Imperatores Romani.

trium feculorum, fiue Ethnici.

IVLIVS CAESAR.
Octouianus AVGVSTVS, *pacificus.*
TIBERIVS *abftrufus, fauus.*
Caius CALIGVLA *crudelis.*
CLAVDIVS *ftolidus.*
Domitius NERO, *parricida.*
GALBA }
OTHO } *vix deguftant imperium.*
VITELLIVS }
T. Flav. VESPASIANVS }
TITVS Fl. Vefpafian. } *Iudaea victores.*
DOMITIANVS *tyrannus.*
NERVA Cocceius } *optimi.*
Vlp. TRAIANVS } SAECVL. CHR. II.
Ælius ADRIANVS *Iudaeorum victor.*
ANTONIVS PIVS.
M. ANTONINVS Philofophus, &
L. VERVS, *Parthorum victor.*
* Auidius Caffius tyrannus. *Vulc. Gallic.*
COMMODVS *minime commodus.*
PERTINAX *dignus imperio longiore,*
Did. IVLIANVS *emptor imperii.*
Sept. SEVERVS *victor* Nigri & Albini *anticaefarum.*

Raff.

Baff. CARACALLA & GETA *fratres.*
MACRINVS & fil. DIADVMENVS, *mox caſi.* menſ. II.
Anton. ELAGABALVS, *luxurioſus.*
ALEXANDER Mammææ fil. *pius.*
MAXIMINVS Thrax, *opilio.*
PVPIENVS, & BALBINVS *mox trucidati.*
GORDIANVS *victor Perſarum.*
PHILIPPVS Arabs, *Chriſtianis fauet.*
DECIVS Traianus *perſecutor Chr.*
HOSTILIANVS, VOLUSIANVS *obſcuri.*
VALERIANVS *a Perſis captus.*
GALLIENVS *ignauus.*
XXX. Tyranni vid. *Treb. Pollio.*
CLAVDIVS II. ſiue Gothicus.
QVINTILLVS *dierum* XVII.
AVRELIANVS *recuperator imperii.*
TACITVS *ſex menſium & frater.*
FLORIANVS *vix trium.*
PROBVS *moribus & geſtis rebus probus.*
CARVS *in Aſſyria exſtinctus.*
NVMERIANVS & CARINVS, filii.
DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS Herculeus *deponunt imperium.*
CONSTANTIVS Chlorus, MAXIMIANVS Galerius.

Persecutiones Ecclesiæ grauiores

1. Neronis.
2. Domitiani.
3. Traiani.
4. M. Philosophi, & L. Veri, *in Asia & Gallia.*
5. Seueri *in Africa & Ægypto.*
6. Maximini Thracis.
7. Decii.
8. Valeriani.
9. Aureliani.
10. Diocletiani & Maximiani Herculei, *illius in Oriente, huius in Occidente, ex stimulante* Maximiano Galerio *Cæsare.*

Hæc de Antiqua Historia sufficiant. Supersunt non ignobiles reges, v. g. Siculi DIONYSIVS vterque. *Diodor.* 15. 73. *Nep. in Dione*: HIERO; anno nonagesimo exstinctus, *Lib.* 14. 4. & HIERONYMVS nepos, *Lib. c. l. & c.* 7. sed quis omnes huius insulæ tyrannos recensebit? adde a Marcello victos, *Lib.* 26, 30.

Germanorum duces inclytos meliori otio & curæ referuamus.

INDEX

INDEX RERUM,

maxime illarum, quæ in Notis explicantur.

Iudai-

Cyre-

Pha-

CHRISTOPHORI CELLARII,
SMALCALDIENSIS,

HISTORIA MEDII AEVI A TEMPORIBVS CONSTANTINI MAGNI AD CONSTANTINOPOLIM A TVRCIS CAPTAM

DEDVCTA,

ET CVM
NOTIS PERPETVIS
AC
TABVLIS SYNO-
PTICIS

QVINTVM AVCTIOR ET EMEN-
DATIOR EDITA.

IENAE
SVMTV IO. FEL. BIELKII, BIBLIOP.
CIϽ IϽ CCXII.

PRAEFATIO
EDITIONIS PRIMAE
CIↃ IↃ CLXXXVIII.

Duodecim anni circumacti sunt, cum Historiæ Antiquæ breuiarium, quod anno superiore vulgaueramus, ita continuauimus, vt in sæculis ante Constantinum latius excurreremus, in ceteris, vsque ad Constantinopolim captam, historiam potissimum Byzantinam consectati. Illa enim præcipue tum apud animum nobis proposita erat. Posteaquam vero tertius iam annus est, ex quo Antiquam illam Historiam auctiorem plenioremque edidimus, adiectis ex continuatione tribus sæculis Christianorum, cuius consilii rationem præfatione eiusdem Antiquæ Historiæ exposuimus; iam visum nobis faciendum fuit, ne continuata Medii æui Historiæ, cuius limites Christianum in vrbe Constantini imperium statuimus imperfecta & mutila relinqueretur. Quantum ergo breuiarii modus potest concedere vbique

adieci-

adiecimus tam ciuili, quam ecclesiastica historia, quæ rerum mutationis momenta grauiora continebant, litterariæ quoque rei rationem in singulis saeculis habentes, ne ingenia ignorentur, quæ posterior ætas tulit, vtcunque pro temporibus suis exculta. Tabulas quoque, vt in Antiqua cœptum erat, in conspectum subiecimus, vt illi quoque principes cognoscerentur, quorum res obscuriores erant, quam vt in serie artatæ historiæ singuli potuissent collocari: quamquam nec hos in Notis semper intactos relinquimus, quas non fidei tantum caussa, ex auctoritate proximi cuiusque scriptoris facienda, addidimus, sed vt sæpe etiam supplementa essent earum rerum, quas suscepti stili nostri breuitas non capiebat. Pontificum res in tantum attigimus, quantum necessarium iis historiis erat, quæ ab illorum nutu insignem quamdam mutationem vel in ecclesia, vel ciuili republica habuerunt: ceteras in aliud tempus & otium reseruamus.

HISTORIA MEDII AEVI

SAECVLO CHRISTIANO IV.

Diocletiano & Herculeo ad *a* priuatam vitam abeuntibus, Maximianus GALERIVS, cognomento *b* Armentarius, & CONSTANTIVS *c* Chlorus, ex cæsaribus augusti facti, ita

A

a Non tam propter *ingrauescens æuum*, vt Eutropius 9. 16. ait, quam propter morbum & animi impotentiam se Diocletianus abdicauit, cum *certis horis insaniret, certis resipisceret*. Lactant. de Mort. Persec. cap. 17.

b quia *ortus parentibus agrariis, pastor armentorum* fuerat Epit. Victor. c. 57.

c ὁ Χλωρὸς διὰ τὴν ὠχρότητα, *Chlorus a pallore* dictus, Zonar. lib. 12. c. 31. Erat autem Constantius non Claudii Augusti nepos, vt Eutropius refert 9. 14. & in Chron. Eusebius; sed Crispi fratris ex filia Claudia, quæ Flauio Eutropio, patri Constantii, gentis Dardanæ nobilissimo viro, nupserat,

ita Romanum orbem *a* diuiserunt, vt Constantius quæ trans Alpes sunt cum Italia & Africa; Galerius quidquid inde ad orientem solem est, possideret. Constantius autem, contentus *b* transalpinis prouinciis, cetera cuncta Galerio concessit, qui duos cæsares creauit, SEVERVM & MAXIMINVM *c* Dazam, sororis filium, vt iste Italiæ; hic Orienti præesset, ipse enim in *d* Illyrico, Thracia & Bithynia commorabatur. Con-

rat, *Treb. Poll. in Claud. c.*13. Antequam cæsar fieret Constantius, præsidem egit Dalmatiæ, *Vopisc. in Carino.*

a Vide Eutrop. lib. 10. ineunte.

b Idem Eutropius c. l.

c *Daza* in Epit. Victoris, siue *Daia* apud Lactantium, priuati; *Maximinus* nomen cæsaris est. Homo cetera *semibarbarus, sublatus nuper a pecoribus & syluis; statim scutarius, continuo protector, mox tribunus, postridie cæsar.* Lactant. cit. l. cap. 19.

d Vide Eutrop. 10. 2. & Excerpta de Constantino Valesii Ammiano adiecta. Regia enim sedes Galerii cæsaris erat Sirmii; augusti, ibidem.

Conſtantio in *a* Britanniis mortuo filius CONSTANTINVS, ex *b* Helena procreatus *c* ſucceſſerat, cum prætoriani *d* Romæ MAXENTIVM, Herculei filium, auguſtum nuncuparent, & ipſe pater priuatæ vitæ pertæſus, honores filio eripere conaretur, ſed *e* eluſus ab exercitu in Galliam profugit, genero

A 2 Con-

a Eboraci, quod addit Eutropius 10. 2. 6. anno Chriſti CCCVI; ex quo cæſar factus, XV; ex quo auguſtus, II. *Valeſ. Chron.*

b Helenam Zoſimus 2. 8. 2. concubinam vocat, *οὐ κατὰ νόμον συνελθοῦσαν*: Eutropius autem 9, 14. 3. *vxorem*, priuati puta Conſtantii, quam cæſar, cogente Diocletiano, repudiauerat. Filius imperator matri nomen & honorem *auguſtæ* dedit, vt in nummo & Neapolitana inſcriptione eſt. Adi Patinum & Gruterum.

c legitime electus patris Conſtantii *κρίσει καὶ τῶν στρατοπέδων ἁπάντων τῇ ψήφῳ*. Iulian. orat. I. p. 13.

d in villa VI. millibus ab vrbe diſcreta. *Epit. Victor.*

e *Conuicia militum tulit.* Eutrop. 10. 2. 3. & *vrbe Roma exactus eſt*, Lactant. mort. perſ. c. 28.

Constantino *a* insidias paraturus, sed his quoque per filiam detectis, iusta pœna oppressus fuit. Cum hæc agerentur, pridem Seuerus cæsar, a Galerio contra Maxentium missus, apud Rauennam *b* perierat desertus a militibus. Galerius postquam LICINIVM, *c* nouum hominem, imperatorem dixerat,

a Bis Herculeus Constantino insidiatus est. Primum hortatus eum, vt cum parte exercitus aduersus barbaros iret, ipse, reliquis militibus sibi conciliatis, purpuram resumsit: sed oppressus fuit a Constantino Massiliæ, quam vrbem occupauerat. Deinde filiam Faustam sollicitauit, vt maritum sibi proderet, quæ, simulato scelere, vilem eunuchum substituit, in quo insidiæ perficerentur. Sic quoque deprehensus, potestate accepta liberæ mortis, laqueo gulam frangens, vitam turpissime finiuit. *Lactant. mort. pers.* c. 29. 30. Vereor ergo, ne Eutropius 10. 2. aliique binas insidias in vnas confuderint.

b captus aut deditus, venis incisis leniter mori coactus est, *Lactant.* c. 26. De loco dissensus. Vide *Eutrop.* 10. 2. & *Zosim.* 2. 10.

c Eutrop. 10. 3. 2.

rat, confestim *a* morbo horribili consumtus fuit. Sequenti anno *b* bellum inter Constantinum & Maxentium exarsit, & hic aliquot *c* prœliis fatigatus, tandem ad Muluium pontem victus & *d* Tiberi submersus est. Dignum memoria, quod scriptor *e* Eusebius ex ipsi-

a corpore in putredinem & vermiculos cum intolerandis doloribus resoluto, *Lactant. mort. pers. c.* 33. Dignus exitus Christianorum hoste & persecutore.

b Maxentius Constantino bellum indixerat, non hic illi. Zosim. 2. 14. 1. προφάσεις ἀναζητεῖ τοῦ πρὸς Κωνσταντῖνον πολέμου. Lactant. c. l. cap. 43. *Bellum Constantino indixerat, quasi necem patris sui vindicaturus.*

c e, gr. apud Veronam. *Aur. Victor.*

d Iisdem insidiis, quas hosti locauerat, id est dissolubili ponte, cum victus in vrbem festinaret, interceptus. *Zosim.* 2. 15. *Victor.* 40. Aliter Lactantius c. 44. qui tamen in exitu conuenit, Tiberi haustum esse Maxentium. Adde Prudent. I. adv. Symmach. v. 483.

e de vita Constantini, lib. I. c. 28. In ipso prodigio conueniunt christiani scriptores: in forma & modo eius discrepant, de quo con-

ipſius imperatoris ore refert, antequam acie cum Maxentianis decerneret, crucem in cœlo adparuiſſe litteris ſignatam *a* ΤΟΥΤΩΙ ΝΙΚΑ, id eſt HOC VINCE, quo magis in chriſtiana fide, in quam pridem propendebat, præſertim euentu victoriam comprobante, confirmatus fuit. Licinius quoque Maximium, *b* æmulum ſuum, in Thracia victum fugatumque adegit, vt

conſuli Iac. Godofredus poteſt ad Philoſtorg. lib. 1. c. 6. Τοῖς ἀπίστοις, quibus μῦθος εἶναι δοκεῖ. καὶ πλάσμα, τοῖς ἡμετέροις δόγμασι κεχαρισμένον, reſpondet Gelaſius Cyzicenus Act. Concil. Niceni cap. 4.

a Solus veterum Philoſtorgius tradit. Ῥωμαίων φωνῇ, *latine*, IN HOC VINCE, coeuntibus in litteras ſtellis, expreſſum fuiſſe.

b Maximinus, adhuc quadriennio cæſar per orientem, ferre non potuit, vt Licinius ſibi præferretur, ex priuato nuperrime cæſar, mox auguſtus & imperator factus. Quare & ipſe, inuito Licinio, ſe pro auguſto geſſit, & cum ille nuptias Mediolani cum Conſtantia celebraret, in Thraciam irrupit, victusque a ſponſo reduce, in Ciliciam refugit. *Lactant. de mort. perſ. c. 45. ſeqq.*

vt *a* veneno sumto, sed inefficaci, inter horribiles cruciatus apud Tarsum exspiraret: *b* ipse vero postmodum a Constantino, vxoris fratre, *c* aliquoties victus, & cum *d* res nouas moliretur, Thessalonicæ occisus fuit, antea sublatis, quos ille contra Constantinum adlegerat

a Lactantius ibidem c. 49.

b Licinius ipse. Inter quem & Constantinum bellorum caussis satis sint *diuersi mores*, quibus vix triennium congruere potuerunt. Nam sordidus Licinius, crudelis, & Christianorum hostis. *Aur. Victor. & Euseb. lib. 10. cap. pen.* Sed veram & grauiorem caussam tradunt Excerpta de Constantini rebus, Ammiano Valesii subiecta, quæ consuli possunt ab harum rerum cupidis.

c ad Cibalim Pannoniæ: deinde ad Hadrianopolim: rursus ad Chalcedonem, vnde Nicomediam fugit, seque victoris arbitrio permisit. *Zosim. & Eutrop.*

d Cum se Licinius Nicomediæ dedidisset, pactus erat, vt priuato sibi Thessalonicæ liceret viuere. Verum & ibi machinatus insidias, barbaros contra Constantinum euocaturus, ab eodem interfectus est. Vide quæ ex Socrate, Zonara, Cedreno ad Zosimi 2. 28. notauimus.

gerat socios, *a* VALENTE cæsare & *b* MARTINIANO imperatore. Puer *c* LICINIVS, & ipse cæsar pacificatione prima dictus, *d* Faustæ insidiis vna cum CRISPO cæsare putatur periisse.

Sic cæsis tyrannis *e* solus rerum potitus est Constantinus, primus imperator, quod *f* certo constet, christianis

a Valens post cladem Cibalensem cæsar dictus: sed pace post inita, vt auctor turbarum, interfectus est. *Zosim.* 2. 19. & 20.

b Martinianus, antea magister officiorum, a Zosimo 2. 25. *cæsar* tantummodo vocatus, in nummis apud Fresnium Famil. Byz. p. 23. P. F. AVG. id est *Pius, Felix, Augustus*. Electus a Licinio, ex Europa in Bithyniam fugiente: occisus isto se dedente ad Nicomediam. *Zosim.* c. l. & c. 28.

c Puer viginti mensium cæsar creatus, pace facta cladem Cibalensem. *Zosim.* 2. 20.

d Eutrop. 10. 4. 6. vbi etiam de Crispo.

e Constantini anno VI. Maxentius; XVII. (al. XIX.) Licinius victus exstinctusque fuit. *Eusеb. Chron.*

f Veteres Philippum Arabem christianum dixere, qui vero nullum professionis argumentum reliquit, saltem nullo modo rem ecclesiæ auxit. *Hist. Antiq.* p. 145.

nis *a* sacris addictus, qui *b* templis gentilium clausis, & nouis Christo dedicatis christianam rem insigniter auxit, vere Magnus ecclesiæ, licet, quod *c* alii putant, non itidem publicæ rei, qui dedicata *d* Constantinopoli exemplum dederit diuidendi imperii & deserendi Occidentis, & barbaros, *e* Gothis pace data, exceptisque *f* Sarmatis, in

A 5 ipsum

a Ita addictus a Maxentii bello christianis sacris fuit, vt pedetentim in illis proficeret, & demum sub vitæ finem Helenopoli perfectior catechumenus fieret, & breui post in Nicomediensi villa baptismo tingeretur. *Vales. in Euseb. Vit. Const.* 4. 61. *Spanhem. Introd. Hist. p.* 354.

b Oros. 7. 28. extr. & Euseb. Vit. Const. 3. 50. seqq.

c cum primis Zosimus 2. 33. & 34.

d Dedicatio facta anno imperii XXIIII qui Christianorum vulgaris erat CCCXXX. *Hieronym. Chron.*

e Eutropius 10. 4. 8.

f Sarmatas a seruis suos pulsos, amplius CCC millia hominum, in Thraciam & vicinas regiones excepit Constantinus. *Anonymus Valesii de Gest. Const.*

ipsum imperium armauerit, *a* limite etiam, extractis militibus, nudato. Huius mater Helena, religiosa mulier, *b* basilicam imposuit monti, ex quo in cœlum Saluator adscenderat, & alteram antro Bethlehemitico, in quo in lucem credebatur editus: etiam filius imperator sanctissimum *c* sepulcrum pari substructionem mole honorauit. Ecclesiæ vero felicitatem, quam ex optimo principe habebat, *Ariana* hæresis, ex *d* Aegypto latius in dies ser- [illegible] pens, [illegible]

a Hoc quoque Zosimus 2. 34. obiecit, quamquam, si verum est, non defuere caussæ Constantino, vel quod barbaros ita attriverat, vt nihil ab iis timeret: vel quod ad grauius bellum, Persicum forsan, militibus indigeret.

b Euseb. Vit. Const. 3. 41.

c Euseb. ibidem cap. 29. seqq. & hæc Ἀνάστασις & Μαρτύριον fuit vocata, pertinuitque a sepulcro ad crucis locum, immensis porticibus producta. Vnde in Chron. Alex. p. 666. dicitur ἐκκλησία τοῦ ἁγίου σταυροῦ. Vide H. Valesii epistolam de hac re.

d Lib. 2. c. 61. seqq. de vita Const. Arius autem fuit presbyter apud Alexandriam.

pens, non mediocriter interuertit, sed huic quoque malo obuiam iuit imperatoris pietas, & *a* CCCXVIII episcopis Niceam Bithyniæ conuocatis pristinam & apostolicam doctrinam restituit, simulque tempus celebrandi *b* paschatis, quod controuersum adhuc fuerat, concilii suffragiis definiuit. Verum ne sic quidem sedati motus sunt, quin grauius erumperent, & pius Athanasius, Alexandrinus *c* episcopus,

 ca-

a De numero episcoporum, qui Nicenæ synodo interfuerunt, non conuenit inter antiquos. Eusebio Vit. Const. 3. 8. fuere CCL; Eustachio Antiocheno circiter CCLXX; verum constantior fama est fuisse CCCXVIII. Ita Athanasius Epist. ad Africanos: Hilarius lib. contra Constantium: Hieronymus in Chron. & Gelasius Cyzic. cap. 7. quibus proxime accedit Sozomenus 1. 17. ἀμφὶ τριακόσιοι εἴκοσι. Adde Vales. in Euf. c. 1.

b Euseb. Vit. Const. 3. 18.

c In synodo Nicena nondum episcopus, sed ἀρχιδιάκονος Alexandrinæ ecclesiæ erat, *Gelas. Cyzic. c. 7. extr.* siue διάκονος, *Sozomen.* I 17. *extr.* Post synodum Alexandro mortuo & post tres menses etiam Achilla, successit in episcopatu. *Socrat.* 1. 15. *Sozom.* 2. 17. *Epiphan. hær.* 69. *p.* 737.

calumniis oneratus in *a* Treuiros Galliæ exsulatum mitteretur. Arius vero *b* pœnitentiam simulans in ecclesiam reductus fuisset, nisi diuina vindicta *b* intestinorum excussione imperatam receptionem anteuertisset.

Cum sic *d* vnum & triginta annos Constantinus imperasset, republica nouo modo in *e* quatuor præfecturas prætorii

a Socrate. I. 35. Sozom. 2. 28. extr.

b Socrates I. 26. litteras Arii ad imperatorem, quibus catholicam fidem simulabat, repræsentauit. Quid è quod etiam decretis Nicenæ fidei subscripsit & iureiurando simulatam sententiam confirmauit, *ibid.* c. 38.

c Socrates I. 38. Sozom. 2. 30.

d Tricesimum annum imperando excessisse, *Tricennalia*, quæ celebrauit, argumento sunt. *Hieronym. & Chron. Alexandr. p.* 667. Mortuus anno XXXI, *Eutrop.* 10. 4. *Hieronym. Chron. Socrat.* I. *extr.* Aliis anno XXXII. ut *Aur. Victor.* 41. Annus erat Christianorum CCCXXXVII.

e Quatuor præfectis prætorii curam imperii distribuit, Orientis, Macedoniæ, Italiæ ac Africæ, & Transalpinarum partium. *Zosim.* 2. 33. quod fundamentum est non so-

torii distributa, nouisque *a* legibus latis, vt ecclesiæ vna consuleretur; tandem in bellum *b* Persicum morturus, apud *c* Nicomediam, postquam *d* baptismatis lauacro tinctus fuerat, beatam animam efflauit, & filiis ita *e* diuisum imperium reliquit, vt CONSTANTINO Transalpinæ prouinciæ, CONSTANTIO Oriens, CONSTANTI I-

A 7 talia

solum politicæ prouinciarum diuisionis in Codice Theodosiano & Notitia imperii vtriusque; verum etiam ecclesiasticæ episcopatuum. Vide Pet. de Marca Dissert. de Patriarchatu.

a Exempli gratia, de crucis supplicio tollendo, de mancipiis Iudæorum christianis, de immunitatibus ecclesiarum, &c. Vid. Cod. Theod.

b Eutrop. 10. 3. Aur. Vict. 41. Hieronym. Chron.

c in villa publica, cui Achyronæ nomen erat, prope Nicomediam. *Aurel. Vict. & Hieronym. Chr.*

d quod suscepturus in Iordane erat, nisi fatum præuenisset. *Euseb. Vit. Const.* 4. 61. *Socr.* 1. 39. *Sozom.* 2. 34. *Hieronym. Chron.* Ergo fabula est a Siluestro Romæ baptizatum fuisse.

e Vide epitomen Victoris.

talia, Africa & Illyricum concederent. *a* DALMATIVS enim cæsar, Constantini fratre genitus, continuo militari factione exstinctus est, sicut post paullo Constantii iussu *b* HANNIBALIANVS,

a Delmatius siue Dalmatius (vtroque modo in nummis scribitur) cæsar dictus in tricennalibus Constantini, regendamque accepit *ripam Gothicam* secundum Excerpta Anonymi de gestis Constantini; aut potius *Mesopotamiam* secundum Chron. Alexandrinum; siue *Armeniam nationesque circumsocias*, secundum epitomen Victoris c. 61. Interfectus *confestim post patrui excessum, incertum quo suasore*, Aur. Vict. *Constantio sinente potius, quam iubente*, Eutrop. 10. 5. 2. aut potius *ἐπιβουλῇ, insidiis Constantii*, Zosim. 2. 40.

b Constantini M. duo fratres prole felices: Fl. Dalmatius Hannibalianus filiis Dalmatio cæsare & Hannibaliano rege; & Fl. Iulius Constantius filiis Gallo cæsare ex vxore Galla; ac Iuliano augusto ex Basilina. Iuniorem Hannibalianum Constantinus nobilissimi & patricii dignitate ornatum *Zosim.* 2. 39. tandem regem Ponticarum gentium constituit, data ei filia Constantia in matrimonium, & Cæsarea

Cap.

NVS, quem Ponti regem patruus Constantinus fecerat. Filium Constantinum, fratri *a* bellum inferentem, Constantis duces apud *b* Aquileiam oppresserunt, atque ita respublica ad duos augustos reducta est. Dum vero Constantius contra Saporem, Persarum regem, *c* male rem gerit, MAGNENTIVS, natione *d* Francus, tum duarum *e* legionum præfectus, Occiden-

Cappadociæ in sedem regiam. *Anonym. Valesii, & Chron. Alex. p.* 668. Ad hunc nummus pertinet, quem Sirmondus & du Fresne laudant, inscriptus FL. CL. HANNIBALIANO REGI. Occisus Constantii iussu a militibus, *Zosim.* 2. 40.

a Bellum de hereditate erat & limite partium, postulante Constantino, vt Constans partem Italiæ vel Africæ sibi concederet, aut noua diuisio prouinciarum institueretur. *Epit. Vict.* 61. *Zonar.* 13. 5.

b Eutrop. 10. 5. Epit. Vict. 61.

c Tria Constantii bella Persica, omnia infelicia. τρεῖς πολέμους Περσικοὺς ἀναδεξάμενος καὶ ἐν πᾶσιν ἐλασσωθείς, *Zosim.* 3. 31. 4.

d Epit. Victoris 64. *Ortus parentibus barbaris, qui Galliam inhabitant.*

e Zosimus 2. 42. 3.

dentis imperium inuadit, Constante apud *a* Helenam, Pyrenæo proximum castrum, interemto, postquam *b* tredecim ille annos augustus imperauerat: & *c* VETRANIO, magister militum, purpuram apud Mursam Pannoniæ inferioris sumit. Verum hic sine armis ad *d* priuatam vitam retractatus: ille cruentis prœliis cum Constantio, fratris vltore, apud *e* Mursam & Ticinum confligit, & rebus tandem exutus, *f* Lugduni mortem subit voluntariam, men-

a Eutrop. 10. 5. 4. & Epit. Vict. 62.

b Diu antea cæsar, sed XIII annis augustus, *Epit. Vict. & Hieronym. Chr.*

c Huius historiam Eutropius 10. 6. Zosimus 2. 43. persequuntur.

d quam grandæuus Prusæ in Bithynia exegit, postquam purpura exutus fuerat. *Zosim. 2. 44. extr.*

e Victus Magnentius ex Pannonia in Italiam se recepit, & apud Ticinum rursus acie certauit, *Epit. Victoris.* Interponit Had. Valesius lib. 1. Histor. Franc. p. 30. prœlium ad Longaricum, castellum Alpium Iuliarum; & addit vltimum in Gallia circa Montem Seleucum.

f Epit. Victoris 63. Eutrop. 10. 7.

mense imperii *a* quadragesimo secundo, quem paucis post diebus cæsar *b* DECENTIVS, frater eius, laqueo gula fracta, in Senonibus imitatus est. *c* NEPOTIANVS, Eutropia Constantini Maximi sorore genitus, paullo ante; & *d* SILVANVS biennio post Magnentii interitum, scenici imperatores, intra mensem vterque, ille Romæ, hic in colonia Agrippina oppressus fuit.

Sic Constantius cuncta paternæ ditio-

a Victoris Epitoma c. 63. cum qua Eutropio etiam conuenit, *imperii anno tertio, mense septimo* Magnentii dominationem finienti. 10. 7.

b Eutrop. c. l. Aurel. Victor. 42, eiusque Epitoma 64.

c Eutrop. 10. 6. 6. Epit. Vict. 63. Nummus apud Carol. du Fresne in Famil. Byz. p. 35. FL. POP. NEPOTIANVS P. F. AVG. Oppressus fuit a Magnentio. *Zosim.* 2. 43.

d Ammianus 15. 11. seqq. Epit. Vict. 64. Eutrop. 10. 7. 3. Fuerat magister militum per Galliam, Francus genere barbaro patre genitus.

tionis consecutus, neque *a* pietate, neque *b* clementia patrem æmulatur, sed ab Arianis in *c* partes adlectus, Athanasium, quem fratris *d* Constantis litteris

a Lege Athanasii ad solitat. vit. agentes epistolam, sub cuius finem non veretur *antichristum* Constantium adpellare, saltim ἀντιχρίστου εἰκόνα.

b Cetera non immitis princeps: in solos *Homousianos*, id est ab Ariana impietate abhorrentes acerbior & iniquus. Exemplum Athanasius c. l. ed. Commel. p. 635. proponit in Hadrianopolitanis, quos capite truncauit, quod fugientes ex Sardicensi concilio Arianos non receperant.

c Athanas. c. l. Sulp. Seuerus 2. 38.

d Athanasius, relegatus a Constantino patre in Gallias, restituitur altero post obitum eius mense a Constantino cæsare, vti ex huius ad Alexandrinos epistola apud Athanasium Apolog. I I. & Socrat. 2. 3. manifestum est. Indè Eusebianorum molitionibus rursus expulsus, Romam venit ad papam Iulium, qui ipsum contra Antiocheni concilii patres longa epistola (vide Apolog. Athanasiii II) defendit. Iterum Sardicensi concilio absolutus, Constantis ad fratrem Constantium litteris impetrauit, vt Constantius tribus illum

teris & *a* Sardicensi concilio permotus restituerat, denuo in *b* exsilium mittit, & *c* Sirmiensi synodo, qua Photinus damna-

illum epistolis Aquileia, vbi tum latitabat, in sedem pristinam reuocaret, quas litteras eidem apologiæ inseruit Athanasius.

a Concilium Sardicæ in Dacia Noua conuocatum fuit a Constantio & Constante fratribus augustis, teste Athanasio principio Apolog. II, quod contra Sulp. Seuerum notetur, qui id patri Constantino imperite 2. 36. imputauit. In hac synodo a CCC. circiter ex Occidente episcopis absolutus fuit Athanasius: orientales enim, Ariani omnes, secesserant ex concilio, vt supra prædiximus.

b Athanas. ad solit. vit. ag. Socrat. 2. 26. & Secom. 4. 9. a quo tempore Alexandriæ & in Ægypto occulte latuit vsque ad mortem Constantii. *Sozom.* 4, 10. & 5, 6.

c Photinus, Sirmii episcopus, ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν υἱὸν ἐδογμάτισε. *Socrat.* 2. 8. *extr.* negans eius, γένησίν τε καὶ ὕπαρξιν πρὸ αἰώνων. *Sozom.* 4. 6. Add. *Augustin. epist.* 112. *c* 7. contra quem synodus a Constantio, ibi commorante, congregata Photinum quidem damnauit, sed fidei tres formulas, Nicenæ contrarias, græce vnam, latine duas, composuit, *Socrat.* 2. 30.

damnatus eſt, & *a* Mediolanenſi, res Arianas mire adiuuit, & patres *b* Ariminenſis ac *c* Seleucienſis concilii minis ac fraude ſollicitauit, vt callidæ Arianorum formæ ſubſcriberent. Etiam Arimino Ariani *d* Nicen Thraciæ profecti,

a In Mediolanenſi concilio, qui ex oriente venerant epiſcopi, in Athanaſium acerbas ſententias dicebant, quos ceteri fere ſequebantur ἢ δέει, ἢ ἀπάτῃ, ἢ ἀγνοίᾳ τῶν ὄντων, reclamantibus Albenſi, Vercellenſi & Treuirenſi epiſcopis cum paucis aliis. *Sozom.* 4. 9. *Socrat.* 2. 30.

b Sciſſa hæc ſynodus fuit in catholicos & Arianos : illi Nicenam confeſſionem vrgebant, hi Sirmienſem. Catholicorum legati ad imperatorem, xx. numero, non admiſſi ſunt : & eiecti ſuis ſedibus, qui nollent ſubſcribere formulæ Arianæ. *Sozom.* 4. 17. *Socrat.* 2. 37. *ſeqq.*

c Seleuciæ, Iſauriæ ſiue Tracheæ Ciliciæ vrbe, eodem anno, quo Arimini occidentales, congregabantur epiſcopi orientis, & quamuis plurimi Ariani erant, tamen etiam in partes ſcindebantur, prævalentibus tandem Acacianis. *Socrat.* 2 39, 40.

d Hiſtoriam hanc ſcripſere Socrates 2. 37. & Sozomenus 4. 19. Νίκην Thraciæ, vt hi

fecti, confessione subdole facta, quasi Nicena Bithynica esset, imposuerunt imperitis. Sic totus *a* ingemuit orbis, & se Arianum esse miratus est.

Nec suis tantum motibus ecclesia ad exitium pæne adflicta fuit, sed hostes quoque externi accessere, quippe Constantius augustus, *b* GALLO cæsare pro-

hi vocant, memorat Ammianus 31. c. 31. inter Constantinopolim & Adrianopolim: & Itinerarium vetus, quod Hierosolymitanum vocant, p. 146.

a Hieronymi verba sunt adv. Luciferianos cap. 7. Erant autem Ariani non vnius generis, sed in sectas diuisi, Acacianos, Aëtianos & Eunomianos, singuli a suis auctoribus, Arii hæresin alio atque alio modo explicantibus, denominati, omnes hostes vocis ὁμοουσίου, pro qua alii ὁμοιουσίου substituere, alii abstinendum plane censebant ab οὐσίας vocabulo; pessimi qui ἀνόμοιον Dei Filium dicebant, inde ipsi *Anomœi* adpellati. Adi Epiphanium. Qui vero Athanasio sunt οἱ περὶ Εὐσέβιον, *Eusebiani*, Eusebium Nicomediensem, callidum tectumque Arianum, magnæque in palatio auctoritatis, sequebantur.

b Ammianus 14. ineunte: Eutrop. 10. 7. Fuerat autem cæsar per Orientem.

propter male facta enecato, fratrem eius, *a* IVLIANVM, cæsarem dixit, qui rebus ad *b* Argentoratum præclare gestis, & finibus imperii Romani recuperatis, *c* augusti honores in Gallia adsumsit, nec *d* adigi a Constantio potuit, vt ad officium & pristinos honores rediret, quem motum *e* mors Constantii diremit. Hic *f* defectione

a Iuliani genus supra pag. 14. indicatum. Patruelis erat Constantii.

b Ammianus 16. 29. seq. Eutrop. 10. 7.

c Ammianus 16. 34, Videri quidem voluit, se nolle hos honores, exercitus acclamatione oblatos: nec tamen inuitus retinuit.

d Constantius datis litteris præcepit Iuliano, vt *intra cæsaris se potestatem contineret*, Ammian. 20. 23. & *cæsaris potestatem sufficere Iuliano censebat*, ibidem c. 24.

e Ex bello Persico contra Iulianum copias educens moritur in itinere Constantius Mopsucrenis inter Ciliciam Cappadociamque, anno christiano CCCLXI, cum annos post patrem XXIIII. augustus imperasset. *Hieronym. Chron.*

f Ammianus 21. 4. *adhærere cultui Christiano fingebat, a quo iam pridem occulto desciuerat*, a philosophis Oedesii sectatoribus

ne ad gentium ritus grauis Christianis erat *a* templa deorum aperiens, & Iudæis permittens Hierosolymorum instaurationem, quamuis hæc *b* igni erumpente & terræ motu fuit impedita. Christianos autem non tam *c* suppliciis, quam *d* ereptis artium officinis

bus, quibus operam in Asia dederat, in impias opiniones deductus. *Eunap. in Max.*

a Idem Ammianus 22. 7. *Vbi adesse sibi liberum tempus faciundi, quæ vellet, aduertit, sui pectoris patefecit arcana, & planis absolutisque decretis aperiri templa, arisque hostias admoueri, & reparari deorum statuit cultum.*

b Ammianus. 23. ineunte : *globi flammarum prope fundamenta crebris adsultibus erumpentes fecere locum, exustis aliquoties operantibus, inaccessum.* Paullo aliter Nazianz. στηλιτ. 2. pag. III.

c Eutropius 10. 8, *nimius religionis Christianæ insectator, perinde tamen, vt cruore abstineret.* Si fusus sanguis, pagani & Iudæi fuderunt permittente magis Iuliano, quam imperante. *Philostorg.* 7. 4. adde *Godofred.* *p.* 286.

d Lege lata, τοὺς χριστιανοὺς ἑλληνικῆς παιδείας μετέχειν ἐκώλυε, Socrat. 3. 16. de qua Mar-

nis vexabat, *a* honorum ciuilium quoque aditu intercluso. Si quid dedisse Christianis visus est, id eo dedisse liquido constat, vt *b* antecessori derogaret; vel sectas *c* inter se committeret, quo intestinis se pugnis ac æmulatio-

¹ Marcellinus, & ipse paganus, lib. 25. 15. vere iudicat, *illud inclemens, quod docere vetuit magistros rhetoricos & grammaticos, Christianos.* Adde ipsius Iuliani epistolam 41. ad Iamblichum.

a Sozomen. 5. 15. Nazianz. orat. 1. ϛηλιτ. pag. 94. qua caussa etiam Valentinianum, postea imperatorem, Maximi philosophi delatione, *Zosim.* 4. 2. 3. relegatum fuisse Philostorgius 7. 7. Sozom. 6. 6. tradunt.

b Socrates 3. 11. ἔνθα διαβολή τις κατὰ Κωνσταντίου ἐγίνετο, προθυμότατα τοῖς χριστιανοῖς τὰς αἰτήσεις παρεῖχεν. Vnde est, quod multis exsulibus Constantii, & in his Athanasio redire licuit, qui vero mox grauiore edicto rursus eiectus, & deprecantibus Alexandrinis negatus fuit. *Iulian. epist.* 6. & 26. & 51.

c Ammianus 22. 7. *Dissidentes Christianorum antistites cum plebe discissa in palatium intromissos monebat, vt ciuilibus discor-*

ſationibus delerent. Sed cum euentum habuit ſiue clandeſtina ſiue aperta perſecutio, quem Athanaſius fugiens prædixerat, *a nubeculam eſſe, cito tranſituram.* Nam bello Perſico trans Tigrim circumuentus, cum vulnus ab *b* ignoto accepiſſet, *c* proxima nocte impuram animam in tabernaculo exhalauit, cum quinquennio cæſar in Galliis, a morte Conſtantii

 non-

diſcordiis conſopitis quiſque, nullo vetante, religioni ſuæ ſeruiret intrepidus. Quod ideo egit obſtinate, *vt diſſenſiones augeret licentia.* Adde Iuliani epiſt. 31, qua Aëtium hæreſiarcham reuocauit ex exſilio.

a Socrates 3. 14. νεφύδριον ἐστι καὶ παρέρχεται.

b Calumniatur Libanius, cum Chriſtianorum inſidiis Iulianum periiſſe ſcripſit, apud *Sozom.* 6. 1. quos ipſi milites Iuliani, a Chriſti ſacris alieni, excuſant, Eutropius 10. 8. *hoſtili manu*, & Marcellinus 25. 8. *incertum*, a quo percuſſus ſit, tradentes: & æqualis his Sex. Rufus c. 28. *ab hoſtium equite*, & Victor epitom. 27. *ab vno ex hoſtibus & quidem fugiente.* Chriſtianorum teſtimonia, ne ſuſpecta ſint, prætermitto.

c Amm. Marcell. 25. 11. Epit. Vict. 67.

a nondum biennio auguftus imperasſet. Aiunt vulneratum, ſparſo ad cœlum ſanguine, impiam vocem *b vicisti Galilae*, ediſſe, quod alii ad *c* ſolem, vt Perſarum deum, referunt, quem incuſans, *ſatiare*, inclamauerit. Orbati imperatore milites IOVIANVM legunt, qui pacem cum Perſis *d* neceſſariam magis, quam Romanis dignam fecit, traditis *e* prouinciis & *f* vrbibus aliquot

a Hieronym. Chron. & Gothofredus ad Philoſtorg. 7. extr.

b Theodoret. 3. 25. νενίκηκας Γαλιλαῖε. At Zonaras lib. 13. c. 13. Κορέσθητι Ναζωραῖε, *ſaturare Nazarene.*

c Philoſtorg. 7. extr. αἷμα πρὸς τὸν ἥλιον ἀπέῤῥανε διαῤῥήδην πρὸς αὐτὸν λέγων Κορέσθητι. Adde Sozom. 6. 2.

d Philoſtorg. lib. 8. ineunte: οὐ γὰρ ἦν ἄλλως διασωθῆναι. Adi etiam Eutropium, Marcellinum, & S. Rufum.

e Am. Marcellinus 25. 23. vocat *quinque regiones Transtigritanas*, quas Valeſius vult Perſarum reſpectu intelligendas eſſe, quod omnes fuerint Romanis citra Tigrin. *Meſopotamiæ partem* dicit Rufus c. 29. addit Zoſimus 3. 3. Ἀρμενίας τὸ πολὺ μέρος, *magnam partem Armeniæ.*

f In his Niſibis & Singara præcipuæ: in di-

aliquot munitis. Tunc grandi ruina paganorum superstitio, ab Iuliano adhuc stabilita, corruebat. Cum enim recusaret imperium, quod non conueniret, christianum se *a* gentilibus imperare; omnes vna voce clamauerunt, *b se christianos esse.* Decedens Persia, reuocatis *c* catholicis, quos Constantius & Iulianus proscripserant, & *d* bonis ecclesiæ, quæ ablata fuerant, restitutis, in Galatiæ finibus apud *e* Dadastanam diem suum obiit, vix octauo

 men-

ctis autem ad Tigrin prouinciis xv castella. *Ammian. & Zosim. c. l.*

a Socrat. 3. 22. βασιλεύειν ἀνθρώπων ἑλληνίζειν προαιρουμένων.

b ibidem, αὐτοὺς εἶναι χριστιανούς. Pluribus verbis descripsit Theodoretus 4. 1.

c In his referunt etiam Valentinianum, post paulo augustum. *Sozomen.* 6. 6. *Philostorg.* 8. 5. Quo tempore Athanasius quoque ad ecclesiam suam rediit, carus imprimis nouo imperatori ob puriorem doctrinam & pietatem. *Theodoret.* 4. 2.

d Philostorg. c. l.

e Dadastana in Bithyniæ Galatiæque confinio oppidum. *Socrat.* 2. 26.

mense imperii exacto. Post hunc VALENTINIANVS imperator *a* Niceæ in Bithynia creatus, cum Constantinopolim venisset, fratrem VALENTEM adsumit regni socium, vt *b* Orienti præesset, ipse Occidentis contentus prouinciis *c* Saxonum deinde ac Burgundionum victor in Sarmatas quoque & *d* Quados moturus, cum hostium legatos apud *e* Bregitionem audiret, *f* erumpente subito sangui-ne,

a Philostorgius 8. 8. Zosimus 3. extrem. Ammian. 30. 24.

b Zosimus 4. 2. 1.

c Orosius 7. 32. *Saxones in ipsis Francorum finibus oppressit: Burgundionum, nouorum hostium, nouum nomen.*

d Ammianus 30. 22. *Quadorum genere legati, pacem cum præteritorum oblitteratione suppliciter obsecrantes.*

e Oppidum Pannoniæ inferioris iuxta Danubii ripam, Βεϱγαίτιον Ptolemæo; fatale Valentiniano, *Ammian.* 30. 21. *Epit. Vict.* 76. Multis videtur Strigonium siue Graan esse.

f Sunt Marcellini verba 30, 23. ex Valesii emendatione. Hieronymus quoque epist. 3. *Valentinianus vomitu sanguinis exstinctus est.*

-ne, vitalique via & voce obſtructa, labi cœpit, exceptusque a miniſtris ſtatim exſpirauit, XII annorum imperator. Valens ſecundo imperii anno *a* PROCOPIVM tyrannum vincit in *b* Phrygia Salutari; mox hæreſin *c* Arianam inlapſus orthodoxos premit, etiam paganos *d* philoſophos, ſub Iuliano elatiores factos, partim ſupplicio tollit, partim multat exſilio: tandem a *e* Gothis ipſe acie victus, in

B 3 tugu-

a Philoſtorg. 9, 5. Zoſim. 4. 4. ſeq.

b Hieronym. chron. *Procopius, qui apud Conſtantinopolim tyrannidem inuaſerat, apud Phrygiam Salutarem exſtinctus eſt.* Ad Thyatira Lydiæ victus prœlio: ſed Nacoleæ in Salutari Phrygia captus eſt. *Zoſim.* 4. 7.

c Hieronymus ad XIII imperii annum: *Valens ab Eudoxio Arianorum epiſcopo baptizatus noſtros perſequitur.* Paullinus Nolanus epiſt. 26. c. 11. *Tempore Valentis eccleſiam furor Arianorum, rege ipſo impietatis ſatellite, perſequebatur.*

d in his præcipue Maximum, cariſſimum Iuliano. *Zoſim.* 4. 15. *Eunap. in Max.*

e Eutropio *Gothicus* appellatus, quia tres expeditiones in Gothos, Procopii tyranni

quon-

tugurio, quo saucius confugerat, igne circumiecto *a* combustus creditur. Valentiniano successit filius GRATIANVS, Alamannorum ad *b* Argentariam victor, iam tum viuo parente octo annos imperii consors & *c* augustæ dignitatis; a morte illius cum fratre *d* puero VALENTINIANO II, rector

quondam socios, sed omnes infructuosas fecerat. *Ammian.* 27. 7. *seqq.* quarta tandem occubuit. *Idem* 31, 38. *seq.*

a Variæ de Valentis morte sententiæ. Sunt qui acie cecidisse, alii palude haustum esse tradiderunt, alii denique casæ incendio periisse. Caussa dissensus, quod *nec postea repertus est usquam.* Ammian. c. l.

b Andr. Schotto in Victoris Epit. 72. est oppidum Galliæ *Argenton* in agro Lemonicum: At Valesio ad Ammian. 31. 27. vrbs primæ Germaniæ in Triboccis, non quidem *Colmar*, vt Cluuerius interpretatur; sed *Arburg*, cuius parietinæ visuntur; Hieronymus scribit *Argentuariam*.

c non cæsar, sed augustus creatus apud Ambianos. *Ammian.* 27. 13. *Hieronym. chron.*

d quadrimus erat Valentinianus iunior, cum fratre apud Treuiros absente, augustus in castris adpellaretur sexto post obitum parentis die. *Ammian.* 30. *extrem.*

rector Occidentis, defuncto autem Valente THEODOSIVM *a* collegam præfecit Orienti, qui *b* barbaris ex Thracia eiectis *c* MAXIMVM, Gratiani interfectorem, debellauit ad *d* Aquileiam, eiusque filium *d* VICTOREM, & ipsum imperii participem, in Galliis, vbi relictus a patre fuerat,

a Theodosius, Theodosii magistri militum filius, genere Hispanus, a Gratiano apud Sirmium creatur imperator, & præficitur orienti. *Pacatus Panegyr. & Epit. Vict.*

b Gothis, Taifalis, aliis, a Valente receptis. *Zosim.* 4. 25.

c Magnus Maximus, qui Gratianum in Parisiis victum, circa Lugdunum interfecerat, se quinquennium pro augusto gessit. Sulp. Severo Vit. Mart. c. 20. *imperator* dictus, & in nummo apud Patinum D. N. MAG. MAXIMVS P. F. AVG. Adde Zosim. 4. 35. Gratianus VIII annos cum patre: totidem post mortem illius imperauerat.

d Idem Zosim. 4. 46.

e Epit. Vict. 74. *intra infantiæ annos a Maximo patre augustus factus.* Nummus Patini D. N. FL. VICTOR P. F. AVG.

interfecit. Valentiniano quoque II apud Viennam occiso *a* suorum fraude, *b* mirandaque ope superato *c* EVGENIO, qui in illius locum successerat; Occidente etiam potitur Theodosius.

a Arbogastis maxime, magistri militum, qui Eugenium, ipse sibi diffisus & suo generi, in augustum fastigium euexit. *Zosim.* 7. 53. *seq. Philostorg.* 11. 1.

b Commissum prœlium cum Eugenio sub Alpibus Iuliis Aquileiam versus, ad flumen Frigidum, vbi orando magis, quam feriendo pugnauit Theodosius, *Augustin. C. D.* 5. 26. Miraculum etiam Claudianus quamlibet paganus homo, fatetur III. Cons. Hon. v. 93.

-- gelidis aquilo de monte procellis
Obruit aduersas acies, reuolutaque tela
Vertit in auctores, & turbine reppulit hastas.
O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris
Æolus armatas hiemes, cui militat æther.

Pugnatum VIII idus Septembres. *Socrat.* 5. 25.

c Eugenius ex professore rhetorices magister scriniorum & tandem imperator, *Zosim.* 4. 54. *Socrat.* 5. 25. In inscriptione Romana consules notantur THEODOSIVS

dosius, quamquam frui illo non potuit, *a* quinto post victoriam mense Mediolani exstinctus: princeps felix atque pius adeo, vt sacris ab *b* Ambrosio exclusus, cum grauior in *c* Thessalonicenses fuisset, *d* æquo animo ec-

B 5 clesiæ

SIVS III ET EVG. P. N. quod Sirmondus interpretatur *Eugenius princeps noster*, ad Sidonii panegyr. Auito dictum pag. 127. Periit tyrannidis mense IIII supra biennium.

a Victus Eugenius VIII idus Septembres: mortuus Theodosius XVI. Kal. Februarias, anno imperii XVI; christianæ ætæ CCCXCV. *Socrat.* 5. 25. 26.

b Templo prohibitus ecclesiæ Mediolanensis, cuius Ambrosius episcopus fuit.

c Thessalonicenses magistrum militum per Illyricum tumultu occiderant, quod captiuum aurigam, quo in ludis vsuri erant, noluisset soluere. *Sozomen.* 7, 25.

d Vide *Sozomen.* c. l. & Augustinum Civ. Dei 5. 26. Agnouit enim atrocitatem, ex ira præcipiti ortam; ideoque legem tulit, vt XXX dies inter seueriorem damnationem & supplicium intercedant, quæ lex est: *Si vindicari in aliquos seuerius*, in vtroque Codice, vt Iac. Gothofredus contra vul-

clesiæ leges & episcopi disciplinam perferret. Pacatam rempublicam filiis ARCADIO & HONORIO, iam tum viuo patre *a* augustis, reliquit, qui ita demum diuisam tenent, vt *b* nunquam rursus coaluerit. Horum enim *c* pueritia & perfidia *d* tutorum euenit, vt *e* barbaræ gentes Romanum imperium lacerarent, quædam etiam

gatam subscriptionem probauit ad Cod. Theod. Tom. 3. p. 306.

a Quinto patris anno Arcadius augustus adpellatus: Honorius post defectionem Eugenii & Arbogastis *Socrat.* 5. 10. & 25.

b Diuisiones Diocletiani coaluerunt in Constantino: Constantini filiorum in Constantio: Valentini & Valentis post xxx annos in Theodosio. Ab huius morte Oriens cum Occidente nunquam coniungi potuit.

c Patre moriente Arcadius annum XVII; Honorius XI agebat: vterque mire stupidus, & ministrorum seruus Zosimus, 5. 12. de Eutropio; κυρεύων Ἀρκαδίου καθάπερ βοσκήματος.

d Hi erant in Occidente Stilico: in Oriente Rufinus, & eo sublato Eutropius. *Zosim.*

e Gothi, Vandali, Hunni, Franci, alii, quos enumerat Hieronymus epist. 3. & II.

etiam sedem in illo sibi figerent, nec Italia aut ipsa Roma immunis esset a vexatione, vt sequenti sæculo ostendemus.

Ecclesiæ statum sub Constantino & filiis exposuimus: addo turbas *a* *Donatistarum* in Africa, persimiles Novatianorum superbiæ. Theodosio imperante concilium *b* Constantinopoli congregatum, Nicena fide confirmata, *c* Macedonium πνευματομάχον con-

B 6

a Donatus Casis Nigris in Numidia episcopus cum factione sua Cæcilianum, Carthaginiensem episcopum, quasi indignum sacerdotio, deturbauit, nec Constantinus, conuocatis Romæ & Arelati conciliis, schisma potuit componere. Incessit factionem opinio sanctitatis & perfectionis, in sola Africa apud Donatistas esse ecclesiam, ideoque catholicos rebaptizandos. Adi, præter Optati & Augustini opera, Henr. Valesii dissert. de Schismate Donatistar.

b Oecumenicum II, anno Theodosii II, natalis Dominici CCCLXXX, patribus conuocatis CLXXX.

c Macedonius, episcopus Constantinopolitanus, Spiritum S. διάκονον καὶ ὑπηρέτην dixit

condemnauit, *a* Symbolo adiectis verbis, quæ illam hæresin confutarent. *b* Ariani etiam, qui creuerant sub imperio Valentis, a principe recte sentiente in angustias cogebantur. Habuit enim post Athanasium egregios alios doctores ecclesia, *c* Hilarium, *d* Basilium, *e* Cyrillum, *f* Epiphanium, Nysse-

dixit. *Sozom.* 4. 17. Eiectus successorem habuit Eudoxium, Arianorum principem. *ibidem cap.* 26.

a Quæ Apostolico Symbolo de Spiritu S. adiecta verba sunt, non in Nicena, sed Constantinopolitana synodo sunt addita.

b Socrat. 5. 10. Sozomen. 7. 14. & 17.

c Hilarius, Pictauiensis episcopus, adsertor Nicenæ fidei in Occidente sub Constantio & Iuliano. *Socrat.* 3. 10. *Sozom.* 5. 13.

d Basilius, cognomine Magnus, Cæsareæ in Cappadocia episcopus, frater Gregorii, Nysseni in eadem Cappadocia episcopi.

e Cyrillus antistes Hierosolymitanus, ab Acacianis depositus; rursus in ecclesiam restitutus. *Sozom.* 4. 25.

f Epiphanius Constantiæ in Cypro, quæ ciuitas Salamis est, episcopus, ebraice etiam, supra temporum suorum consuetudinem, doctus.

Nyssenum & Nazianzenum Gregorios, & vergente sæculo a Ambrosium, b Ioannem Chrysostomum, c Hieronymum, ac florere incipientem Augustinum. Huc quoque Papatus quædam pertinent initia, d Siricio pontifice sacerdotum coniugium damnante, a e Paphnucio in Nicena synodo fortissime defensum: accessit Hieronymi suffragium, optimi cetera doctoris, sed in cælibatus laude nimii & vehementis. Honor etiam reliquiis mar-

a de Ambrosio, Mediolanensi præsule, supra dictum pag. 33.

b Ioannes Constantinopolitanus præsul, propter eloquentiam dictus χρυσόστομος, ab Eudoxia augusta, Arcadii vxore, quam liberius pro concione castigauerat, semel iterumque expulsus. *Zosim.* 5. 23.

c Senectutem Bethlehemi peregit, vbi moritur anno ætatis XCI, Christianorum CCCCXX. *Prosper. chron.*

d Epistola ad Himmerium, vide Chamieri Panstr. Tom. 3. lib. 16. c. 14.

e Socrat. l. I. Sozomen. l. 2. 3. Gelasius Nic. Syn. lib. 2. c. 33. Socratem, vt antiquiorem ceteris, contra multorum in hac caussa calumnias tuetur Chamier c. l. cap. 10.

martyrum non indigne habitus, sensim in cultum & venerationem processit: & panegyricis *a* orationibus Nysseni, Basilii, Nazianzeni & aequalium prima quasi via ad Sanctorum invocationem parata fuit, dum, quod illi fecerant eloquentiae studio, imperitis errandi fuit occasio.

SAECVLVM V.
CHRISTIANORVM.

MOrtuo Theodosio ARCADIVS, Orienti imperans, aegre prouincias contra barbaros descendit, *b* Chrysostomum in exsilium pellit, restituit, iterum expellit: HONORIVS Occidenti praeest infelix imperator, siquidem

a Crebra nempe ad defunctos facta apostrophe, oratoria figura, quamquam saepe sub conditione dixerunt εἴ τις σοὶ λόγος *si quis sensus tibi & cognitio rerum humanarum est*, aut simili modo. Adi Spanhem. Hist. eccl. p. 388.

b De Chrysostomi exsilio, eiusque caussa praediximus pag. praeced.

dem eo regnante, aut potius socero *a* Stilicone, *b* Gothi non solam Pannoniam, vt antea factum erat, aut *c* Græciam etiam, quæ ad Arcadii regnum pertinebat, sed ipsam quoque Italiam *d Alarico* duce vastant, Ro-

a Stilico magister militiæ sub Theodosio, eoque mortuo tutor & rector Honorii; postea etiam bis socer, vtraque filia, Maria primum, & post mortem eius Thermantia, immaturis quamquam nuptiis, imperatori iuncta, vrgente has nuptias Serena Stiliconis vxore, Honorii, qui frater Theodosii M. erat, filia *Zosim* 5. 28.

b Visigothi siue VVestrogothi, iam tum in patria sua ab Ostrogothis distincti. *Grot. in Vandal. Prolegom. p.* 44.

c Zosimus 5. 6. Athenas religione contra Alaricum defensas esse, Minerua propugnante, prodidit, quod falsum esse ad eundem locum notauimus.

d Alaricus; socius Theodosii Magni in bello contra Eugenium, ægre ferens nullos sibi a filiis honores haberi, negarique expetitam pro suis sedem ac stipendium; vtriusque regionem ferro ignique vastauit instigatus ab Rufino, &, vt plures censent, etiam a Stilicone, illo sibi, hoc filio

a Romam capiunt, b ATTALVM imperatorem imponunt, quem ipsi mox deiiciunt, Honorio interea Rauennæ latitante: hinc Galliam inuadunt, c Vandali cum Alanis Hispaniam occupant, vt nunc demum Romanum imperium, quod semper amissa recuperauerat, barbarorum præda fieret, & in dies minueretur. Accedebant interna mala, defectiones ducum, qui purpuram sibi sumserunt, d CONSTANTINI cum filio

CON-

ſio suo ex his turbis regnum paraturo. *Zosim.* 5, 5. & 7. *Oros.* 7. 38.

a Bis Alaricus obsedit Romam: tandem portu capto frumentoque auerso ad deditionem adegit *Zosim.* 5. 39. & *lib.* 6. 6.

b Attalus fuerat præfectus vrbis, ὕπαρχος τῆς πόλεως, *Zosim.* 6. 7. quem laudat Symmachus *lib.* 7. *ep.* 54. & 113. fit imperator anno christiano CCCCIX. Deiectus solio, apud Alaricum eiusque successorem manet in Galliis, a cuius morte traditus Honorio, in insulam Liparam, digitis duobus amputatis, relegatur. *Philostorg.* 12, 5.

c Procopius Vandal. lib. 1. c. 3.

d Zosimus 6. 2. & seq. Tenuit autem Transalpinas prouincias, quemadmodum etiam, qui sequuntur, tyranni.

a CONSTANTE, quem cæſarem dixerat, *b* IOVINI & SEBASTIANI fratrum, & *c* aliorum, quamquam ſinguli, ſuperſtite Honorio, vel ab Romanis oppreſſi, vel a ſuis necati ſunt. Arcadio poſt *d* XIIII annos imperii defuncto filius ſufficitur THEODOSIVS II, quadraginta & trium annorum in Oriente imperator, qui Epheſi ſynodum contra *e* Neſtorii impietatem con-

a Hiſpaniæ præfuit cæſar, *Zoſim.* 6. 4. tandem auguſtus declaratus a patre. *Idem* 6. 13.

b *Philoſtorg.* 12. 6. Sebaſtianus autem fratri Iouino iam interfecto ſucceſſit.

c vt Marci & Gratiani ante Conſtantinum in Britannia rebellantium, *Zoſim.* 6. 2. *Olympiodor. apud Photium cod.* 80. & alius poſt Sebaſtianum, cuius nomen intercidit apud Philoſtorgium c. l.

d XIIII. annos ſolus imperauerat: XIII cum patre: mortuus chriſtiano anno CCCCVIII, vitæ ſuæ XXXI, relicto filio octenni Theodoſio. *Socrat. lib.* 6. *c. vlt.*

e Neſtorius Germanicianus Syrus, ex Antiochena eccleſia in Conſtantinopolitanum epiſcopatum vocatus dixit ἄλλον μὲν εἶναι τὸν τοῦ θεοῦ υἱὸν καὶ λόγον, ἄλλον δὲ τὸν

χριστὸν

congregauit. Honorius receptam a Gothis *a* Placidiam fororem *b* CONSTANTIO patricio fecundis nuptiis coniungit, quem, vrgente illa, focium imperii adfumit; fed breui poft deceffurum; eiusque ex Placidia filium, antequam in focietatem veniret, fufceptum, *c* Nobiliffimi honoribus ornat. Hic VALENTINIANVS III eft, Ho-

norii

χριςὸν θεὸν εἰ υἱοποιηθέντα, καὶ χάριτι θεωθέντα, ideoque conftanter negauit, Mariam θεοτόκον effe. *Zonar.* 13. 22.

a Placidia, a Gothis capta, inuita tandem nupfit Ataulfo, Alarici fucceffori, eoque exftincto reddita fuit fratri vna cum Attalo. *Philoftorg.* 12. 4. *Olympiodor. apud Photium p.* 104.

b Conftantinus erat magifter militum, cum Placidiam vxorem duceret, & Valentinianum III ex illa generaret. Poft ea, VI menfibus imperii focius, vita exceffit. *Philoftorg.* 12. 10.

c Imperatorem filiis & agnatis hæc dignitas collata, antequam cæfares fierent: fæpe etiam coniungitur cum dignitate cæfaris, vti ex nummis adparet NOB. CAES. infcriptionem habentibus.

norii sororis filius atque *a* successor qui cæsar *b* IOANNEM tyrannum oppressit, eoque sublato *c* augustus a Theodosio adpellatus est, cum vix VII ætatis annum expleuisset. Quo imperante *d* Africa amissa fuit & *e* Britannia;

a Mortuus Honorius anno christ. CCCCXXIII. cum paullo ante sororem cum filio expulerat, qui Constantinopolim ad Theodosium fugerunt. *Prosper chron.*

b Ioannes mortuo Honorio imperium inuasit, de quo inscriptionis verba CONSVLATV IOANNIS AVG. apud Sirmondum sunt in Sidon. p. 127. Erat Primicerius notariorum, cum purpuram Rauennæ sumeret, ibidemque captus imperii mense duodeuicesimo, & Aquileiæ iussu Placidiæ augustæ interfectus fuit. *Socrat.* 7. 23. add. *Vales. Hist. Fr. l.* 3. *p.* 123.

c Socrates 7. 24. Regebatur autem puer a matre Placidia, cui Theodosius φροντίδα τῶν πραγμάτων ἐπέτρεψε, *rerum administrationem commiserat.* ibidem.

d Procop. Vandal. 1. cap. 3.

e Angli, Saxonum ad Albim vicini, in auxilium a Britonibus vocati, hostibus se coniungunt, eosque subigunt, quibus auxilio profecti fuerant. *Beda Hist. Angl. lib.* I. *c.* 5.

tannia, Vandalis illam, Hispania relicta; hanc Anglis inuadentibus; & Gallia ita *a* a Francis occupata, vt post hæc nunquam deseruerint. Nec sola hæc calamitas erat, verùm *b* *Attila* rex Hunnorum, ex Pannonia per Cattos & Bructeros in Galliam incurrens; nobilissimis *c* vrbibus euersis, ab Aëtio

a Sæpe quidem excursiones in Galliam fecerant, nunc autem domicilium in ea figunt. Adi Vales. Hist. Fr. lib. 3. & Boxhorn. Hist. Vniv. p. 324.

b De Attila copiose scripsit Iornandes Getic. 35. Caussa belli fertur *Honoria*, Placidiæ ex Constantio filia, soror Valentiniani, fuisse, quæ nuptiarum & dimidii regni conditione Attilam sollicitauerit, quod cum negasset Valentinianus, repulsæ vindictam suscepisse barbarum. *Ibid. c.* 42.

c Had. Valesius Hist. Fr. lib. 4. p. 159. nominatim recenset Augustam Treuirorum, Diuodurum Mediomatricorum, Durocortorum Remorum, Augustobonam Tricassium, Antissiodorum, & quidquid inter Rhenum & Ligerim interiacet. Fractus primum impetus ad Aurelianos, *Greg. Turon.* 2, 7. *Sidon. l.* 8. *ep.* 15. vehementius concussus prœlio in campis Catalaunicis, Aëtio, Romanæ mili-

tio quidem, militiæ magistro, & *a* sociis, in *b* Catalaunicis campis victus fuit & in Pannoniam repulsus: viribus autem celeriter reparatis altero anno maiore exercitu Alpes Iulias perrupit, *c* Aquileiam, Mediolanum, Ticinum vastauit, & Italiam omnem terroribus impleuit. Tunc Venetæ regionis & vicinarum *d* coloni in insu-

militiæ magistro victore. *Iornand. Get. c.* 38 & 40. Gesta hæc anno CCCCLI.

a Meroueo rege Francorum, & Theodorico Visigothorum, qui prœlio illo occisus fuit, *Greg. Tur.* 2, 7. *Vales. chron.* & *Iornand. c.* 40.

b Catalauni oppidum Galliæ Belgicæ, nunc *Chalons* ad Matronam in Campania. Iisdem campis Aurelianus Tetricum deuicerat, *Eutrop.* 9. 9. De Hunnorum clade Iornandes scripsit *Get. c.* 37. & 40.

c Iornandes ibidem cap. 42. Adde Valesium lib. 4. H. Fr. p. 166. seq.

d Constantinus Porphyrogennetus in præceptis de regendo imperio nominat Aquileiam, Concordiam, Iustinianam, Castrum Nonum; addi possunt Altinum, Patauium, Opitergium; quarum incolæ in insulas refugerunt. Hinc Cassiodorus quinquaginta circiter annis post Attilam, lib. 15.

insulas maris Adriatici refugiunt, & loci fiducia & opportunitate illecti sedem ibi rerum suarum constituunt, quæ origo est vrbis potentissimæ Venetiarum. Valentinianus *a* adulteriis infamis, cùm *b* XXI annos imperasset, interfectus est auctore *c* MAXIMO, qui & imperium eius & matrimonium inuasit. Augusta (Eudoxia erat, Theodosii minoris filia) vt se a Maximo vindicaret, *Geisericum*, Vandalorum regem *d* euocauit, qui Romam *e* iterum cepit, & omnibus diuitiis spoliavit,

15. epist. 24. insulas has Cycladibus comparans, more aquatilium vimineis casulis habitari a mercatoribus, scripsit.

a Procop. Vandal. 1. 4.

b Periit enim anno CCCCLV.

c Maximus senator Romanus, qui iniuriis & stupris Valentiniani commotus fuit ad cædem faciendam. *Procop. c. l. Euagr. 2. 7.*

d Vandali tum Carthagine in Africa habebant regiam sedem: & Geisericus secundus ibidem ex hac gente regnabat. Vide Tab. regum Vandal.

e postquam ab Alarico Gotho primum fuerat capta. Historiam hanc persequitur Procopius c. l. cap. 5.

vit, quo tumultu ipſe Maximus, vix trimeſtris tyrannus, occiſus ac membratim diſcerptus fuit. Reuertens Geiſericus *a* Eudoxiam cum filiabus in Africam abducit, earumque alteram, cui Eudociæ nomen erat, Hunerico filio ſuo vxorem dat; alteram Placidiam, quæ Olybrio, rerum poſtea potito nupſit, Leoni auguſto cum matre Conſtantinopolim remiſit. Lætus ſucceſſu rerum Siciliam quoque & Sardiniam ſubegit; *a* Illyrici atque Achaiæ litora inſulasque circumiectas prædando infeſtans, Græcorum claſſe, quæ contra venerat, immiſſis ignibus deleta. Sic vndique victor Geiſericus, Vandalicum regnum, cuius caput Carthago erat, *Hunerico* filio reliquit,

a Hanc quoque, & quæ ſubſequitur, hiſtoriam ex Procopio c. l. habemus. Adde Euagrium 2. cap. 7.

b Idem Procopius c. l. Memorabile eſt, quod de eodem ſub finem cap. 5. addit, cum e Carthaginis portu ſoluens a nauta interrogaretur, quo curſum intendi vellet, reſpondiſſe, ἐφ' ὄυς ὁ θεὸς ὤργισται, *in eos, quibus iratus eſt Deus.*

quit, qui catholicos in Africa (nam Ariani sunt Vandali) *a* crudelissime vexavit. Ab eo tempore *b* Aëtio exstincto, in dies ita concidit Occidentis imperium, vt per annos CCCXLV iaceret, nec erigi ante potuerit, quam virtus Francorum subueniret. Nam qui Valentiniano successere, nouem principes vsque ad Odoacrem, intra annos XXII mortui omnes aut expulsi, *c* reges Italiæ magis, quam imperatores fuerunt, amissis pæne cunctis prouinciis, ac per Vandalorum latrocinia ne ipsa quidem Italia satis pacata & secura. De Petronio MAXIMO, qui Valentinianum occidit, supra diximus

a Persecutionem hanc scripsit Euagrius Hist. Eccles. 4. 14.

b Aëtius magister militum fortissimus, qui Attilam in Catalaunicis campis vicerat, suspectus Valentiniano III. propter potentiam, ab eoque trucidatus in palatio. *Iornand. Get.* 40, *Procop. Vand.* 1. 4.

c Sic Cassiodorus chron. Constantino & Rufo coss. *His coss.* inquit, *Maiorianus Italiæ suscepit imperium.* Italiæ dicit, non Occidentis.

mus. Hunc *a* AVITVS in Gallia excepit, socer Sidonii Appollinaris, post XVIII imperii menses episcopus *b* Placentinus. *c* MAIORIANIVS autem, Theodorici Vesigothi victor, videtur plus ausurus fuisse, si per fata licuisset, quarto anno *d* Ricimeris fraude apud Dertonam interfectus. Nec diutius rebus SEVERVS præfuit, in palatio Romæ *e* fataliter vita defunctus.

C ANTHE-

a Sidonius panegyrico. De consulatu eius disputat Sirmondus ad Sidon. p. 126.

b Captus fuerat a Ricimere, magistro *militum*, apud Placentiam, & imperium deponere coactus; *Cassiod. chron.* eiusdemque vrbis factus episcopus, *Greg. Turon.* 2. 11. & *Marius* in chron. quos Euagrio 2, 7. dissentienti opponit Valesius.

c Maioriano etiam panegyricum dixit Sidonius. Fit imperator eodem anno, quo Leo in oriente successit Marciano, nempe CCCCLVII. *Cassiodor.*

d Cassiodorus in chronico: *Maiorianus immissione Ricimeris exstinguitur, cui Seuerum, natione Lucanum, Rauennæ succedere fecit.*

e Cassiodorus c. l. *beneno* dicit *peremptum* Rici-

a ANTHEMIVS Hunnorum, cum magister militum esset, apud *b* Sardicam victor, post biennii interregnum imperator, a Ricimere genere suo deturbatur, ipse gener Leonis in Oriente imperatoris. *c* OLYBRIVS gener Valentiniani, ab eodem Ricimere suffectus, VII imperii mense vitam peregit, cuius successor *d* GLYCERIVS, ab Iulio Nepote deiectus hoc solatium calamitatis habuit, quod apud Salonas Dalmatiæ,

Ricimeris fraude: sed Sidonius panegyr. Anthemii v. 317.

Auxerat augustus naturæ lege Seuerus Diuorum numerum.

a cui etiam panegyricum dixit Sidonius. Hunc Leo augustus dedit Italis nominatim poscentibus. *Cassiodor.* adde *Vales. p.* 203.

b Hoc prœlium Sidonius scripsit paneg. Anthem. a versu 236. Sardicam & ipse nominat. v. 274.

c Procopius Vand. lib. 1. cap. 5. Cassiod. c. l.

d Eodem anno fit imperator, quo Leo minor ab auo fit imperator, imperator quo Leo minor ab auo creatur augustus: sequenti deiicitur. *Cassiodor.*

matiæ, cuius vrbis nunc *a* episcopus erat, eundem NEPOTEM, quem *b* Orestes fugauerat, insidiis captum occisumque vidit. Orestem *c Odoacer*, Scirorum dux & Erulorum, ad Ticinum acie victum, apud Placentiam interfecit: filio autem *d* ROMVLO augustulo, ætatem pueri miseratus, imperio abrogato, vitam conseruauit, in quo imperatoris nomen in Occidente anno humanæ salutis CCCCLXXXVI desiit,

post

a Euagrius 2. 16. Iornandes de successf. regn.

b Orestes, magister militum, imperium eripuit Nepoti, non autem ipse sibi sumsit, sed filio Romulo dedit, quem propter ætatem *augustulum* adpellarunt *Cassiodor. chr. & Procop. principio Gothic.*

c Odoacer Scirorum & Erulorum, Scythicarum gentium duo, non Rugorum, vt vulgo dicitur, quia cum Rugis ipse bellum gessit. *Cassiodor. & Procop. c. l.*

d Vulgo *Momyllum* vocant ex corruptis Euagrii 2. 16. libris, vbi Rob. Stephanus etiam Μωμύλλος edidit, sed Valesius Ρωμύλλος. Nummus eius ita inscriptus est ROMVLVS AVGVSTVS P. F. AVG. Auspicatis nominibus ergo maximus, minimus fortuna fuit.

post tria demum sæcula a Francis seu Germanis restituendum.

Interea Theodosio II MARCIANVS successerat, ex milite & Geiserici *a* captiuo imperator Orientis, sub quo Chalcedonensis synodus *b* Eutychianam hæresin damnauit, *c* repetitis quæ Niceæ, Ephesi, & Constantinopoli contra Arium, Macedonium & Nestorium decreta fuerant. Marcianum excepit LEO, *d* infelix Vandalico bello; nunc *e* LEO II, illius ex Ariadne filia nepos; aut huius potius pater ZENO Isau-

a Liberatus e custodia miro omine, aquila aliis dormientem regente. *Procop. Vand.* 1. c. 4.

b Euagrius 2. 4. Eutychiani σύγχυσιν καὶ κρᾶσιν εἰσάγοντες, καὶ μίαν εἶναι τὴν φύσιν τῆς σαρκὸς καὶ τῆς θεότητος ἀνοητῶς ἀναπλάττοντες.

c Euagrius ibidem.

d Procopius Vandal. 1. 6. scripsit illud bellum. Postea Zeno pacem fecit, quam seruarunt Anastasius & Iustinus: sub Iustiniano rupta. *Idem Vand.* 1. 7.

e Zonaras 14. c. 2. Altero anno moritur, patrem relinquens successorem.

Isauricus, [a] animo & corpore fœdissimus homo, quo [b] concitante Theodoricus, Ostrogothorum rex, in Italiam ex Illyrico profectus, Odoacrem, augustuli imperatoris victorem ad [c] Isontium Carnorum fluuium vicit, & altero prœlio ad Veronam debellauit. Ex hoc tempore reges Italia ex Gothorum gente habuit, ab Iustiniano tandem graui bello deiiciendos. Zenonem [d] BASILISCVS, frater [e] Verinæ augustæ, fugauit, qui quod melior expulso non esset, adhæc Eutychianus; restitutus

C 3 Zeno,

a Zonaras c. l. αἴσχιστος τὴν μορφὴν καὶ τὴν ψυχὴν γεγονώς.

b Procopius Gothic. lib. 1. cap. 1.

c Cassiodorus in chron. vtrumque prœlium memorauit. Flumen alii *Sontium* vocant.

d Basilisci tyranni historiam Procopius habet Vandal. 1. 7. & Zonaras 14. 2. Post anni vnius & octo mensium dominationem relegatus in Cappadociam, fame & frigoribus (nam hieme eiiciebatur) miserrime periit.

e Verina Leonis Magni vidua, socrus Zenonis, *Zonar. c. l.*

Zeno, *a* exitum tandem vita sua non indignum fertur habuisse. Qui successit ANASTASIVS, *b* Δίκορος cognomine, itidem in sectam συγχυτικῶν propendens, *c* Bulgarorum primus incursiones expertus est, qui, Thraciam & Illyrici partes peruagati, in Mœsia inferiore sedem fixerunt. Eadem tempestate cum Anastasius Orientem, Theodoricus Italiam teneret, ***Clodoueus***, quintus in Gallia Francorum rex, sed primus ex barbaris, qui Christum

sincere

a Tradunt viuum iussu vxoris in sepulcrum illatum esse vel γαστριζόμενον καὶ μεθύοντα, *mente & sensibus ebrietate grauatum*: vel νοσήσαντα καὶ δόκησιν, ὡς τέθνηκε, παρασχόντα, *ex morbo pro mortuo habitum*. In hoc consensus, lamentantem & domesticos frustra implorantem in clauso monumento exspirasse. *Zonar*. 14. 2.

b Cognomen inde est, ὅτι ἀνομοίας ἀλλήλαις εἶχε τὰς κόρας τῶν ὀφθαλμῶν, *quod pupillis oculorum fuit dissimilibus*. Zonar. c. I. cap. 3.

c Idem Zonaras c. I. qui vocat ἔθνος μήπω πρὶν γινωσκόμενον.

a sincere confiteretur, meritis in ecclesiam consecutus est, vt *christianissimi* nomine & *primogeniti ecclesiæ* augeretur, quod in successores propagatum fuit.

Ecclesiam hoc sæculo voce scriptisque illustrarunt Augustinus, Hipponis Regii in Numidia episcopus, Theodoretus Cyrrhensis præsul in Syria, Cyrillus Alexandrinus, Isidorus Pelusiota, Maximus Taurinensis, Paullinus Nolanus, Propsper Aquitanicus, Claudianus Mamertus, Saluianus Massiliensis: & qui res gestas in ecclesia scripserunt, Socrates, Sozomenus, iterum Theodoretus, Sulpicius Seuerus, & Paulus Orosius presbyter Hispanus: quibus Sidonium Appollinarem addo, Aruernorum episcopum, tam epistolis, quam pa-

a Fuerunt ex barbaris ante Francos christiani reges, Gothi, Vandali, sed Ariani, non catholici. Hic vero a christiana vxore Chrotildi, tetrarchæ Burgundionum filia, sollicitatus, ex voto christianus fit, victoria contra Alamannos apud Tolbiacum potitus, anno regni sui XV, christiano CCCCXCVI. *Aimoinus* I. 15. adde *Vales. lib. 6. ineunte.*

negyricis carminibus sui temporis res illustrantem. E contrario præter Nestorium & Eutychem, de quibus in synodis huius sæculi diximus, *Pelagius*, Brito genere, professione monachus ac discipulus *a* Rufini, vires naturæ *b* contra gratiam extollens, incredibiles turbas per vniuersam ecclesiam dedit. Damnata eius hæresis in *c* Africanis

a Rufinus Aquileiensis monachus, Alexandriæ in Ægypto hausit ex Didymo, Origenis sectatore, Origenianam de viribus naturæ opinionem; quam postea in Italia discipulis Pelagio & Cælestio inculcauit, a quibus per Occidentem disseminata fuit. Sicut ergo Origenes primus erroris huius in Oriente, ita Rufinus primus in Occidente doctor fuit. Rufinum reuocato errore errore resipuisse, testatur MS. liber ex Palatina in Vaticanam delatus. *Noris Hist. Pelag. lib. I. c. 3.*

b Pelagianorum errores præcipui erant: Gratiam Dei secundum merita dari: hominem in hac vita posse perfectum esse: non dari peccatum originis. *Augustin. de don. persev. c. 2.*

c Africanæ synodi directa Pelagianis oppositæ: præterea damnati fuerunt etiam in Ephe-

canis synodis, Carthaginensi & Mileuitana, non autem ita exstincta fuit, quin *semipelagianismus*, *a* emollito aliquantum errore, in Gallia propullularet, auctoribus Cassiano Massiliensi presbytero & Fausto episcopo Reiensi, qui tam multos sectatores inuenerunt, vt altero demum sæculo Arausicana II synodo oppressa fuerit perniciosa opinio, licet nec insecutis temporibus penitus exstirpari potuerit. Iudæorum quoque res variæ erant. Hactenus enim euersis Hierosolymis academiam *b* Tiberiade, Zippore, Lyddæ habuerunt, conscripto quoque, quod sæculo III christiano factum fuit, Talmude Hierosolymitano:

Ephesina oecumenica, quod ex epistola synodi ad Cælestinum papam adparet. *Noris lib. 2. c. 9.* Antiquior enim Pelagii hæresis est, quam Nestoriana, cœpitque propagari ineunte, quod scribimus, sæculo, aut etiam sub finem præcedentis.

a Semipelagiani mediam inter Pelagii & Augustini sententiam tenebant, vnde certamen de Prædestinatione exortum.

b Palæstinæ hæc oppida sunt, quorum scholæ Iudæis celebratissimæ.

tanto: sed cladibus tandem attriti in Babyloniam secedunt, & illustres ibi scholas condunt *a* Sorae, Pombedithae, Nehardae & Talmud illud maioris molis, quod Babylonium vocatur, conficiunt. In Creta vero mire elusi sunt a *b* Mose quodam, qui reditum in patriam per mare exsiccatum pollicitus, in caussa fuit, vt ingens turba in aquas praecipitata periret.

SAE-

a Iuchasimo. 120. col. I. ולאחר שנפטר רב בבבל על דרך א"י והיא ישיבת סורא עשו ישיבת *Postquam mortuus est Raf.* (Iudas Hakkadosch) *academiam in Babylonia instituerunt ad modum terrae Israel, & haec academia Sorana*, cuius rector primus R. Huna fuit. Extremis temporibus successoris eius (fuit is R. Hasda) condita fuit ab Raf Bar Nachmani ישיבה בומבדיתא *academia Pombeditana.* Vrbes hae Euphrati appositae, etiam Neharda, quam & *Schephitib in Neharde* dicit R. Beniamin. *Itin. p.* 81.

b Accidit haec tragoedia sub Theodosio II. quam Socrates Hist. eccl. lib. 7. cap. 38. scripsit.

SAECVLVM VI CHRISTIANORVM.

CHlodoueus *a* Syagrii nuper & Alamannorum, nunc etiam *b* Burgundionum victor, Vesigothorum quoque regem *c* Alaricum prælio ad Pictauium vincit & in fuga obtruncat, cuius successorem *d* Gesalicum, ex con-

a Syagrius, Ægidii magistri militum filius, Suessionum tyrannus, æmulus erat Chlodouei, quo victo hic Augustam Suessionum, illius sedem, suam fecit regiam. *Gregor. Turon.* 2. 27. qui ibidem Syagrium vocat *regem Romanorum.*

b Burgundiones Lugdunensem primam, Sequanos, maiorem partem Viennensis prouinciæ cum Peninis & Graiis Alpibus insederant, quorum rex Gundiucus quatuor filiis regnum diuisum reliquerat, e quibus Gundobaldus Chilpericum, Chlodouei socerum, & Godomarum fratres suos, toto regno potiri conatus, summo scelere interfecit. Hinc belli caussa Clodoueo contra Gundobaldum orta. *Aimoin.* I. 19. & *Vales. lib.* 6. *p.* 272.

c Aimoinus lib. I. c. 20. & 21.

d Valesius lib. 6. & 7. p. 269. & 310.

cubina genitum, tertio post anno Theodoricus rex Italiæ, socer Alarici exturbat, nepote suo Amalarico in eius locum suffecto, cuius ipse, nec non regni curam, dum adolesceret puer, in se suscepit. Quinto post victoriam anno decedens Chlodoueus, *a* regnum filiis quadripartitum reliquit, qui *b* Gothos tandem ex Gallia in Hispaniam eiecerunt. Inter hæc defuncto Anastasio per *c* IVSTINVM [illegible] Thra-

a Aimoinus lib. 2. inquit: *Quatuor filii Clodouei regnum inter se æqua lance diuidunt, & Theodoricus quidem sedem regni sortitus est Metis: Chlodomeres Aurelianis: Chlotarius Suessionis: Childebertus Parisiis.*

b Cum Amalaricus vxorem suam, Chlodouei filiam, inhumaniter tractauisset, quod ipsa catholica Arianam mariti fidem sequi noluerat; a fratre eius Childeberto victus & interfectus est. Rebus ergo in Gallia grauiter afflictis; qui successere, Toletum Hispaniæ, iam ante a Gothis magnam partem subactæ, pro Narbone regiam fecerunt. *Vales. lib. 7. p. 367. seqq.*

c Iustinus, vulgo Thrax, rectius Illyricus Bederianites, vt ex Victore & Agathia Valesius

Thracem ad *a* IVSTINIANVM rerum summa deuoluitur, qui Vandalis Belisarii virtute victis *b* Africam denuo prouinciam fecit, *c* Siciliam & Italiæ magnam partem Gothis eripuit, liberasset que omnem, nisi Belisarium a cursu rerum felicissimo ad bellum *d* Persicum revocasset. Tamen Narses in Belisarii locum missus, regem *e* *Totilam* eiusque suc-

sius H. Fr. l. 7. p. 331. probat. Zonaræ dicitur in iuuentute βουκόλος καὶ συφορβὸς fuisse *lib.* 14. *c.* 5. Imperauit annos IX.

a Iustinianus sorore Iustini genitus, quarto mense ante Iustini obitum consors imperii factus.

b Capto & Constantinopolin abducto vltimo rege Gelimere, Vandalicum in Africa regnum, cum stetisset annos XCX, euersum fuit. *Procop. Vand.* 2. *cap.* 3. & *lege* 1. *Cod. de Off. Pr. Pr. principio.*

c Siciliam supra p. 47. vexauerant magis Vandali incursionibus, quam possederant. Facta ergo fuit iuris Gothici, excepto Lilybæo, quod Theodoricus sorori Amalfridæ dedit dotis loco, cum Trasamundo, Hunerici successori, nuberet. *Idem Vand.* 1. 8.

d Procop. Pers. 2. 14. Goth. 2. 30. Chosroes tum rex Persarum erat.

e Item Goth. 4. cap. 32.

cessorem *a Teiam* subegit, qui finis fuit Gothorum in Italia imperii, circiter annos LXX vsurpati. Leges quoque dispersas in Codicem & Pandectas colligi, & Institutiones iuris Romani conscribi iussit imperator immortali laude dignus, quæ haud imminui ab illis potuit, qui *b* Aph hartodocetis illum adnumerarunt, cum rectus eius de Christo Deo & Homine sensus *c* publicis monumen-

a Ibidem cap. vlt.

b Euagrius 4. 39. antiquissimus auctor est, qui ἀφθαρσίας errorem bono principi, iam ætate prouecto, imputauit, quasi edicto ἄφθαρτον τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου κέκληκε καὶ τῶν φυσικῶν καὶ ἀδιαβλήτων παθῶν ἀνεπίδεκτον. Hunc alii, Græculi præsertim, sequuntur Zonaras, Cedrenus, Nicephorus, Const. Manasses. Error, ex Eutychiano ortus, dicitur αἵρεσις τῶν Ἀφθαρτοδοκητῶν, *Zonar.* 14. 9.

c v. gr. epistolis synodicis, Mediolanensi & Romana, Actis synodi VI insertis: illa (auctorem prodit P. Diac. 6. 4. Langob.) *christianissimus* vocatur: hac Agatho papa cum CXXV episcopis *pietatem* eius prædicat, ad cujus exemplum Con-

mentis contra priuatorum censuras defendatur. *a* Sclaui quoque hoc tempore ex Russia & a Cimmerio Bosporo pars inter Drauum & Sauum consedere, pars in Poloniam progressi & Bohœmiam; quæ trium regnorum Sclauonici, Poloni & Bohœmi initium sunt. Monachi etiam duo ex India reuersi, semina *b* bombycum detulerunt, rationem serici conficiendi citeriorem orbem perdocentes. Iustiniano

Constantinus Pogonatus *ecclesiæ catholicæ succurrat.* Et patres Quinisextæ synodi τὸν τῆς θείας λήξεως, *beate defunctum*; sicut Gregorius P. M. lib. 3. ep. 4. ad Theudelindam reginam adpellat *piæ memoriæ* principem, sub quo *de fide Chalcedonensis concilii nihil motum, nihil fuerit violatum.* Et vltimo iam imperii anno PIISSIMVS publica inscriptione apud Grut. p. 161. n. 1. dictus est, vt taceam Paulum Diaconum, qui Langob. I. 25. *principem fide catholicum* vocauit.

a Diuersa agmina Sclauorum erumpentium habet Procopius Goth. 3. cap. 3. & 40. & lib. 4. c. 25. Σκλαβηνοὶ, *Sclaueni* ab eo vocantur.

b Lege Procop. 4. Goth. c. 17. & Zonar. 14.

niano XXXVIII annos regnanti successit IVSTINVS II, *a* Curopalates cognomine, qui pacem cum Persis factam dissoluit *b* tributo denegato, quod partes *c* Iustiniano regnante pependerant, indignum ratus, Romanos barbaris vectigales esse. Cum Narsetem, Gotho-

a Curopalates a cura palatii dictus, summa aulæ Constantinopolitanæ dignitate, *τὴν φυλακὴν τῆς αὐλῆς ἐμπεπιστευμένος*, *Euagr. H. E.* 5. 1. Et, *ἡμεῖς βασιλέα πρώτην ἀρχὴν Κουροπαλάτην οἱ περὶ τὰ βασίλεια καλεῖν εἰώθασι*, *Nicephorus Patriarcha p. 6. ed. Paris.* Non ergo præfectus fabricæ palatii, vt apud Cassiodorum 7. 5. sed præfectus prætorianorum, siue par præfecto prætorii potestas intelligitur. Adi Nic. Alamannum ad Procopii Hist. arcan. c. 6. 21.

b Zonaras 14, 10.

c Procopius Pers. 2. 10. extr. & Goth. 4. 15. tradit, quinque millia pondo auri in præsenti, & quingenta in singulos annos data esse Chosroi ab Iustiniano, quod Persæ interpretabantur, ac si pro excubiis limitis Romani acciperent; sicut Gothi quoque & Hunni, & alii barbari accepissent.

thorum in *a* Italia victorem, ad *b* gynæceum (nam eunuchus erat) virtutis metu damnaturus esset; ille iniuriæ impatiens *Alboinum*, Langobardorum regem, ex Pannonia euocauit, qui Italiam Constantinopolitanis eriperet. Hæc initia sunt Langobardorum in Italia imperii, quo Græcis nihil, præter *c* quinque vrbes, in Italia relictum fuit, longe lateque barbarorum potentia se diffundente, nec vnquam postea, quamuis *d* Francorum auxilio petito, recuperari Italia & ad Græcos reduci potuit. Ex eo

a Narses, deuictis Gothis, Italiæ præfectus fuit.

b Sophia augusta, vxor Iustini, Narseti *fer-*[illegible]*mandasse, vt eum puellis in gynæceo lanarum faceret pensa diuidere.* [1]Paul. Diac. 2. c. 5.

c Sunt Rauenna, Roma, Spoletum, Neapolis; Beneuentum. Rauenna caput & sedes Exarchi; ceterarum singulæ suum ducem habebant, vt mox de Exarchis dicemus.

d Francos aliquoties imperator Mauricius contra Langobardos concitauit, teste eodem Paullo Diacono lib. 3. cap. 17. 22. 30. 32. & Aimoin. 3. 37.

eo tempore Italiæ partem a Longobardis reliquam per *a* *Exarchos*, quorum ſedes Rauennæ erat, regebant Græci ad Conſtantinum vsque Copronymum, ſub quo Aiſtulfus, Langobardorum rex vltimo proximus, Rauenna expugnata, finem Exarchatus fecit. Iuſtino II poſt *b* XIII annorum imperium TIBERIVS CONSTANTINVS, *c* Perſarum Mauricii ductu victor ſucceſſit: huic *d* a quinto anno ipſe MAVRICIVS ſuffectus eſt, infelix imperator tum bellis

a Euocatis a Narſete in Italiam Langobardis, qui ſedem regni Ticinum conſtituerunt; Iuſtinus II Longinum cum *Exarchi* titulo miſit, qui Italiæ ſtatum formaret. Hic relictis vrbibus præfecit *duces*, qui antea comites, aut correctores erant, quorum caput exarchus fuit. Vide Paul. Diac. paſſim: & Pet. de Marca Conc. Sacerd. & Regn. lib. 3. cap. 10. n. 4. Nomina & tempora ſingulorum ἐξάρχων habet Scalig. Can. Iſag. p. 169.

b Zonaras 14. 10.

c Choſroes a Mauricio duce in campis Araxianis fugatus. *Agathias lib. 4. extr.*

d Zonaras 14 11.

lis contra *a* Persas & *b* Auares Scythas, qui Danubii ripam insederant; tum *c* defectione militum & suis tandem suorumque suppliciis, quippe *d* PHOCA deiectus, cum filios omnes cædi vidisset in *e* Eutropii portu; ipse quoque supplicium miserabiliter sustinuit. Cum filiorum cædi adstaret, suam mox subiturus, clara voce exclamasse fertur: *f Iustus es Domine & iustum iudicium tuum.* Hæc in Oriente gesta sunt.

Gal-

a Persicum Mauricii bellum scripsit Theophylactus Simocatta libris prioribus.

b Hunnica gens erat, Auarum Scytharum nomen simulans, vnde ψευδαβάρους rectius dici censet idem Simocatta lib. 7. cap. 8.

c In bello aduersus Auares, idem *l.* 7. *c.* 1. 2. & *l.* 8. *cap.* 7. vbi caussa tumultus dicitur τρόπος φιλάργυρος, *auaritia* Mauricii.

d Phocas in exercitu Mauricii fuerat ἔξαρχος ὁ ἑκατόνταρχος, *ibidem lib.* 8. *cap.* 7.

e Portus hic ad Chalcedonem. *ibidem* 8. 11.

f Δίκαιος εἶ Κύριε, καὶ δικαία ἡ κρίσις σου. *Theoph. Simoc. c. l.*

Gallia hereditatis sorte & diuisionibus infelix motus intestinos & ciuile bellum experta fuit, nec Chlotarius, Chlodoueo genitus, quieuit ante, quam *a* iugulatis fratris sui Chlodemeris filiis & Childeberto fratri, & Theodobaldo, Theodorici maioris fratris *b* nepoti, succederet. Sic ad vnum redacta Francorum Gallia in Chlotarii filios rursus *c* quadrifariam diuisa, cædibus nefariis & ciuili sanguine vbique inquinatur.

Ecclesia hoc sæculo non mediocriter felix in eo fuit, quod Arianismum vidit vndique profligari, cui barbari, in Romanum imperium infusi, tenaci-

a Gregor. Turon. 3. 18. Aimoin. 2. 12.

b Theodorici nepos, ex filio Theodeberto, itidem rege.

c Aimoinus lib. 3. ineunte: *totum regni corpus quadripartita sectione ex æquo quatuor fratres partiuntur.* Parisiorum vrbs Chariberto: Guntramno Aurelianensis: Childerico Suessionensis: Sigeberto Mediomatricum cessit.

naciter adhuc inhæserant. *a* Vandalis enim in Africa, & Gothis in Italia exstinctis Vesigothi quoque in *b* Hispaniam depulsi catholicam fidem *c* Reccaredo duce professi sunt, quem Toletana III synodo confirmauerunt. Et *d* *Sigismundus* Burgundionum rex, do-

a Vandalos & Alanos Africæ, & Ostrogothos Italiæ Arianos fuisse, supra dictum fuit.

b Galliam reliquere a Francis victi, *vide supra pag.* 60; parte tamen in Septimania remanente.

c Reccaredus rex Gothorum Toletanus, primo regni anno ex Ariano fit catholicus, quem Gothi in Hispania fere omnes, eorumque in Septimania reliquiæ; tum Sueui in Gallæcia, itidem adhuc Ariani, sequuntur. *Vasæus chron. Hisp. ad an.* 586. *ex* Ioanne abbate: & *Aimoin.* 3.77.

d Sigismundus Gundobaldi filius, Gundiuci nepos: victus tandem a Chlodomere Franco & cum filiis interfectus, frustra Alcimo Auito vitam eius deprecante. *Aimoin.* 2.4. Cetera Gundiucum etiam quatuor filiis diuisum Burgundionum regnum reliquisse, supra pag. 59. memorauimus.

doctore Alcimo Auito, ab Ariana secta ad *a* catholicam ecclesiam cum populo suo recessit. Langobardi etiam, *b* Theudelindam imitati, reginam suam, quod rectum est, de Deo & Christo sentire cœperunt. *c* Britannos, in paganitatem relapsos, christianæ fidei restituit Gregorius Magnus, pontifex Romanorum. Ante medium huius sæculi synodus Constantinopoli ab Iustiniano conuocata, priorum decretis con-

a Catholici christiani fuerunt Burgundiones, si fides Orosio 7. 32. habenda; contagione autem Vesigothorum Ariani facti, Alcimi Auiti ministerio ad veram fidem reducuntur. *Agobardus adv. leg. Gundob.*

b Theudelinda Authari, deinde Agilulfi, Langobardicorum regum coniux, Christum vere professa, auctor suis fuit eandem fidem suscipiendi. *Paulus Langob.* 4 *cap.* 5. *&* 6.

c Britannos *Christo subditos* fuisse iam tum suo tempore, testis Tertullianus est adv. Iudæos cap. 7: relapsos ad deorum cultum conuertit denuo, emissis eo monachis, sanctus Gregorius. *Paul. Diac.* 3. 26. *Beda Hist. Angl.* 1. *c.* 23.

confirmatis, quædam dogmata ª Origenis condemnauit. Et hæc quinta dicitur œcumenica. Nec defuerunt qui literarum ſtudiis eccleſiam illuſtrarent: Fulgentius Ruſpenſis epiſcopus in Africa: Ennodius Ticinenſis, & Alcimus Auitus Viennenſis antiſtes, qui non minus poetica clarus fuit, quam Venantius Fortunatus Pictavienſis

ª Graues errores ſunt, quæ Origeni vulgo imputantur. Hieronym. 2. adv. Rufin. cap. 3. *Dei filium creaturam, Spiritum S. miniſtrum, mundos innumerabiles; angelos verſos in animas hominum; animam Salvatoris fuiſſe antequam naſceretur ex Maria: reſurrectionem noſtrorum corporum ſic futuram, vt eadem membra non habeant.* addit μετεμψύχωσιν epiſt. 59. ad Auitum cap. 1. Hæc & ſimilia an vere tribuantur Origeni, diſputat Huetius in Origenianis lib. 2: num in ipſa œcumenica ſynodo, non autem in particulari Conſtantinopolitana, quæ præceſſerit, damnata fuerint, dubitat Valeſius ad Euagr. 4. 38. quod aliis tamen certum eſt. Vide H. de Noris diſſert. de Synodo Quinta cap. 6, qui tum ibi, tum initio Hiſt. Pelag. probat, Origenem fuiſſe patrem Pelagianorum.

vienſis epiſcopus & Arator ſubdiaconus Romanus. Senatores quoque huc pertinent Boethius Seuerinus, & Aurelius Caſſiodorus, vterque ſub Theodorici regno clariſſimus, hic etiam ab regis huius epiſtolis: & hiſtoriarum conditores Euagrius Scholaſticus ac Gregorius epiſcopus Turonenſis. Nec Priſciani ſtudium, quo linguam Latinam apud *a* Conſtantinopolim vindicauit, ſine laude prætermittendum eſt. Præferri tamen his omnibus debet, qui *b* vertente ſæculo floruit, Gregorius eximiis in eccleſiam meritis Magnus cognominatus.

SAE-

a Paul. Diaconus Langob. I. 25. *Tunc* (Juſtiniano imperante) *apud Conſtantinopolim Priſcianus Cæſarienſis grammaticæ artis profunda rimatus eſt.*

b Sub finem huius in ſeptimum vſque ſæculum Gregorius papa florebat, mortuus anno DCIIII. Hinc eſt, quod Bellarminus de Script. eccl. ſeptimo illum ſæculo tranſcripſit.

SAECVLVM VII CHRISTIANORVM.

PHOCAS, qui Mauricium occiderat, *a* Syriam & Palæstinam inuasoribus Persis, qui *b* Chalcedonem vsque excurrebant; nec non papæ *c* Bonifacio III honores & titulum episcopi vniversa-

D

a Zonaras lib. 14. cap. 14.

b Idem c. l. quod pronius ad credendum est, quam sub Heraclio euenisse, in quo principe id Chronicon Alexandrinum p. 882. notauit.

c Paulus Diaconus Langob. 4. 37. *Hic* (Phocas) *rogante papa Bonifacio statuit sedem Romanæ & apostolicæ ecclesiæ caput esse omnium ecclesiarum.* Fuit quidem titulus oecumenici episcopi ante Phocæ tempora, cum Iustinianus & alii imperatores vtriusque Romæ, veteris & nouæ, præsules *vniuersales patriarchas* in Codice & Nouellis sæpenumero adpellauerunt: sed tum restrictus erat ad alterutrius dioecesin propriam, in qua Oecumenicus erat episcopus: nunc autem imperator iussit totius ecclesiæ Christianorum caput esse Rom. pontificem, & canonem XXVIII con-

versalis, concessit. Hunc tyrannide, qua VIII annos abusus fuerat, *a* HERACLIVS deturbauit, quo imperante cum *b* Monotheletarum hæresis, cum *c* *Mohammedis* infausta religio, scelera-

concilii Chalcedonensis, quo ꟾↄ CXXX Patres τὰ ἴσα πρεσβεῖα ἀπένειμαν τῷ τῆς νέας Ῥώμης θρόνῳ, *æqualia priuilegia addixerant sedi Constantinopolitanæ;* quantum in se fuit, abrogauit. Caussa autem decreti augustalis fuit, quod Cyriacus episcopus Constantinopolitanus improbabat Phocæ parricidium, reliquamque tyrannidem. *Theophanes chron.*

a Heraclius ex Africæ patris sui præfectura tyrannum adgressus *Zonar.* 14. 14. *Chron. Alex. p.* 874.

b Fuit hæresis de vna Christi voluntate propago Eutychianismi, quam Heraclio, cum Hierapoli belli Persici caussa ageret, Iacobitarum patriarcha Athanasius instillare primus cœpit, Sergius Constantinopolitanus & Cyrus Phasidis seu Lazicæ prouinciæ episcopi, quibus quæstionem proposuerat imperator, confirmarunt. Secuti Sergii successores, & ipse tandem Honorius pontifex Romanus. *Cedrenus p.* 345. & *Acta synodi* VI.

c Cedrenus p. 346. Zonaras 14. 17. Nomina *Moham-*

leratis auſpiciis orta incredibili incremento potentiæ in dies aucta fuit. Etenim non ſolam Perſiam, deuicto *a* Iazdigerde rege, ſubegerunt Mahommedani, ſed *b* Syriam quoque Aegyptum, Palæſtinam, & quam paullo ante *c* Heraclio Choſroes ademerat, & reddiderat Siroes filius, Hieroſolymam ſuæ ditioni cum inſula *d* Rhodo adie-

 ce-

Mohammed & *Achmed* eiusdem originis *valde deſideratum* ſignificant.

a Vltimum Perſarum regem Cedrenus p. 345. & Hiſt. Miſcell. vocant *Hormiſdam*; verius Tarich, Arabicum chronicon, *Iazdigard*. Vide Tarich Schickardi p. 170.

b Sub Omare, tertio a Mohammede chalipha, *Cedrenus p. 350. ſeq.*

c Choſroes II. rex Perſarum Hieroſolymam expugnauit, negans pacem Heraclio petenti: filius Siroes pacem cum Heraclio fecit captiuis redditis & Hieroſolymorum vrbe reſtituta. *Zonar.*

d Tunc coloſſum demoliti ſunt Saraceni, cuius æs Iudæus mercatus Ↄↄ.cccc camelis aſportaſſe dicitur. *Zonar.* 14. 19.

cerunt, Heraclii nepote *a* CONSTANTE, qui CONSTANTINO patri, sed paucorum mensium imperatori, successerat, nauali *b* pugna superato. Quid? quod ipsam Constantinopolim adgressi Saraceni, &, quo minus caperent, vix *c* multis prœliis a CONSTANTINO Constantis filio, cui cognomen *d* Pogonati erat, prohibiti sunt. Congregata est

a Heraclio, cum XXXI annos imperasset, successit filius Constantinus, & huic, nouercæ Martinæ fraude sublato, Constans, Constantini filius, Heraclii nepos. *Zonar.*

b Iuxta Phœnicen, Lyciæ portum. Proxima ante prœlium nocte somniauit Constans se Thessalonicæ esse, quo coniector cladem portendi dixit, quasi θὲς ἄλλῳ νίκην significatum esset. *Zonar.* 14, 19.

c Per septennium mari pugnatum fuit, hostibus Cyzicum, si quid accidisset, aut hieme refugientibus. Domiti tandem barbari *igne Græco*, quem vocant, sub aquis ardente. *Zonar.* 14. 19.

d Quod prima lanugine profectus, ex Sicilia barbam promissam retulerat, *Pogonatus* cognominabatur, πώγων enim *barba* est. Ceterum successit patri post XXVII annorum imperium: ipse imperauit annos XVII. *Zonar.*

est hoc principe synodus Constantinopoli, quæ sexta œcumenica fuit, contra *a* Monotheletas: & sub successore IVSTINIANO II siue Ῥινοτμήτῳ in *b* Trullo alia, *c* quæ Quinisexta dicitur, quod

D 3

a Damnati hoc concilio Sergius Constantinopolitanus, Cyrus Phasidis antea, post Alexandrinus patriarcha, eorumque sectatores: & ipse Honorius Romanus pontifex, qui in epistola ad Sergium scripsit, ἓν θέλημα ὁμολογοῦμεν τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, *vnam voluntatem Domini Iesu Christi fatemur*, vt Actione XII Synodi VI refertur. Quomodo Pontificii id excusare conentur, ex eorum libris notum est. Vide Hist. Monothel. 1679. Parisiis editam.

b Trullum pars palatii imperatorii, ita dicta, quod fastigium eius tectum & ornatum fuit *trullo*, siue fornice hemicyclico. *Lambec. Bibl. Vienn. Tom. 8. pag.* 407. Hinc *Trullanum* hoc concilium vocatur, quamuis & ipsum sextum in eadem æde fuit habitum, ἐν τῷ σεκρέτῳ τοῦ θείου παλατίου τῷ οὕτως ἐπιλεγομένῳ τρούλλῳ, *in secretario sacri palatii, quod cognominatur Trullum*, vt sub initium actionis II indicatur.

c Græce πενθέκτη, id est, quæ nec quinta esset, nec sexta, sed vtrique canones adiiciat,

quod canones quintæ & sextæ adiicit, de moribus, etiam a Romanæ ecclesiæ, castigandis, quæ caussa est, vt iniquius hanc synodum Romani clientes ferant,

nec

ciat iussu imperatoris. Διὰ τοῦτο καὶ οὐδὲ ἕκτη κυρίως κατονομάζεται, ἀλλὰ πενθέκτη. ἀνεπλήρωσε γὰρ τὸ ὑστέρημα τῆς τε πέμπτης καὶ τῆς ἕκτης συνόδου. *Propterea nec sexta proprie nominatur, sed Quinisexta; nam, quod quinta & sexta synodo deerat, suppleuit.* Balsamo *in Pandectas Canon. Beueregii p.* 154. An & hæc vniuersalis fuerit, disputatur. Negant Pontificii propter caussam mox indicandam: ait Balsamo e. l. ἔστι δὲ καὶ οἰκουμενική & ipsi patres CCXXVII in sermone προσφωνητικῷ ad imperatorem: τὴν ἁγίαν ταύτην καὶ θεόλεκτον οἰκουμενικὴν ἀθροισθῆναι σύνοδον ὥρισας, *sanctam hanc & diuinitus electam synodum vniuersalem congregari decreuisti.* Adde Spanhem. Introd. Hist. Sacr. p. 616.

a Balsamo p. 154. ed. Oxon. οἱ δυτικοὶ ἐπίσκοποι, Ἰταλοὶ δηλονότι καὶ Λατῖνοι, ὑπὸ τῶν κανόνων τῆς τοιαύτης συνόδου καιρίως πληττόμενοι, *Occidentales episcopi, Itali scilicet & Latini, ab huius synodi canonibus opportune icti.* v. g. Canon XXXVI confirmat Canonem XXVIII Chal-

cedo-

nec vniuersalem esse concedant. Cum adprobare eam papa *a* Sergius nollet, imperator misit, qui eum Constantinopolim deportarent, quod factum fuisset, nisi interuentu exarchi, qui pontificis partes tuebatur, ereptus fuisset. Post hæc Iustinianus, victus Leontii ductu *b* Iberis & Bulgaris, victus ab Arabibus, qui Africam inuadebant, & ab LEONTIO *c* naso multatus *d* Chersone exsulauit. Nihil autem tutum est, quod iniustum, & vix triennium exactum erat, cum Leontium APSIMARVS, qui & TIBERIVS III vocatur, omnibus rebus exutum *e* naso vissim,

cedonensis concilii de æqualitate Romani & Constantinopolitani episcopi. Adde Spanh. Introd. Hist. p. 628.

a Sergius papa Romanus: non ille antiquior, Constantinopolitanus in VI synodo damnatus. Rem narrat Paul. Diac. in Langob. 6. 11. nec qui Vitas pontificum scripsere, diffitentur.

b Zonaras 14. 22. hæc bella memorauit.

c Vnde cognomen ῥινοτμήτου nactus fuit.

d Zonaras cap. 22. extr. εἰς Χερσῶνα ἔθεντο ὑπερόριον. Tauricæ vrbs Chersonesi.

e Idem c. 23. Λεόντιον ἀφείλετο τῆς ῥινός.

mutilaret. Apsimarum post VII annorum tyrannidem exsul *a* Iustinianus Bulgarorum ope deiecit, & grauissimis suppliciis vna cum Leontio in regia vrbe necauit. Immoderate autem imperio post reditum vsus, inuidiam denuo incucurrit, qua factum est, vt nouum æmulum inueniret, PHILIPPICVM BARDANEM, qui ipsum & filium eius Tiberium trucidauit.

Trans Alpes noua rerum facies erat. Diuisionibus enim possessionum in filios factum, vt nunc noua regnorum nomina audirentur, *b* *Neustria* ad occasum, Austriæ siue *Austrasia* ab ortu, Burgundico veteri etiam manente: & ex his quædam denuo diuisa aut rursus connexa pro numero principum fuerunt. Coniuncta triennio tenuit Chlotarius maior, Chlodouei filius, vt *c* supra prædiximus: etiam huius nepos CHLO-

a Idem Zonaras 14. 25.

b Neustriæ sedes primaria Lutetia fuit, sicut Austrasiæ Metis: Burgundiæ Vienna, Aurelianum aut Cabillonum. *Vales. lib.* 16. *ineunte.*

c Vide pag. 63.

CHLOTARIVS minor, *a* interfectis aut fato exstinctis, qui Austrasiæ & Burgundiæ heredes erant; atque ita DAGOBERTO filio reliquit, in cuius filiis rursus diuisio facta, vt *b* SIGIBERTVS Austriæ, CHLODOVEVS siue Ludouicus Burgundiæ atque Neustriæ imperaret. Noua etiam nunc dignitas in regnis Francorum nata. Cum enim Chlotarius minor Austriam atque Burgundiam in ditionem redegisset, ipse in Neustria consistens, *c* *Maioribus domus* noua regna administranda dedit, qui mos etiam ad successores translatus fuit. Horum potentia nimium quantum in-

D 5 valu-

a Sigebertus, Chlotarii maioris filius, Austrasiæ regnum in filium Childebertum, patrui Guntramni, Burgundici regis post paullo heredem, transfuderat: hic diuiserat in Theodebertum & Theodoricum, quorum prole exstincta Chlotarius minor omnia Franciæ regna consecutus est. *Aimoin lib.* 3.

b Idem Aimoinus 4. 27.

c De origine huius dignitatis & incremento consulas Hadr. Valesium Hist. Fr. Tom. 3. pag. 2.

valuit, vt ex palatii præfectis regnorum procuratores, mox tutores ipsorum regum, ac postremo reges euaderent.

Ecclesiæ statum in conciliis maiorem partem notauimus, qui non optimus hoc sæculo erat, iam tum gliscente Græcorum Romanorumque schismate, cuius potissima caussa erat primatus, quem Latini a Phocæ temporibus sibi, vt debitum, vindicabant, Græcis iure repugnantibus; quod, Occidentis imperio deleto, apud se rerum sedes & domus imperatrix esset. Sic dum papa æqualem, patriarcha superiorem ferre non potest, magno ecclesiæ damno schisma irreparabile exortum fuit. Creuit etiam inscitia monachorum, vt post Gregorium, qui ineunte sæculo defunctus est, paucos habuerit ecclesia & litterarum res publica, quorum ingenio illustrarentur. Isiodorus Hispalensis in hoc numero fuit, & auctor *a* Alexandrini Chronici, & florere

a Vulgo Fasti Siculi vocantur, quia in Sicilia manuscriptum hoc chronicon repertum fuit.

rere incipiens Anglorum Beda *a* venerabilis.

SAECVLVM VIII CHRISTIANORVM.

PHILIPPICVS Bardanes Iustiniano, quem confecit, non felicior fuit. Præter enim cladem, quam Bulgari aut Saraceni inferebant, *b* ARTEMIVS, qui nomen ANASTASII sumsit, nondum XXX mensium imperatorem expulit, & hic post XV menses a THEODOSIO expulsus fuit, quem vix biennio potitum rebus LEO Conon, gente Isaurus, fugauit, vt reliquum vitæ tempus, perinde ac Artemius, monachi habitu extra regiam priuatus exegerit. Certamen illo tempore de imaginibus exortum est, quas deleri Leo

D 6 vo-

a Beda, Anglus Saxo, morum grauitate & doctrina meruit, vt *Venerabilis* cognominaretur.

b Quæ de Artemio & Theodosio dicuntur Zonaras lib. 14. extremo copiosius prodidit, Adde Suidam in Ἀναςάσιος.

voluit cum CONSTANTINO a Copronymo, patris post XXIIII annos successore, qui etiam concilio b Constantinopoli coacto illarum in ecclesiis vsum condemnauit: in qua sententia etiam nepos LEO IIII permansit, ex matris gente c Chazarus cognominatus: hic quidem quinque tantum, pater autem Constantinus XXXIIII annos imperio vsus Orientis. Non breuis ergo fuit imaginum tumultus. Mortuis εἰκονομάχοις principibus,

a Pudendi cognominis origo fuit, κόπρον αὐτὸν ἐκκρίναι τῇ θείᾳ κολυμβήθρᾳ καταδυόμενον, *quod sanctam aquam, cum infans baptizaretur, polluerat.* Zonar. 15. 2.

b Hæc Constantinopolitana IIII, cui neminem ex Latinis interfuisse, Zonaras 15. 6. auctor est: immo si Theophani fides est p. 359, neque ex aliorum patriarcharum Alexandrini & Antiocheni diœcesi. Habita anno ƆƆCCLIIII, qui Constantini fuit XIII.

c Chazaria barbara regio circa Danubium, a Scythis Auaribus aut horum vicinis Chazaris habitata. *Zonar.* 14. 24. *In Iustiniano Rhinotmeto.* Adde infra pag. 88. ex Theophane dicenda.

pibus, cum IRENE augusta filii CONSTANTINI nomine rempublicam tractaret, *a* Niceæ coacta synodus est, quam falso *b* œcumenicam VII dicunt, qua non tantum restitui imagines, sed *c* coli etiam publice præceptum fuit, ex quo tempore vulgata est inconolatria, cui *d* Græci ad hunc diem addicti sunt, quamuis qui proximo sæculo successere, *e* Leo Armenius, *f* Theophilus aliique Byzantini imperatores grauiter in cultores imaginum animaduerterunt, imitati forsan Caroli Magni pietatem,

D 7 qui

a Niceæ in Bithynia, vnde synodus Nicena II adpellatur.

b Romanis & aliis *εἰκονοδούλοις* œcumenica censetur, habita anno IↃCCLXXXVII. Indicta fuerat Constantinopoli superiore anno, sed disturbata a scholariis & excubitoribus, qui superiorum principum sententiam tuebantur. *Theophanes p.* 389.

c Decretum enim est *εἰκόνας σὺν τῷ σταυρῷ προσκυνεῖσθαι*, *Cedren. p.* 387. seu *προσκυνεῖσθαι καὶ σέβεσθαι*, *Zonar.* 15. 11.

d Critopol. Confess. cap. 15.

e Zonaras 15. 20. siue p. 106. ed. Bas.

f Cedrenus pag. 425.

qui, sub finem octaui sæculi *a* Francofurti synodo coacta, abrogari curauit, quæ impie Nicena II sanxerat.

Motus interea ingentes erant in publica re, *b* Saracenis Constantinopolim iterum oppugnantibus : & *c* Bulgaris ad *d* Longum Murum excurrendo ingentem prædam abigentibus. Saraceni

a Francofurti ad Mœnum habita synodus omnium fere Occidentis episcoporum anno IↃCCXCIIII, quæ non tantum Felicis Vrgellitani & Elipandi Toletani de *filio adoptato* sententiam ; sed etiam caussam *imaginum*, in Niceno II concilio perperam definitam, condemnauit. *Adelmus ad ann.* 794.

b Zonar. 15. 1. Cedren. p. 371. sub Leonis III imperio.

c regnante Copronymo. *Cedren. p.* 381.

d Zonaras in Anastasio 14. 4. Ἀναστάσιος ἔκτισε τὸ μακρὸν λεγόμενον τεῖχος ἀπὸ τῆς μεγάλης θαλάσσης διῆκον ἄχρι τῆς Σηλυβρίας, διὰ τὰς ἐφόδους τῶν Μυσῶν ἢ Βουλγάρων, καὶ τῶν Σκυθῶν, id est Murus a Ponto Selymbriam vsque ductus, vt ager Byzantinus tutior esset ab incursionibus barbarorum. Longitudinem Procopius bidui itinere definit lib. 4. de Aedific. c. 9.

ni quoque Hiſpaniæ domini in *a* Aquitaniam, & iterum in *b* Prouinciam excurrunt, bis tamen a Carolo Martello, Magni Caroli auo repulſi, & in altera expeditione ad internecionem apud Narbonam cæſi. Hic, & pater eius Pipinus, Maior domus erat iis temporibus, quibus curam imperii reges in præfectos transtulerunt, ſolo nomine ſibi reſeruato: cuius filii *c* Childericum, vltimum ex Pharamundi ſtirpe regem ſtatuerunt, eidemque exſtincto plena poſſeſſione ſucceſſerunt, quamuis nec antea illis, neque patri aut auo quidquam præter nomen, & ſecundum multorum ſententiam ne nomen quidem defuit. Carolomanno *d* religioſam vitam

a Aquitania illis temporibus proprios duces habebat, diremta a Francia regia. Eudoni ergo duci in auxilium venit Carolus vicitque. *Paul. Diac. Langob.* 6, 46.

b Ibidem 6. 54. Adde de vtroque prœlio Eginhardum in vita Caroli M. ab initio.

c Fit rex anno IↃCCXLVII. *Valeſ. p.* 553.

d Carolomannus, Caroli Magni patruus in Italia monaſterium ſubit, primum in monte Soracte, deinde quod S. Benedicto dica-

tiam imperio præferente, Pipino fratri accessit, quidquid ille ex paterna diuisione possederat, aut *a* Gripponi fratri rebelli, fuerat, ademtum. *b* Turci ea tempestate, ex Tartaria per Caucasias portas maiori mole prorumpentes, in Asiæ luce versari cœperunt, cum Saracenis post multa proelia & pacem & reli-

dicatum in Samnio est, *Adelmus ad ann.* 746.

a Grippo, siue Grifo, tertius Caroli filius non contentus parte, quam pater destinauerat, & concesserant fratres, ad Saxonas fugit & Boiaros, *Idem ad ann.* 748.

b Turcorum nomen etiam antea non ignotum fuit, atque ita Theophyl. Simocatta in hist. Mauricii lib. 3. cap. 6. Οὔννους τοὺς πρὸς Βορρᾶ τῆς ἕω, *Hunnos in Oriente boreales* memorat, οὓς Τούρκους ἔθος Πέρσαις ἀποκαλεῖν, *quos Turcos vocare Persis mos est.* Theophanes *pag.* 264. hos eosdem ait esse, qui Chazari aliis dicuntur: & Heraclio contra Persas militasse. Esto omnes Turcos eiusdem originis esse, & per Caucasi portas in Asiam ac Europam diuersis temporibus irrupisse; iam vero famosam illam & maiori mole irruptionem,

religionis societatem inituri. Exarchatum quoque *a* tollebant Langobardi, & ipsum pontificem Roma eiecissent, nisi Pipinus Francorum rex pacem inter ipsum & Aistulfum, regem Langobardorum conciliasset, qua Rauenna cum Exarchatu pontifici dicitur *b* dono data, quod initium est potestatis in regiones pontificiæ. Mortuo Pipino successere filii CAROLVS & CAROLOMANNVS; hoc quoque *c* post triennium defuncto, solus CAROLVS, victoria contra *d* Desiderium, Langobardorum vltimum regem, ac instauratione occidentalis imperii & christianæ in Germanis fidei, vere MAGNVS, ob merita in Romanam ecclesiam in ipsa natalitiorum solennitate a pontifice & po-

nem, non prædandi, sed possidendi caussa factam intelligimus, de qua idem Theophanes pag. 366. ad annum incarnationis IↃ CCLVI, & Ludov. Tubero, qui annales Scythicos inspexit, *de Temp. suis*. p. 140.

a Sigon. de Regn. Ital. lib. 3. in Aistulfo.

b Adelmus ad ann. 756.

c Idem ad ann. 771.

d Eginhard. in vita Caroli.

populo Romano [a] augustus & imperator adpellatus. De ecclesia horum temporum non est quod illis, quæ de conciliis diximus, adiiciamus, præter conuersionem gentium quarundam in Germania, quam Caroli regis & Carolomanni expeditionibus imputamus. Tunc augeri episcopatus & collegia cœpere, & alibi quoque illustres scholæ institui, in quibus primas tenet Parisiana, præfectis ei Bedæ discipulis, Alcuino & Clemente; qui se nihil præter bonas litteras ex patria venum exportasse profitebantur. Bedæ enim illustris etiam hoc sæculo fama erat, præterea Ioannis Damasceni, & Paullini Aquileiensis: quibus addi par est historicos Georgium Syncellum & Paulum Diaconum, Warnefredi Langobardi filium. Minora concilia provinciarum, vt Liptinense in Belgica secunda; Suessionense; Gentiliacum supra Parisios in Pipini palatio habitum; Ratisponense & alia nunc

[a] Ibidem fol. 442, quod factum est exspirante sæculo sub finem anni DCCC.

nunc missa facimus ex Actis suis relegenda. De schismate Graecae & Latinae ecclesiae, in dies crescenti, dictum supra fuit; accessit hoc tempore controversia de *a* Symbolo & Spiritu Sancto, non leue momentum posterioribus saeculis certaminum & aemulationum futura.

SAECVLVM IX CHRISTIANORUM.

Cum rebus praeesset rex Carolus, quem Magnum vocant; *b* Irene Constantinopolitanis imperabat, eaque expul-

a hoc est, addita Constantinopolitano symbolo voce FILIOQVE. Adelmus ad ann. 767. *Orta quaestione de sancta Trinitate inter orientalem & occidentalem ecclesiam*, nisi iam tum in VII saeculo haec controversia gliscebat, vt Spanhemius ad Hist. eccl. introd. p. 634. probauit, nondum quidem in apertum odium erumpens: futuris autem temporibus vehementius disceptanda.

b Irene, filio excaecato superstes in imperio, dicitur in matrimonium expetita a Ca-

a expulsa NICEPHORVS, vel æquo animo, vel necessitate Occidentem Francis cedens, vtpote haud partuendo Orienti, nec dum vindicandis occidentalibus prouinciis. Pacem enim annuo *b* tributo a Saracenis emit: a Bulgaris vero victus, captus, obtruncatus ex *c* cranio suo dedit victoribus poculum. Propter quam infelicitatem & filius *d* STAVRACIVS, a patre pridem coro-

a Carolo, *Zonar.* 15. 13. sicut idem filius Constantinus Caroli filium ambiisse, *Adelm. ann.* 788. certius, foedus inter Carolum & Irenem sancitum fuisse, *Adelm.* 802. Inscia matre Constantinum excæcatum esse, docet ex chron. Græco MS. Carol. du Fresne ad Zonar. p. 73.

a Primum in monasterium suburbanum, deinde ex eo in insulam Lesbum. *Zonar.* 15. 14.

b Cedrenus fol. 393.

c Hoc constanter tradunt Zonaras 15. 15. Cedren. p. 393. Theophanes. p. 416. imperauerat annos IX.

d Stauracius, Nicephori filius, ex prœlio, quo pater occubuit, vulneratus fugiens, se imperatorem Adrianopoli dici passus est:

coronatus, imperio excidit. Successor MICHAEL *a* Rangabe cum Carolo *b* fœdus renouat, post infelicem aduersus Bulgaros pugnam, cum biennium imperasset, in monasterium secedens. Nec fœdus illud cum Carolo neglexit LEO Armenius, post septennii imperium cæsus insidiis MICHAELIS Balbi, sub quo Saraceni iterum mouent, & Hispanienses quidem *c* Cretam occupant, inde Cyclades & Pelopon-

est: Constantinopoli autem præteritus a senatu, qui Michaelem præferebat, religioni se monachorum dicauit. *Zonar.* & *Cedren.*

a Ῥαγγαβὲ vel Ῥαγκαβὲ hoc cognomen scribitur a Græcis. Erat autem gener Nicephori. *Cedren.*

b Adelmus Benedictinus ad ann. 812. *Michael, inquit, pacem a Nicephoro inceptam* (cum Carolo M.) *per legatos confirmauit, Imperatorem eum & Basileum adpellantes.* Eginhard. in Vita Caroli p. 438. *Imperatores Constantinopolitani, Nicephorus, Michael & Leo, vltro amicitiam & societatem eius expetentes, complures ad eum miserunt legatos.*

c Zonaras lib. 15. cap. 24.

laponnesum infestantes, Africani vero Siciliam inuadunt, & ipsas Italiæ oras, Calabriam præsertim & Apuliam, op- primunt, postquam *b* Dalmatia quoque a Byzantinis defecerat. Nam ciuili bel- lo cum *c* Thoma quodam accerrime ge- sto ita confectæ vires imperii erant, vt barbaris resisti non potuerint. Nec feli- cior Saracenico bello *d* THEOPHI- LVS fuit, post IX fere annos succe- dens patri Michaeli; post XII sui im- perii, exstinctus moerore, cuius vidua *e* THEODORA pro filio impubere *f* MICHAELE regnans pacem cum Bulgaris habuit, quod, principis Bul- gari soror capta, & Byzantii custodi- [illegible] ta,

a Idem cit. loc.

b Præter Zonaram & Cedrenum etiam Adel- mus memorat ad ann. 806.

c Grauissimum hoc bellum Zonaras scripsit & Cedrenus.

d Idem Zonaras lib. 15. cap. 26. seqq.

e Idem lib. 16. ineunte.

f Etiam hic Michael adultior factus, impe- rauit solus, matre in monasterium expulsa: oppressus tandem a successore Basilio. *Zo- nar.*

ta, *a* christianæ se religioni addixerat, & suis restituta auctor fuerat, vt eandem fidem profiterentur. Non autem diutina pax Bulgarorum fuit, sed quamvis *b* BASILIO imperante, cui Macedonis cognomen ex patria est, quietem Græcis præstiterunt; tamen *c* LEONEM Philosophum, filium Basilii, denuo adgressi in fugam verterunt, qui *d* Turcos & Vngros, Istri accolas, ad opem ferendam arcessens, tristi exem-

a Idem Zonaras 16. 2. Cedrenus p. 443.

b Imperauit Basilius annos XIX. Periit in venationibus a ceruo ictus. *Zonar.* 16. 11.

c Idem lib. 16. cap. 12. Cognomen habuit ex philosophiæ studio. *Constantin. Manass.*

d Idem Zonaras c. l. δώροις τοὺς Τούρκους ἔπεισε, τοὺς περὶ τὸν Ἴστρον, οἳ καὶ Οὔγγροι καλοῦνται, τοῖς Βουλγάροις ἐπεξελθεῖν, *Turcos Istrum accolentes, qui & Vngri vocantur, muneribus impulit, vt Bulgaros adgrederentur.* Turci hi Vngri siue Hungari vocantur, quod forsan ex eadem patria profecti sunt: non autem confundendi cum Turcis orientalibus, ad quorum

emplo barbaris aperuit imperii Romani fores. Hæc facies rerum circa partes Orientis erat. Carolus autem, *a* diuturno bello deuictis Saxonibus, omnem Germaniam cœlesti doctrina illuminari curauit, quæ in septentrionem etiam ad *b* Danos & Sueones diffudit, splendorem, *c* scholis institutis & cathe-

rum discrimen Zonaras 18. 27. (siue Basil. ed. p. 243.) hosce vocat Τούρκους πρὸς ἑσπέραν, *occidentales Turcos.*

a Non semel, sed quartum, quintum, cum sæpius rebellassent, deuicti a Carolo Saxones, vt vltra XXX annos bellum extractum fuerit. *Adelmus.* De veteri autem Saxonia eiusque finibus vide Geographiam medii ævi.

b Hoc sub Ludouico Pio, Caroli Magni filio euenit. *Alb. Cranzius Metropol.* 1. *cap.* 19.

c In Italia his temporibus Pauiensis, Patauina, & Bononiensis, nisi hæc est antiquior: in Gallia Parisiensis: in Germania Osnabrugensis, de qua Cranzius Metrop. 1. c. 2: & Canonicorum collegia plurima sub Carolo & Ludouico filio instituta: item abbatiæ & monasteria, vt essent officinæ literarum.

thedralibus ecclesiis, vt nunquam deesse possent, qui diuinitus acceptam doctrinam ad posteros propagarent. Hispaniæ contra miserabilis conditio erat, Saracenis maiorem eius partem tenentibus, qui hoc firmiorem in ea sedem figebant, quo maior spes, diuiso chalipharum imperio, possidendi illam & posteris relinquendi adparebat. Ex vno enim supremo chaliphatu non a duo tantum surrexerunt, quorum sedes Bagdadum & Cairo erant; sed & horum vicarii in Perside, Libya, Mauretania, Hispania, excusso iugo, quisque se pro rege gessit, & prouinciam, quam acceperat, vt suam & nunquam amittendam confirmabat. Partem tamen Hispaniæ, quæ septentriones spectat, & montibus impedita est, vtcunque potuere, Austriæ & Suprarbiæ reges defenderunt, nec qui ex his isto sæculo exorti sunt, noui reges b Nauarræ

a Scalig. Can. Isagog. fol. 139.

b Qui ad Pyrenæi iuga refugerant Christiani, regnum ibidem constituerunt, quod Suprar-

neglexerunt. Nordmanni etiam prædones hoc primum tempore ex aquilone excurrentes Belgicæ litora & Neustriæ infestarunt, grauiores sub finem sæculi Francorum prouinciis futuri, quæ nunc varie diuidi sub Caroli nepotibus cœpere. Mortuo enim ad Aquas grani magno hoc victore, quod XLVII regni anno; decimoquarto augustæ dignitatis contigit; reliquis *a* filiis pridem exstinctis LVDOVICVS ex asse heres fit imperii & regnorum, præsertim cum *b* BERNARDVS, qui Italiam regundam ab auo acceperat, læsæ maiestatis crimine post paullo oppressus fuit. Hic imperator ab studio religionis & in ecclesiam meritis PIVS cognominatus, *c* Sclauos, Danos, Britan-

Suprarbiæ, Pompelonense, & tandem Nauarræ adpellatum fuit, Ennico Arista primum id nominis vsurpante anno 839. *Vasæus cap.* 17.

a Carolo & Pipino.

b nepos Magni ex Pipino filio, de quo Regino consulatur ad annum IↃCCCXVIII.

c De his bellis & victoriis Adelmus ad ann. IↃCCCXV. & seq.

tannos, Saracenos vincit, a filiis vero *a* nefario bello victus in monasterium coniicitur, vnde ab optimatibus liberatus imperioque redditus decedit illius anno XXVII, ætatis LXIIII. Filii post ciuile *b* bellum ita tandem possessiones diuiserunt, vt LOTHARIVS Italiam *c* vtramque, Romanam & Langobardicam, cum Austrasia & Narbonensi Gallia: LVDOVICVS Germanicum regnum cum Pannonia; CAROLVS, Caluus cognomine, Galliam reliquam acciperet siue occidentale regnum Francorum Et Lothario post XV annos *d* religioni se dante, rursus in filios distributa hereditas, LVDOVICO II Italiam cum imperatoria dignitate; CAROLO Galliam Narbonen-

a Vide anonymum de vita Ludouici cap. 14.

b prœlio acriter commisso ad Fontenetum Burgundiæ, victus est Lotharius a fratribus, *Herm. Contract.* ad an. IↃCCCXLI.

c Langobardia, quamquam subiugata erat a Carolo Magno: mansit tamen separatum ab reliqua Italia regnum.

d anno IↃCCCLV. *Regino.*

nensem & Burgundiam: LOTHARIO sortito Austrasiam ab ipso vel parte nomen is *Lotharingiæ* habentem. Primus decedens Carolus maiori fratri Prouinciam siue Galliam Narbonensem; minori Burgundiam reliquit, quo mortuo Lotharingiæ regnum *a* diuisum fuit, & pars Gallica Carolo patruo, qui Calui cognomen habuit; pars Germanica fratri Ludouico, Romano imperatori, cessit, cuius possessiones sine liberis defuncti cum imperatoria dignitate CAROLVS Caluus fratri suo, defuncti maiori patruo, pontificis ope *b* præripuit, & abscissa Narbonensi Gallia, cui *c* BOSONEM, vxoris fratrem, regem dedit, quæ initia sunt Arelatensis regni; cetera cuncta in filium LVDOVICVM *d* Balbum transferri voluit, qui

a Aimoini continuator cap. 25. singulas vrbes vtriusque partis recenset.

b Aimoini contin. cap. 32. & Regino ad ann. IↃCCCLXXIIII.

c Idem Regino ad annum IↃCCCLXXVII.

d Cognominatus inde fuit, quod *impeditioris & tardioris esset eloquii*, Regino.

qui vero imperator fuit *a* sine Roma & Italia. Nam CAROLOMANNVS, Ludouici Germanici regis filius, inique ferens cum fratribus, præreptam patri hereditatem; *b* Italiam occupatam rexit, sine tamen imperatorio nomine. Hic a patre acceperat *c* Boiariam & Pannoniam, sicut frater LVDOVICVS orientalem Franciam, Thuringiam, Saxoniam, Frisiam & partem regni Lotharingici; CAROLVS autem Alemanniam & ciuitates transrhenanas; verum ita tribus regnis diuisa Germania in vnum mox rediit, defunctis fratribus, CAROLO succedente, cui ventris obesitas Crassi cognomen dedit. Nec Germaniæ tantummodo regnum coniunxit, sed in Italiæ quoque hereditatem venit, *d* Carolomanno, maiori fra-

E 3

a Hæc caussa est, vt multi ex fastis imperatoriis expungant. Regino ait, tantum *in regnum* patri successisse.

b Aimoini contin. cap. 32. & Regino.

c Hæc diuisio ex Reginone, est ad annum IↃCCCLXXXVI extr.

d Anno IↃCCCLXXX mortuus est Carolomannus; sequenti IↃCCCLXXXI Carolus

fratri, succedens; & in *a* Gallicanam, Ludouici Balbi filiis, Ludouico & Carolomanno, fataliter exstinctis. Felix sic successione, non autem imperio fuit, quippe animo & corpore marcescens displicuit proceribus, Germanis *b* ARNVLFVM, Carolomanni nothum filium sufficientibus; Italis ciuili discordia in factiones scissis; & Neustriæ partem *c* Nordmannis ex pacto impetran-

rolus Italiam in deditionem accepit & Romæ imperator creatus est. *Regino.*

a Ludouicus, Ludouici Balbi filius & successor, moritur IↃCCCLXXXIII: in eius locum sufficitur frater Carolomannus, qui interea Burgundiam rexerat & Aquitanniam, nam & hæc per Magnum Carolum ad Galliam reducta erat. Hoc ab apro, sequenti anno, inter venationes occiso, optimates Carolum imperatorem in regnum inuitant, vt contra Nordmannos tueatur. *Aimoin. Contin. c.* 40. & *Regino.*

b Anno IↃCCCLXXXVII Arnolfus subrogatur: pridie idus Ianuarias subsequentis anni moritur imperator Carolus. *Regino.*

c Sigebertus Gemblacensis ad annum IↃCCCLXXXVIII: at Mich. Ritius refert ad tempora Caroli Simplicis.

trantibus. Maiores ceteris turbæ in Italia erant, a BERENGARIO, Foroluliensi; & b GVIDONE, Spoletino duce, de regno dimicantibus, illo Insubrum, hoc Romanorum subnixo auxiliis. Pellitur Berengarius, reuertitur & vincit Arnulfi ope: rursus a LVDOVICO, Bosonis filio, quem Itali arcessiuerant, fugatur; sed breui post capit, quem fugerat, & c luminibus priuat. Gratum dissidium hoc barbaris fuit, hinc Saracenis, illinc Vngaris, nouo hoste, Italiam spoliantibus. Non felicior fuit respublica litteraria, ad paucitatem redactis, qui consultum stu-

E 4 diis

a Berengarius bis fugatus a Guidone, bis reductus ab Arnulfo, *Regino*, adde *Boxhorn* p. 504. *Hist. Vniv.*

b Pulso Berengario Guido imperatoris nomen sumsit, Ticinique sedem potentiæ collocauit. Fugatus tandem cum filio Lamperto, quem etiam regnasse Regino tradit, sanguinis vomitu exstinguitur.

c Errant multi veteres & noui scriptores, qui hunc Bosonis Ludouicum excæcatum cum filio & successore Arnulfi, eiusdem nominis, confundunt. Lege Regionem, Sigebertum & Ottonem Frising. lib. 6. c. 14. 15.

diis irent, vbique gentium barbarie inualescente, quamquam scholis institutis in rectum nitebantur cordati imperatores. Aliquantum nomen ex litteris adepti sunt Eginhardus & *b* Theodulfus, Carolo Magno æquales, ille in aula eius versatus; hic Aurelianensis episcopus: Agobardus, Lugdunensis antistes, sub Ludouico Pio: Haymo discipulus Alcuini, Abbas Fuldensis, & Halberstadiensis episcopus: Rabanus Maurus, Haymonis in cœnobio contubernalis, abbas postea Fuldensis, Moguntinus tandem archiepiscopus: Seruatus Lupus, *c* Ferrariensis abbas: Walafridus Strabus, abbas *d* Augiensis: Anastasius Bibliothecarius, præter alia, pontificum vitas scribendo persecutus: Hincmarus archiepiscopus Rhemensis: &

a Scriptor vitæ Caroli Magni, & vt quidam aiunt, gener.

b Theodulfi opuscula Sirmondus vulgauit.

c Ferraria abbatia Galliæ in Vastinio tractu XXIII leucis a Lutecia in meridiem.

d Augia abbatia in insula lacus Acronio cohærentis, prope Constantiam.

& *a* Aimoinus monachus, Franciarum rerum scriptor notissimus. Hi ita bonis litteris dederunt operam, vt irruentem barbariem haud potuerint propulsare, vt vel stilus eorundem argumento est. In Græcia inclaruerunt scriptis monumentis Theodorus *b* Studites, Nicephorus & Photius, Constantinopolitani patriarchæ ille compendiariæ chronographiæ auctor; hic Bibliothecæ excerptæ, Nomocanonis, & plurium epistolarum: & ipse imperator Leo VI, philosophi nomen a doctrina consecutus, scriptor Τακτικῶν iuxta & Βασιλικῶν. Photius imprimis doctrina eminuit, qua etiam tantam inuidiam, vt fit, contraxit, vt *c* tribus vix conciliis iudicari contro-

E 5 ver-

a Vossius IX, Spanhemius in X ponit.

b Cognomen a Studio est, monasterio Constantinopolitano ἡ τοῦ Στουδίου μονή. *Zonar.* 15. 14.

c Constantinopolitani Ignatium deposuerant, suffecerant Photium. Reclamabant Romani & alii, qui Ignatio fauebant. Tria in regia vrbe concilia coguntur. Primo confirmatur Photius, damnatur Ignatius: simul canones de moribus eduntur, quod inique

versia potuerit, Romanis laicatum & nescio quid obiicientibus. Nec leuior in Gallis controuersia Prædestinatiana erat, occasionem præcipuam præbente Godeschalco, monacho in Rhemensi dioecesi, etiam conciliis aliquot agitata, a vt Carisiaco, Valentino III & Lingonensi II, Hincmaro Rhemensi aduersus Godeschalci doctrinam pugnante: defendentibus contra Remigio Lugdunensi, Seruato Lupo atque aliis. Cetera quæ ad ecclesiam pertinent horum temporum, supra in conciliis & certaminibus sunt exposita. "

SAE-

Inique ferunt Romani, qui summo studio laborant, vt secundum concilium Ignatio plus, quam Photio, succurrat: tertio iterum Photius confirmatur: reiicitur Ignatius, indignantibus, qui student partibus Romanis. Vide Acta & canones, & adde Spanhemium Hist. eccl. p. 861. seq.

a Carisiacum villa & palatium supra Isaram. Concilium habitum est anno DCCCLVIII. *Vales. Notit. Gall.*

SAECVLVM X CHRISTIANORVM.

LAcer status Occidentis erat exorto nouo sæculo. Late per Hispanias dominati Arabes in regnis suis, Toletano, Cordubensi, a Cæsaraugustano, perpetuis Christianos bellis vexabant: nec Gallias vastare desierant Nordmanni, quibus inualidi reges opponebantur CAROLVS Simplex, Balbi Ludouici filius, ODONIS, sub finem superioris sæculi exstincti, successor, ab b Heberto seu Hugone captus & in carcerem coniectus: & RODVLFVS Burgundus, ac c Transmarinus LVDOVICVS,

a Vt Cordubense & Toletanum Saracenorum regna vbique in Hispaniæ annalibus memorantur: ita Cæsaraugustanum hoc demum sæculo innotuit. *Vasæus.*

b Mich. Ritius Reg. Franc. lib. 1. extr. Hebertum vocat, Viromanduorum regulum, non autem ipse regno potitus fuit, sed Franci Rodulfum, Caroli Burgundici ducis filium, sibi regem crearunt: Carolus autem mortuus in vinculis.

c In Angliam fugerat patre in vincula conjecto:

VICVS, Caroli Simplicis filius: & medio sæculo *a* LOTHARIVS, Transmarini filius, & hunc secutus LVDOVICVS V, Lotharii filius, breuis rex imperii, & vltimus stirpis Carolinæ, quem HVGO CAPETVS excepit, nouam stirpem inferens in domum regnatricem. Nec Germania intacta malis fuit, aut Britannia, hanc *b* Nordmannis atque adfligentibus ac Gallorum Franciam; illam Vngaris incurrentibus primo statim *c* anno LVDOVICI Imperatoris, Arnulfi filii, in quo post XII annos Germaniæ reges ex Caroli Magni stirpe mascula defecerunt, vno succedente CONRADO, Franciæ orientalis

enta-

[illegible]

iecto in exile redactus, Rodolfo mortuo, *Transmarini* nomen habuit. Sororem duxit Ottonis I, Rom. imperatoris, qui pulsum a suis restituit. *Ritius* *r.* *l.* & *Frisingens.* 6. 19.

a Lotharius XXXII annos regnauit, mortuus DCCCCLXXXVI.

b Dani vocantur Matth. VVestmonasteriensi & Flor. VVigorniensi, qui Britanniam insederant & adfligebant.

c qui vltimus annus erat superioris sæculi.

entalis duce, qui materno genere ad Magnum referri potuit, *a* bello autem intestino vexatus, curam Italiæ & imperatoriæ dignitatis posthabuit; quemadmodum etiam successor HENRICVS AVCEPS qui primus in Saxonum gentem regium Germanorum nomen intulit, Vngrorum victor in campis *b* Merseburgicis, & auulsæ recuperator *c* Lotharingiæ, munitorque plurimarum in Saxonia vrbium. Filius autem OTTO Magnus pristinam felicitatem Germaniæ reduxit victo *d* Berengario II, Italiæ rege, & *e* Sclauis Boiohoemi sub iugum missis, adiecit quoque regno Chersonesum Cimbricam, & Belgicas prouincias in deditionem

a Liuthprandus lib. 2. cap. 9.

b Otto Frising. 6. 18. Liuthprand. 2. 9.

c Continuator Regionis p. 75. ad A. 924, *Carolus & Henricus apud Bonnam pacem facientes fœdus ineunt, & Carolus nunquam sibi amplius Lotharienſe regnum usurpaturum promittens, regreditur.*

d Sigonius Regn. Ital. lib. 7, ann. 964.

e Frisingensis 6. 19. qui etiam de Belgica deditione, & Vngarorum clade testis est.

nem accepit, longeque remouit gentem Vngarorum. Ecclesiam quoque insigniter iuuit archiepiscopatum *a* Magdeburgi constituens, & plures episcopatus, Misnensem ad Albim, *b* Merseburgensem ad Salam, *c* Citicensem ad Elistrum, defunctus tandem anno sæculi DCCCCLXXIII, cum XXXVI imperasset. Partam patriæ gloriam conseruarunt OTTONES II & III, filius ac nepos, ille *d* Lotharii Galliæ regis, hic, *e* pontificiæ seditionis, non secus ac *f* auus, coercitor. Italia ab Ottonis imperio in societatem felicitatis Germanorum venit: antea misere turbata & ab regibus suis dilacerata. Berengarii enim miranda fata nunc

a Crantz. Metropoli lib. 6. c. 12.
b Botruf. lib. 2. Mutius lib. 13. extremo.
c præter annales etiam lapide cathedralis templi restante.
d Siffridus, & Crantzius 4. Saxon. c. 18.
e Ioannem, vitio creatum potificem excæcando. *Idem Sax.* 4. 24.
f Otto I papam Ioannem deposuit, & Leonem substituit. *Liuthprand.* 6. c. 8. *seq.* *Frisingens.* 6. 23.

nunc solius regis, nunc exsulis, nunc cum hoste diuisum regnum habentis, superiore sæculo recensuimus; quamvis etiam in hoc tempus pæne multa eius incurrant. Huius enim ætatis secundum Sigonium est, quod LVDOVICVS Bosonis eum grauiter adflixit, mox oculis ereptis ipse adflictissimus; & a RODVLFVS Burgundus eum interemit Flamberto cædis administro. Nec vero Berengarii sanguine exstincta est Italorum discordia; sed contra Rodulfum arcessitus HVGO comes Arelatensis intutum regnum habuit, nunc Rodulfo ab Italis repetito; nunc Arnoldo Boiariæ duce in spem regni sollicitato. His perfunctus seditionibus Hugo LOTHARIVM filium sibi adiungit, qui, post XIIII annos patre in Prouinciam regresso & breui post mortuo, solus biennium regnauerat, cum morbo confectus ex vita quoque excessit. b Medium fere sæculum erat

a Sigonius lib. 6. Regn. Ital. huius & sequentium vitas accurate scripsit.

b Annus sæculi XLIX secundum Sigonium

erat, cum *a* BERENGARIVS II, primi ex filia nepos, Veronæ rex Italorum crearetur, quem duodecimo post anno, vna cum filio ADELBERTO, regni socio, OTTO I, Germanorum princeps oppressit, & patriæ suæ Italiam cum augusti nominis dignitate coniunxit. Sic nouum Italorum regnum, Germanico oppositum, exspirauit, cuius sedes non Romæ, sed Veronæ aut Ticini fuerat. Tunc quoque *b* Calabriæ & Apuliæ partes, quas Græci adhuc tenuerant, ad occidentis imperium reducuntur, & securæ possessioni adfinitate consulitur, Nicephori Byzantini imperatoris *c* priuigna in vxorem Ottoni filio petita, quamquam *d* male hic postmodo iisdem in locis a Græcis est exceptus. Sed altius res Græcorum nunc repetendæ sunt.

Leo.

a De hoc & filio Sigonius sub finem lib. 6. de regn. Ital.

b Sigonius lib. 7. ad ann. ꝳ CCCCLXIX & Cranzius Metrop. 3. 31.

c Continuatio Regiom. extrem. & Cranzius c. l.

d Sigebertus, & Sigonius lib. 7. p. 18.

Leoni philoſopho ſucceſſerat frater *a* ALEXANDER, huic altero anno *b* CONSTANTINVS VIII, filius Leonis, qui Bulgarorum bello ſuorumque inſidiis fatigatus, *c* ROMANVM Lacapenum ſocium imperii ſumit, ſub quo primum in hiſtoriis *d* Croati & Serui memorantur, qui paullo ante videntur in Illyrium & Mœſiam ex Scythia irrupiſſe, Croatiæ & Seruiæ regna in illis locis condituri. Pulſo *e* Lacapeno ſolus iterum *f* regnat Conſtantinus, filiumque ROMANVM ſucceſſo-

a Zonaras 16. 15.

b ibid. cap. 16. Dictus *Porphyrogennetus.*

c Idem Zonaras lib. 16. cap. 18. Cognomen Λακαπηνός. Erat ſocer Conſtantini.

d Zonaras in Lacapeno, de Simeone Bulgarorum principe: κατὰ τοῦ ἔθνους τῶν Χρωβάτων ἐςράτευσε, & in Michaele Duca lib. 18. cap. 17. τὸ τῶν Χρωβάτων ἔθνος, οὓς δὴ καὶ Σέρβους τινὲς καλοῦσι.

e XXVI annos cum genero regnauerat. *Zonar.* 16. 22.

f Conſtantinus cum patruo & matre XIII, cum ſocero XXVI, ſolus XV annos, expulſo ſocero, regnauit. *Zonar. c. l.*

ceſſorem relinquit, quo poſt tres annos defuncto NICEPHORVS PHOCAS imperator factus *a* Cyprum, Ciliciam, & magnam Syriæ partem, victis & eiectis Agarenis, recuperat: percuſſor huius & ſucceſſor *b* IOANNES TZIMJSCA, Ruſſorum, Scytharum, & Saracenorum terror, auxit res recuperatas; etiam *c* BASILIVS, Romani filius, Conſtantini nepos, Iberos, Phœnices, Syros, Bulgaros in poteſtatem Romanorum redegit; vt auſpicatum & felix fuerit externis bellis Græcorum vergente ſæculo imperium. Eſt quoque, quod eccleſia ſibi ex hoc tempore gratuletur. Non vna enim barbarorum gens ad Chriſtum nunc conuerſa dicitur: *d* Nordmanni, cum Carolus Simplex in Francia regnaret, Rollone duce nuptiis regis filiæ ad ciuile & ſacrum,

a Zonaras 16. 24.

b Zonaras, lib. 17. ineunte, huius Tzimiſcæ victorias enarrat. Veneno ſublatus eſt, cum ſex annos & dimidium imperaſſet.

c Baſilius Porphyrogennetus. *Zonar.* 17, 5.

d Ritius de reg. Franc. lib. 1. extrem.

sacrum religionis foedus perducto: *a* Vngri, quos Turcos etiam ætatis illius scriptores vocant, cum Constantinus VII rebus Orientis præesset: *b* Russorum quoque, qui uunc *c* Moscoui vocantur; nec non Polonorum professio christiana ad hæc tempora potius, quam supe-

a Zonaras lib. 16. cap. 11. Adde quæ de Turcis ad sæculum IX pag. 95. diximus. Vngri autem sunt Vngari siue Hungari. In Pannonia enim & ad Istrum sedes habuisse tam Cedrenus, quam Zonaras testes sunt. Ille f. 548. οἱ πρὸς δύσιν ἐν Παννονίᾳ κατῳκημένοι Τοῦρκοι: hic in Leone Philosopho, Τοῦρκοι, οἱ περὶ τὸν Ἴστρον, οἱ καὶ Οὔγγροι καλοῦνται. Conuersionem alii ad Henrici II tempora referuant, cuius soror nupsit Vngarorum regi. *Gemblac. ad A.* CIↃ X.

b Idem Zonaras Russorum conuersionem in sæculo IX in Basilio Macedone recensuit: contra Spanhemius Hist. Eccles. p. 769 & 910. disputat, sub finem X sæculi integram gentem ad Christum adductam esse. Adde eundem de Polonis.

c Vel nomen hodie testatur Russos & Moscouos eosdem esse, vt adeo Liuthprandus caute interpretandus sit lib. 5. cap. 6. *gentem*, dicens, *quam a qualitate corporis Græci vocant Russos, nos positione loci vocamus Nordmannos.*

superiora pertinet, quamuis non negemus, raros christianos etiam antea in illis gentibus fuisse. *a* Danos etiam boreales, & Liuones ac Sueonas maiori tum euangelii lumine perlustratos esse, proditum in historiis est. Nec vero leuia damnata erant, quæ ecclesiam premebant, inualescens in dies superstitio, impietas *b* pontificum, ruditas monachorum, & omnium qui sacris operam addixerant: vt rari admodum fuerint, quorum litteraturam posteritas commemoret. Oriens Constantinum habuit, Porphyrogennetum vulgo cognominatum, qui, neglectis fere imperii habenis, totus fuit in litteris; Alexandria Saido siue *c* Eutychio Batricide, vari-

a Sub Henrico & Ottone, *VVittichind. lib.* 1. & 3. *pag.* 19. & 47. Adde Spanhem. c. l.

b Adi vel solum Liuthprandum lib. 6. cap. 6, quod nec Baronius diffitetur, intrusos fuisse in Romanam sedem homines *monstrosos, turpissimos, perditissimos, & usquequaque fœdissimos* &c.

c Eutychius est Græcum nomen: gentile *Said*, quod *felicem* sonat Arabice.

variis litterarum monumentis claro gloriata est. Occidens sterilior fuit, nec fere quemquam habuit, qui scribendo adeptus nomen sit, præter annalium rudi stilo conditores Regionem & Frodoardum, abbates, Liuthprandum, diaconum Ticinensem, Wittichindum monachum Corbeiensem, & paucos alios.

SAECVLVM XI CHRISTIANORUM.

SUperiore sæculo virtus Græcis videbatur rediisse: nunc rursus ignavia perduntur, quæcunque tot prœliis & periculis recepta fuerant. CONSTANTINVS, Basili Porphyrogenneti frater & in imperio collega, dum solus nunc rerum potitur, a Pazinacas & Saracenos vincit: at proximus

a Frequens his temporibus Pazinacarum, Scythicæ gentis, mentio. Trans Danubium colebant, vbi nunc VValachia est & Russia minor.

ximus successor ROMANVS *a* Argyropolus ab iisdem barbaris grauiter adflictus Syriam perdit, *b* Chalepi principe quidquid Christianorum erat, quoquouersus occupante. Quod per *c* scelus inuaserat MICHAEL IIII, natione Paphlago, imperium, post septennium pietate deponit, in ascetarum disciplinam inuita vxore secedens. Nec MICHAEL V siue Calaphates quidquam egit imperatore dignum, & ne agere in posterum posset, seditione deiectus est & luminibus priuatus. Sub CONSTANTINO monomacho *d* Turci, qui per Persidem se infuderant, totum Orientem occupant,

a Ἀργυρόπωλος, quasi argentarius.

b Vrbs Syriæ Χάλεπ: Aleppo nunc vocatur: tum sedes Turcorum principis. Ceterum hæc & quæ dicentur, potissimum ex Zonaræ annalibus sunt, quod semel indicasse sufficiat.

c Adulterii scelus, superstite Romano.

d Turci orientales, quos solos hodie hoc nomine adpellamus: non occidentales & Istri accolæ, de quibus supra non semel dictum fuit.

pant, & ab Occasu Nordmanni *a* Apuliam, Germanis nuper a Græcis extortam, inuadunt ac possident. MICHAEL Stratioticus, miles melior, quam imperator, altero anno abdicare se cogitur, sicut ISAACIVS Commenus post biennium palatio *b* Studiense monasterium, & purpuræ monachi habitum anteposuit. CONSTANTINI DVCAE exercitum delent *c* Vzi, Scytharum gens, & ex Macedonia vsque prædam abigunt, quamquam mox omnes deleti ab Vngris sunt & Scythis Pazinacis. *d* ROMANVS quidem DIOGENES, quem augusta maritum legerat Constantino mortuo, aliquamdiu represserat Sultanum, victricibus armis ad Euphratem progressus; grauia tamen

a Apuliam & Calabriam Germanos recuperasse amisisseque, supra in Ottonibus dictum est. De Nordmannorum inuasione Sigonius lib. 8.

b Vide supra pag. 105.

c Zonaras lib. 18. c. 9. in hoc imperatore.

d Huius Romani victorias lege apud Zonaram 18. 11.

men post hæc passus est, nec Iconium solum, futuram Turcorum regiam, aut solos *a* archistrategos interceptos vidit, sed ipse quoque captus a Turcis, a *b* suis autem crudelissime excæcatus fuit, *c* mitiorem sic hostem, quam domesticos expertus. Ex illo tempore cum MICHAEL *d* DVCAE imperaret, non amplius prædandi caussa prouincias Turci inuadebant, sed subacturi & possessuri, cum nemo esset, qui resisteret. Non a longinquo nunc hostis

a Erant Manuel Comnenus, imperatoris fratre genitus; & Basilacius. *Zonar.*

b Captus a Turcis, liberaliter habitus, atque dimissus pace facta: redux ex captiuitate in itinere a Constantinopolitanis, Andronico auctore, opprimitur, & oculis priuatur. *Zonar.* 18. 15.

c Constantinus Manasses p. 254. ed. Meurs.

Ἐλέγχει γὰρ αὐτογενεῖς τῷ βασιλεῖ προδότας
Ῥωμαίους ὁ τριβάβαρος, ἀλλόφυλος συμφύλους.
Γίνεται προμηθέστερος αὐτῷ καὶ τῶν οἰκείων.
Καὶ κηδεμονικώτερος αὐτὸς τῶν ὁμογνίων.

d Constantini Ducæ filius, ὁ τοῦ Δούκα.

hostis terrebat, sed Bithyniam ingressus, *a* Niceam & alia oppida occupauit, nec ALEXIVS Comnenus, qui *b* NICEPHORVM Botoniatem deiecit, prohibere potuit, ne *c* insulæ partim deficerent, partim ab hostibus subigerentur. Non enim a Turcis solis premebatur, sed a Francis quoque siue *d* Nordmannis ad Epidamnum victus & castris exutus fuit.

In Occidente Ottonibus successerat HENRICVS Sanctus, dux Boiariæ, conditor Bambergensis episcopatus, qui *e* Nordmannorum auxilio Apuliam Græcis

F

a Vnde est, quod sacri belli militibus hæc vrbs in transitu expugnanda fuit.

b Nicephorus successit Michaeli: Nicephoro Alexius.

c Cyprus, Creta, Chios, Lesbus, Samus Rhodus: quanquam postea recuperatæ a Græcis. *Zonar.* 18. 22.

d Robertus Apuliæ & Calabriæ dux, contra Alexium in Græcia bellum gessit. *Zonar. c. l.* & *Sigon. lib.* 9.

e Herman. Contractus ad annum CIↃ XXII, & Bertoldus Constantiensis principio continuationis.

cis erepturus male consuluit Italæ securitati, sedem in ea & dominationem figentibus, qui auxilio venerant, CONRADVS II siue Saliquus, Francus genere, *a* Burgundiam, quæ per annos plus quam CXXX suæ gentis reges habuerat, imperio adiungit, ex pacto vel testamento Rodulfi III, regum ex illa gente vltimi. HENRICVS III, siue Niger, *b* Vngaros, Polonos, Bohœmos compescit, & tres vitio creatos *c* pontifices & de sacerdotio alter-

a Idem ad ann. CIↃ XXXII, & Sigeb. Gemblac. ad ann. CIↃ XXXIIII, & Otto Frising. 6.30.

b Immo regnum Vngariæ Henrico traditum fuisse, idem Hermannus Contractus, grauis scriptor illorum temporum, refert ad annum CIↃ XLV. *Petrus*, inquit, *Vngarorum, Henricum regem ad se inuitatum magno paratu suscepit, eique regnum Panoniarum, principibus Vngarorum fidelitatem illi & successoribus iuramento firmantibus, reddidit.*

c Sigebertus ad ann. CIↃ XLVI, *Romæ vno contra duos, & duobus contra vnum de papatu contendentibus, rex Henricus contra eos Romam vadit, & eis canonica & imperiali censura depositis* &c.

altercantes deponit *a* totidem nouos constituit, iure iurando pollicentibus Romanis, se *b* sine imperatori consensu nunquam electuros esse antistitem. Quem vltimum constituit & contra Nordmannos defendit, Leo IX fuit, *c* primus pontificum, qui armis se tueri & bellum gerere, quamquam infelici successu, ausus est. Quinquennium supra medietatem sæculi erat, cum HENRICVS IIII, puer admodum, patri successit, *d* longo quidem, sed infelici imperio vsus, a papa Hildebrando, qui Gregorius VII dici volebat, & RVDOLFO anticæsare *e* atrociter agitatus, & a suo tandem *f* filio, exacto

a Bambergensem primo episcopum, Clementem II; deinde hoc mortuo Damasum II, & tandem Leonem IX.

b sunt verba Sigeberti Gemblacensis c. l.

c Hoc accurate, vt solet, exposuit Casp. Zieglerus in *Episcopo milite in vet. eccles. inviso*, cap. XI.

d quinquaginta annorum, sed tumultuum pleno & aduersarum rerum. *Sigebert.*

e Vide anonymum de Vita Henrici IIII.

f Henrico V, qui postea imperauit.

sæculo, depulsus in exsilium. Cetera Europæ regna minore historiarum luce illustrata sunt, præsertim septentrionalia. Angli ex Neustriæ Nordmannis nunc nouos reges accipiunt. In Francia Hugonem Capetum, nouæ familiæ conditorem, ROBERTVS filius, sub initium sæculi excepit, hunc a XXXIII annis filius HENRICVS, & post XXIX annos huic successit filius *a* PHILIPPVS, quem rebus in secuturum vsque sæculum præfuisse, suo loco dicemus. Hispania citerior, qua Christianis parebat, Aragoniæ & Nauarræ regna *b* coniuncta vidit: vlterior hoc memorabile habuit, quod, cum *c* Pelagius, Gothicus genere, Saracenis Hispaniam inuadentibus, non rex Gothorum, sed Legionis & Asturiarum, quo confugerant Christiani, cum successoribus adpellatus fuerat; hoc sæculo Castella, a comitibus adhuc recta, regni nomen acсере-

a Sigebertus ad ann. CIↃ LX.

b Vide Vasæi annales.

c Idem Vasæus cap. 16. prolegom. & Alfonsus a Çarthagena cap. 69.

ceperit, Sanctio Maiore Nauarræ rege, matrimonii iure eam prouinciam consecuto, quam filio *a* FERDINANDO dedit, qui Legionis regnum connubio adiunxit, vt ex hoc tempore non amplius Legionis & Asturiæ, sed Legionis & Castellæ reges, oblitterato Asturiarum nomine, dicerentur. Hunc Ferdinandum Imperatoris titulum adfectasse, sed cohibitum fuisse ab Henrico III, Germaniæ rege & Romano imperatore, ipsis Hispanorum *b* historiis proditum est.

Exeunte hoc sæculo *Bellum Sacrum*, seu expeditio in terram sanctam, in concilio *c* Claromontano decreta fuit. Multi ergo principes duce *d* GODOFREDO Bullionæo ex Europa in Asiam traiecerunt, &, Nicea Bithyniæ

 ope-

a Vasæus c. l. & Tarapha ad ann. CIↃXXV.

b Ioann. Marianæ lib. 9. cap. 5.

c Clarus Mons ciuitas Aluerniæ, vbi concilium coactum fuit anno CIↃXCV. *Robertus Monachus lib.* 1. *VVilhelm. Tyr.* 1, 14.

d principe tractus Lotharingici.

a operoso obsidio capta, per Pisidiam & Lycaoniam, non semel cum Turcis confligentes, transeunt, & *b* Tarsum cum aliis Ciliciæ oppidis expugnant. *c* Edesseni Balduinum, ducis fratrem inuitabant, vrbem regiam ipsi dedentes, cum maior exercitus pars Antiochiam, quæ ad Orontem est, obsiderent, & post multos labores inexpugnabilem proditione *d* ciuis Christiani caperent, eamque contra Turcos, qui recuperatum ibant, turpem quamuis famem perpessi, fortiter defenderent. Inde *e* Hierosolyma expugnata Godofredum, qui dux militiæ fuerat, *f* regem constituunt,

a nauibus per terram è mari Constantinopolitano in lacum (*Plin.* 10. *epist.* 50.) deductis, qui in occidentale vrbis latus tutum præstabat. *Guil. Tyr.* 3: 6.

b Idem lib. 3, cap. 22.

c Idem lib. 4, cap. 2.

d Albertus Aquensis lib. 4. Robertus Monachus lib. 5. Guil. Tyrius lib. 5. cap. 21.

e Idem Guilelmus lib. 8. cap. 18. Robertus lib. 8. Aquensis lib. 6.

f Guil. Tyr. lib. 9. cap. 2. Aquensis lib. 6. cap. 33.

tuunt, cui post annum defuncto frater *a* BALDVINVS successit princeps Edessenorum. Hæc origo est Christianorum Hierosolymitani regni, quod octo tantum regibus mansit, durauitque annos LXXXVIII. Dum ita crescere res in Oriente videbantur, damnum haud leue sensit in Occidente ecclesia, Hildebrando pontificiam potestatem *b* supra reges & imperatores extollente, quæ eo plus roboris in dies accepit, quo pauciores in Europa relicti principes erant, optimo quoque ad sacram se militiam addicente, qua vel exstinctus fuit, vel procul ab Euro-

a Idem Alb. Aquensis lib. 6. cap. 30. & 43.

b Notus ex Sigeberto ad annum CIↃLXXVII & aliis, fastus hominis, qui cum Rudolphum contra Henricum inauguraret, coronam ei misit inscriptam.

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rudolfo.

De hoc papa morituro idem Sigebertus ad ann. CIↃLXXXV refert, *Deo, Petro & toti ecclesiæ* confessum esse, *se valde peccasse in pastorali cura*, quod Baronius quidem mendacium vocat, Sigebertus autem testatur: *De hoc ita scriptum reperi.*

pæ finibus ſubmotus. Litterariam rem, vt tempora ferebant, iuuerunt apud Græcos *a* Theophylactus, Achridenſis Bulgarorum metropolitanus, qui æque ac Oecumenius, eiusdem fere temporis ſcriptor, Chryſoſtomi monumenta diligentiſſime expreſſit, vt fere epitomen illorum feciſſe videantur; Georgius Cedrenus monachus, & Ioannes Curopalata, conditores hiſtoriarum: in Occidente Fulbertus & Iuo, Carnotenſes epiſcopi; Lanfrancus, Cantaurienſis archiepiſcopus, qui Berengario, *b* Turonenſis eccleſiæ vel Andegauienſis diacono, de *c* ſacra Euchariſtia contra antiquam fidem ſentienti, tam ſcripto libro, quam voce & ſuffragio in *d* Romana ſynodo cum primis reſtitit; & annalium ſcriptores Hermannus

a Dubia multis, aliis paullo antiquior Theophylacti & Oecumenii ætas. Conſule præter alios & Spanhem. ad ſæcul. x.

b Sigebertus ad ann. CIↃ L I. Turonenſis eccleſiæ, ceteri Andegauienſis diaconum vocant.

c Idem Sigebertus c. l.

d ſub papa Nicolao II, anno CIↃ L IX.

nus Contractus, Augiensis monachus, *a* nobili genere; Bertoldus Constantiensis, Lambertus Schafnaburgensis, Ingulphus Anglus, & Marianus Scotus, monachus Fuldensis.

SAECVLVM XII CHRISTIANORVM.

CUm Balduinus I Hierosolymæ regnaret, noua *b* expeditio in Palæstinam ex Occidente suscipitur, sed fraude Alexii imperatoris *c* quinquaginta millia hominum in Asia minore cæduntur. Regno post hæc accesserunt *d* Antipatris, Cæsarea, Ptolemais, Tripolis, Berytus, & auxiliantibus Danorum *e* Norwagorumque nauigiis valida vrbs Sidon, Saracenis aliquoties in fu-

F 5

a Ex illustri comitum Veringensium genere, quorum possessiones nunc Hohenzolleriani tenent.

b Guilelm. Tyrius lib. 10. cap. 12.

c Idem cit. lib. cap. 13.

d Obsidionales has expeditiones scripsit idem Guilielmus lib. 10. cap. 14. & lib. 11. cap. 10. 13.

e Idem lib. 11. cap. 14.

fugam conuersis, quos cum in Aegyptum vsque persequeretur, ipsi expeditioni rex *a* immoritur. Sufficitur BALDVINVS II, *b* ancipiti Marte cum Turcis ad Antiochiam pugnans & tandem *c* captus, sed post XVIII menses, datis obsidibus & ingenti redemtionis precio promisso, libertati redditus. Antequam vero liberaretur, Venetorum ope, qui nunc potentes mari erant, *d* Tyrus in deditionem redacta fuit. Mortuo Balduino Andegauensis comes *e* FVLCO, gener illius, successor datus est, qui vndecimo regni anno equo praecipitatus, dum *f* leporem vena-

a Balduino II, filio comitis Retelii, Eustachius, frater Godofredi & Balduini I, regnum cessit. Consanguineus Bullionaeorum erat, etiam antea successor Balduini I in ducatu Edesseno per XVIII annos: succedit in regno anno CIↃCXVIII. *Tyrensis lib.* 12. *c.* 1. & 3.

b vincitur & vincit, lib. 12. cap. 10. & 12.

c Bis capitur, lib. 12. c. 17. & 19.

d Idem Guil. Tyrius lib. 13. cap. 6. seq.

e Idem lib. 14. cap. 1.

f Idem lib. 15. cap. 27, & Robertus de Monte ad A. 1143.

venatur, animam exhalauit. Filius BALDVINVS III, tredecim annorum puer, *a* Edessam amittit, quo tempore *b* Conradus III imperator, & *c* Ludouicus VII rex Galliæ in Palæstinam moturi, ille ad Iconium, hic inter Laodiceam & Attaleam Turcorum insidiis tantum non opprimuntur. Qui euaserant periculo, *d* Damascum obsident, sed, ducibus peccunia corruptis, soluitur obsidio, & infectis rebus *e* Conradus in patriam reuertitur. Rex Balduinus III, Ascalone in potestatem redacta, apud Tripolim *f* medici, vt putabatur, perfidia exstinguitur, regnum fratri AMALRICO relinquens,

 qui

a lib. 16. cap. 5.

b ibidem cap. 20. seq. Robertus de Monte ad ann. CIↃCXLVII. & Sanutus lib. 3. part. 6. cap. 19.

c Guilelmus Tyr. cap. 23. seq. & Robertus c. l.

d Guil. Tyr. lib. 17. cap. 4. seq.

e ibidem cap. 8.

f Pillulas venenatas medicus a Christi cultu alienus dederat. Mortuus an. CIↃCLXII. *Guil. Tyr.* 18. *extremo.*

qui *a* Aegyptis ad petendam pacem coactis fato concessit, cuius filius BALDVINVS IIII, Saladinum Aegypti dominum, *b* aliquoties vicit, tandem ab eodem ad Sidona victus, rerum summam, quam per morbum administrare nequibat, comitibus commisit, & tandem sororis filium *c* BALDVINVM V, quinque annorum puerum, successorem constituit, qui *d* vnum tantummodo annum superstes fuit auunculo. Vitricus ergo *e* GVIDO, matre pueri nitente, inuitis aliis, rex factus eas turbas discordiæ concitauit, quibus regnum breui post tempore euersum est penitus. Saladinus enim *f* fugato Gui-

a Idem lib. 19. cap. 5. & 26. seq. captis nempe præcipuis oppidis Cayro & Damiata. *Marinus Sanutus lib. 3. part. 6. cap. 22.*

b Mar. Sanutus lib. 3. part. 6. extrem.

c Vide Tyrium lib. 22. cap. 25. & 29, & Marinum Sanutum lib. 3. part. 6. extrem.

d Mortuus Balduinus IIII anno CIↃ C LXXXV; puer Balduinus CIↃ C LXXXVI. *Sanut. c. l.*

e Sanutus lib. 3. part. 6. cap. 24.

f Guido pulsus a Saladino in Cyprum refugit,

Guidone *a* Hierosolymam cum præcipuis vrbibus occupauit, & actum fuisset de Christianorum rebus, nisi ex Europa auxilia opportuna subuenissent, quibus Ptolemais, Tyrus & aliæ christiani regni partes sunt recuperatæ. Hierosolyma adhuc manebat in potestate barbarorum. Dum hæc in Palæstina geruntur, Byzantii patri Alexio successerat IOANNES Comnenus, Hunnorum in *b* Pannonia victor, Scytharum quoque, Thraciam inuadentium repressor, qui in Cilicia, ex Syria redux, inter *c* venandum vulneratus interiit. Hunc excepit filius MANVEL, Conrado III, Romano imperatori *d* adfinitate iunctus, sed subdo-

F 7 lus

fugit, quam insulam ab Richardo, Angliæ rege, qui proxime subegerat, possidendam accepit. *Nicetas de Isaac, Ang. lib. 2. extremo.*

a Idem Sanutus lib. 3. part. 9. cap. 6. Amissa autem Hierosolyma anno CIƆCLXXXVIII.

b Nicetas Choniates in Ioanne cap. 4. & 5.

c Guil. Tyrius lib. 15. cap. 23.

d Comes enim Sulzbacensis Berengarius du-

lus & fraudulentus, sacræ expeditionis milites panibus ex farina & *a* gypso compositis occidens, postea *b* victus a Sultano Iconiensi. Nec alio in militiam hanc animo successores sunt, quippe ANDRONICVS Comnenus, pueri Alexii pro tutore *c* percussor Constantinopoli *d* Latinos alios in fugam pellit, trucidat alios: & ISAACIVS ANGELVS, *e* fœdere cum Saracenis percusso, *f* infidus est in sacros milites, sub Friderico Aenobarbo in Palæstinam proficiscentes: nec ALEXIVS DVCAS, Murtzufius cognomento, im-

os imperatores, Orientis & Occidentis, habuit generos. *Otto Frising.* I. 23. *Gest. Frider. & Tyrens.* 16. 23.

a Nicetas lib. I. de Manuele cap. 5. p. 74. τοῖς ἀλφίτοις ἐμφύρσαντες τίτανον ἐπίουν τὰ σῖτα ὀλέθρια. Sibi autem non constare ait, an imperatore iubente, ὡς ἐλέγετο, *ut fama erat*, hoc factum sit.

b Idem Nicetas lib. 6. vitæ Manuelis.

c Nicetas in vita Alexii huius cap. 18.

d Idem c. l. cap. 11.

e Idem in Isaacio Angelo cap. 5.

f ibidem cap. 3.

imperii raptor, aliter adfectus erat. Nulli horum impune perfidia cessit, sed iste *a* horribili vitæ exitu; ille *b* oculorum orbitate; hic *c* exsilio ac fuga Latinis pœnas dedit. In Germania post initium sæculi HENRICVS V imperabat, *d* impius in patrem pontificum instinctu, quibus *e* ius inuestituræ clericorum cessit, sicut successor LOTHARIVS Saxo possessiones *f* Mathildianas, quod Petri patrimonium adpellatur. CONRADVS III, euerso æmulo HENRICO Superbo, sacræ militiæ, vt prædiximus, se dedit, quam-

quam

a Verberibus enim sane multis adfectus, manu & altero oculo truncatus, scabioso camelo per vrbem vectus & stercore contaminatus, tandem pedibus suspensus est, vt lenta morte exstingueretur. *Nicetas in Andronico lib. 2. c. 12.*

b Idem lib. 3. cap. 9. de Isaacio Angelo.

c Vide initium sæculi sequentis.

d vide supra dicta pag. 123.

e Appendix ad Chron. Mariani Scoti.

f Mathildis, partis Hetruriæ domina, fertur possessiones suas pontifici testamento donauisse, mortua circa annum CIↃCXV.

Suspe-

quam aliorum discordia impeditus infectis rebus ex Palæstina domum reuertit. Nec felicior eo bello fratris filius FRIDERICVS Barbarossa, *a* victor quidem Iconiensis Sultani, in limite autem *b* Armeniæ Minoris, aut Syriæ, non magno flumine submersus, inopinato fato maximum sui desiderium reliquit. Nam patriæ rebus haud male consuluerat, cuius & hæc memoranda facta sunt, quod *c* Bohoemis regem pro duce dedit, & *d* Franconiæ ducatum Herbipolitano episcopo donauit. Filius FRIDERICVS, consors militiæ, Phœnice & Cœlesyria recu-

—Suspectam vero donationem reddit, quod an. CIↃXV, Conrado abbate Vrspergensi teste, *ab Italia directi nuntii ad defunctæ prædiorum terras amplissimas hæreditario iure possidendas cæsarem* Henricum *inuitarunt.*

a Nicetas Choniates in Isaac. Aug. lib. 2. cap. 6. & 7.

b Idem cap. 8. & Siffridus ad ann. CIↃCXC.

c Guntherus 6. Ligur. v. 446.

d Trithemius chron. Hirsaugiens. ad annum CIↃCLXVII.

recuperatis expeditioni *a* immoritur: alter filius HENRICVS VI *b* Siciliæ quoque regnum cum Italiæ parte matrimonii iure, quod filiam Rogerii regis vxorem duxerat, consecutus est cum *c* Asperi cognomine, quod durius in eos, qui regnum occupauerant, consuluisse videbatur. Siciliam enim, quam Græcis Saraceni eripuerant, *d* Rogerius Nordmannus vindicauit, filioque reliquit Simoni, sine tamen regio nomine: cui frater *e* ROGERIVS cum successisset, Calabria & Apulia auctus, rex Siciliæ creatur, regnique sedem Panormi primus constituit. Ab huius filio & nepote *f* GVILELMIS ad *g* TANCREDVM, Rogerii nothum filium, Siciliæ regnum translatum fuit,

a Nicetas c. I. cap. 8.

b Thom. Fazellus de Reb. Sic. dec. post lib. 8. cap. 1.

c Idem Fazellus c. 1.

d Idem Fazellus lib. 7. cap. 1.

e ibidem cap. 3.

f filius *Malus*, nepos *Bonus* cognominatus. *Fazell.* cap. 4. & 5.

g ibidem cap. 6.

fuit, cuius filium ROGERIVM II sub auspicium regni imperator HENRICVS *a* dolo oppressit, atque ita Siciliam cum magna parte Italiæ circa *b* Neapolim & Apuliam dotis titulo, vxori debitæ, Tancredi familiæ & Nordmannorum genti extorsit anno humanæ salutis MCXCV. Gallia longæuos reges his temporibus vidit. Philippo enim *c* XLIX annorum regi, & LVDOVICO VI annorum XXVIII, successit *d* LVDOVICVS VII, filius sexti, & huic post XLII annos filius *e* PHILIPPVS II, vterque sacra militia nobilitatus, ille Conradi III temporibus, hic *f* vna cum Richardo rege Anglorum. Nam etiam Anglia nunc reges suos ostentat,

ex

a quasi partiturus cum eo regnum esset: imprudenter consentientem cepit & in exsilium misit. *Idem lib. 7. cap. 7.*

b Inde nomen natum est regni Neapolitani, quod cum Siciliensi coniunctum fuit.

c Mortuus Philippus I ann. CIↃCVIII.

d Robertus de Monte ad annum CIↃCXXXVII.

e Idem Robertus ad ann. CIↃCLXXXI.

f Sanutus lib. 3. parte 10. c. 4.

ex Galliæ Nordmannis ortos, pactis & victoriis potitos regno, *a* GVILELMOS patrem & filium, sed hos sub finem sæculi prioris; HENRICVM fratrem minoris Guilelmi, & *b* STEPHANVM sorore eius genitum, quem HENRICVS II, itidem dux Nordmanniæ, & tandem vergente sæculo filius Henrici RICHARDVS, excepit, qui in Hierosolymitano itinere Cyprum *d* Græcis ereptam Guidoni *e* concessit, Palæstinæ regno ab Saracenis nuper expulso. Hispania nouos Alfonsos, Sanctios, Ferdinandos nume-

a Guilelmus, dux Nordmanniæ, ex pacto, quod cum Heraldo fecerat, successurus erat Eadvvardo Angliæ regi: cum vero Heraldus pactis non staret, acie victus cecidit, & Guilelmus regnum sibi ac posteris adquisiuit, coniunctamque tenuit Nordmanniam. *Matth. VVestmonast. ab anno* CIↃ LIX. *pag.* 218. *seqq.*

b Rob. de Monte ad ann. CIↃCXXXV.

c VVestmonast. ad ann. CIↃCLIIII.

d Præfectus insulæ erat Isaacius Comnenus, iniquus sacræ militiæ, a Richardo captus. *Nicetas lib. 2. extrem. de Isaac. Angelo.*

e ἐδωρήσατο ὡς σφετέραν χώραν τὴν Κύπρον τῷ Ἱεροσολύμων ἡγήτορι ῥηγί. *Nicetas c. l.*

numerauit. ALFONSVS VI *a* Toletum Saracenis inclinato sæculo superiori eripuerat: & ALFONSVS VII *b* Aragoniæ primum, deinde etiam Castellæ & Legionis rex matrimonii iure, Cæsaraugustam, Tudelam, Bilbilim recuperauit, prohibere autem non potuit, quo minus ingens vis barbarorum ex Africa in *c* Bæticam se denuo infunderet, Granatensis regni fundamentum altero sæculo positura. Filium SANCTIVM Castellæ, FERDINANDVM Legionis heredem fecit, *d* diuidens regna, non prius, quam in Ferdinando III coniungenda. Portugallia etiam nunc reges habere cœpit, ALFONSO, Alfonsi VI, Castellæ & Legionis regis progenero, a militibus, cum contra Saracenos pugnaret, rege salutato, cum antea dux, pater vero Hen-

a Roderic. Sanctius part. 3. cap. 29. & Francisc. Tarapha ad ann. CIↃLXXIX.

b Idem Tarapha ad ann. CIↃCVI, & in Alfonso IX.

c Rodericus Sanctius part. 3. c. 31.

d Vasæus prolegom. c. 19.

Henricus Lotharingius, gener Alfonsi VI, comes Portugalliæ adpellaretur. Ecclesia piissimos patres admirata est, a Anselmum Cantuariensem archiepiscopum, & b Bernhardum, abbatem Clareuallensem, quibus accedunt Petrus Cluniacensis abbas, Hugo & Richardus, vterque de Sancto Victore cognominatus. Hi editis in lucem libris plus christianæ rei bonisque moribus contulerunt, Bernhardus præsertim & Anselmus; quam qui æquales fermè eisdem fuerunt Petrus Lombardus & Gratianus, sententiarum aut canonum collectores. Historiis scribendis operam dederunt Sigebertus, Gemblacensis monachus; Otto episcopus Frisingensis, Godofredus Viterbiensis, & belli sacri scriptorum præcipui Albertus c Aquensis ac Guilel-

a Anselmus mortuus anno CIↃ C IX, *Sigebert.* vnde in superiore sæculo ab aliis scribitur, quo maxime floruit.

b Bernhardus fit monachus CIↃ C XIIII, moritur CIↃ C LIIII. *Rob. de Monte.*

c Ab Aquisgrano hoc nomen deduci, Barthius

Guilelmus *a* Tyrensis archiepiscopus. In Græcis clari erant Ioannes Zonaras ab orbe condito ad sua tempora historiam persecutus; & Theodorus Balsamo, illustrator canonum synodicorum, quam viam etiam ingressus est ipse Zonaras. Iudæorum diu sepulta studia hoc tempore excitabantur a Salomone Isacide Trecensi, quam *b* Iarchi vulgo cognominant, R. Abrahamo Ben Esra; tribus Kimchiis, patre Iosepho, filiis Mose & Dauide; R. Mose Maimonide, & Mose Gerundensi, quibus celebrem peregrinatorem adiungo R. *c* Beniamin Tudelensem: & auctores

a A-thius auctor est MS. commentario. Germanum certe fuisse, ex stilo non obscura indicia sunt.

a Dicitur VVilhelmus Tyrius & VVillermus Tyrensis; aliis Germanus est natione, Gallus aliis, Vossio Syrus videtur, quem vide de Hist. Lat.

b De hoc falso cognomine *Iarchi* in Rabbinismo nostro disputamus.

c Finiuit orbis terrarum iter R. Beniamin anno CIↃCLXXIII, eodem etiam mortuus est. *Iuchasin pag.* 134. & *Zemach. David p.* 55.

a Aruch, Cosri, & Seder Olam. Sub idem tempus *b* Dauid el Dauid, falsus Messias, multos in Persia decepit, fabulam tandem capitali supplicio finiens.

SAECVLVM XIII CHRISTIANORVM.

FRanci & Veneti auxilia in Palæstinam deducentes obuium habebant in itinere *c* Alexium puerum Isaacii Angeli filium, de iniuriis Alexii patrui, qui fratre suppresso imperium inuaserat,

a De his, vt & ceteris idem R. Gans & Zemach Dauid p. 54.

b De hoc in Schefet Iehuda cap. 31. copiose, vnde excerpta in Rabbinismo dedimus. In Zemach Dauid pag. 54. euentus Dauidis el Dauid, qui עשה את עצמו משיח *seipsum Messiam fecerat*, ita describitur, לסוף נכרתר אשו והיהודים נענשו מאה ככרי זהב *tandem præfectum est caput eius & Iudæi multati sunt centum talentis auri.* Ponit hoc R. Gans in anno חת״צה, qui Christianorum est cIↃ cxxxv.

c Nicetas lib. 3. de Alexio Commeno cap. 9. Sabellicus Hist. Venet. Decad. 1. lib. 8.

rat, grauiter conquerentem. Moti indignitate rei principes Conſtantinopolim expugnant, & ALEXIO V paternum ſolium reſtituunt. Poſt hæc puero imperatore per *a* ALEXIVM MVRTZVFLVM ſublato, Franci cum Venetis denuo *b* expugnant Conſtantinopolim, & BALDVINO Flandriæ comite in ſolium euecto, Græcum imperium ad Latinos ſub initium ſæculi transferunt. Contra hunc Niceæ in Aſia imperator ſalutatus eſt *c* THEODORVS LASCARIS, Alexii fugitiui gener: DAVID vero & ALEXIVS, Andronici tyranni nepotes, *d* Ponticam Aſiam occuparunt, ille quidem Hera-

a Idem Nicetas in Vita huius pueri ſub finem. *Murtzufli* cognomen ibidem cap. 4. ita explicatur, ὁ Δούκας Ἀλέξιος, ὃς ἐκ τοῦ συνεσπᾶσθαι τὰς ὀφρῦς, καὶ οἷον τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπικρέμασθαι πρὸς συνεφήβων Μούρτζουφλος.

b Nicetas in Murtzuflo cap. 2, & Sabellicus c. l.

c Nicephorus Gregoras lib. 1, & Nicetas in Balduino cap. 10.

d Nicetas Choniates c. l.

Heracleam & Paphlagoniam; hic Trapezuntem, Sinopen & Colchidem, quæ initia sunt imperii Trapezuntini, post CCL circiter annos a Turcis destruendi. Lascari Niceæ sedem figenti Bithynia, Lydia, Smyrna & Ephesus parebant, & his interiecta oppida, & plures Aegæi maris insulæ, qui vero a Manueli Maurozomæ, socero Iconiensis Sultani, Chonas & Phrygiæ Laodiceam cum aliis ad Mæandrum sitis oppidis concessit, vt Sultanum amicum & socium haberet contra Latinos. Sic diuisum erat Orientis imperium, vt tamen primæ partes & regia Constantini vrbs penes Latinos ad quartum successorem manerent. Balduino enim a b Bulgaris capto & crudelissime necato suffectus est frater

G a HEN-

a Nicetas Choniates in Balduino cap. 10. hæc prodidit & præcedentia.

b Nicetas c. 1. ἐν τῷ Σκυθικῷ πολέμῳ, *Scythico bello*: Gregoras l. 1. c. 5. ait ab Asane, *Bulgarorum* principe, victum captumque fuisse: addit vero, cum μισθοφορικὸν οὐκ ὀλίγον ἐν τ περὶ τὰ βόρεια μέρη τοῦ Ἴστρου Σκυθῶν habuisse.

a HENRICVS. & huic exstincto b PETRVS, Altisiodorensis comes, & huic quoque, a Lascarinis intercepto, c ROBERTVS, Petri filius; sorore Balduini & Henrici Iolenta genitus, & tandem frater illius d BALDVINVS II, qui a Palæologo pulsus in Galliam e fugit, nec vel f Caroli Siciliæ regis adfinitate recuperare potuit, quem locum & dignitatem amiserat. Niceæ post Theodorum

a Nicetas & Gregoras c. I.

b Gregoras lib. 4. cap. de ἁλώσει vrbis, non censet Petrum in numero Latinorum imperatorũ, forsan quod interceptus a Lascarinis fuit, antequam in vrbem veniret: Romæ autem a papa Honorio coronatum fuisse, in vitis pontificum refertur. Plura de illo in Chron. Hirsaug. T. I. p. 528.

c Niceph. Gregoras lib. I. & 4.

d Nich. Ritius lib. de Regib. Hierosol. extremo, interponit Ioannem Brennum, Hierosolymitanum quondam regem, cui ex pacto Balduinus imperium ad tempus cesserit.

e Pachymeres lib. 2. c. 27.

f Pulsus, vbique terrarum auxilia quæsiuit ad recuperandum perdita, apud pontificem, Venetos, Gallos, Siculos; verum nec data

dorum *a* IOANNES gener, & hoc defuncto *b* THEODORVS II, nepos primi ex filia, imperauerat, cum MICHAEL PALAEOLOGVS, *c* filio Theodori oppresso, Constantinopolim nocturnis insidiis recuperauit. Annos *d* XXI in vrbe recepta regnauerat Palæologus succedente in patris defuncti locum ANDRONICO filio,

G 2

data nec negata auxilia. *Sabellic. de Venet. dec.* 1. *lib.* 10. *p.* 168. Solus Carolus, Siciliæ rex, pronior erat ad opem ferendam, cui id vero haud permisit pontifex Romanus. *Georg. Pachymeres, lib.* 2. *cap.* 32. *& lib.* 4. *cap.* 29. *lib.* 5. *cap.* 8. *&* 26.

a Lasaris cum XVIII annos imperasset, diem suum obiit, imperium relinquens Ioanni Ducæ, genero suo. *Gregoras lib.* 2. *pr.*

b Hic etiam *Lascaris* ex matre cognominatur, imperio admotus anno CIↃCCLV, mortuus CIↃCCLIX. *Possinus ad Pachymerem.*

c Ioanni nomen puero erat, quem Palæologus excæcauit. *Pachymeres lib.* 2. *c.* 9. *& lib.* 8. *c.* 10.

d Recepta Constantinopolis an. CIↃCCLXI. mortuus Palæologus CIↃCCLXXII. *Possinus in chronol. Pachymeris.*

lio, de quo sequenti etiam seculo dicturi sumus. His temporibus desperatæ res Christianorum in Palæstina erant, & vix nomen regni reliquum, quod GVIDO fratri *a* ALMARICO, hic genero *b* IOANNI Brenno reliquerat, quo cedente *c* FRIDERICVS II Romanus imperator & rex Siciliæ vsurpauit, Hierosolymam barbaris denuo extorquens, quæ vero breui post tempore cum Tripoli, Sidone, Beryto, & ceteris oppidis *d* amissa rursus fuit: quemadmodum paullo ante *e* Ludouicus IX, rex Galliæ, Damiatam quam ceperat, ipse mox *f* captus cum ingenti pecu-

a Sanutus Torsellus lib. 3. part. 10. c. 8. extr.

b Idem part. 11. cap. 3. & 4.

c Fazellus de Sicul. lib. 8. in Friderico, & Ritius de Reg. Hieros.

d Vide Sanutum Torsellum lib. 3. part. 12.

e Idem c. 1. cap. 2. & Siffridus ad ann. CIƆ CCXLIX.

f Solos fratres regis captos Aemilius Veronensis lib. 7. scribit: Siffridus autem c. 1. & Sanutus c. 3. ipsum quoque regem; & Ritius lib. 2. & regem & fratrem; non fratres.

pecunia, vt cum fratribus liberaretur, reddere coactus fuit. Sic cunctis deperditis sola Ptolemais restabat, arx belli, & Tyrus, cum paucis castris Christianorum: a Ptolemaide autem a Saracenis expugnata, b Tyrus quo & castella cetera metu deseruntur, Christianis, qui supererant, in Armeniam, Ciliciam & Cyprum diffugientibus: & exspirauit Christianorum in Oriente imperium anno post Bullionæi victoriam CXCVI, sæculi vero, quod scribimus, XCI. Certarunt tamen aliquamdiu de inani nomine amissi regni reges Cypri & Siciliæ, vel genus ducentes ex c Isabella regina, vel d Mariæ heredis caussati donationem. Siciliæ clades, quæ *Vesperis Siculis* nomen dedit, nouennio antecesserat supremam Christianorum in Palestina calamitatem.

a Sanutus Torsellus lib. 3. part. 12. cap. 21.
b ibidem cap. 22.
c Mich. Ritius lib. extr. de Reg. Hierosolym. Fuit soror Balduini IV, matertera quinti.
d Sanutus Torsellus part. 12. cap. 15. 16. Carolum Siciliæ regem intelligens.

XIII. Diximus Henricum VI. Romanum imperatorem, Siciliam Nordmannis eripuisse, a quo filius *a* FRIDERICVS II acceptam suo filio *b* CONRADO reliquit, quem frater MANFREDVS, Apuliæ princeps, veneno, ut creditur, subuertit, ipse vero parum proceribus carus, *c* CAROLVM, fratrem Ludouici regis, ex Gallia euocantibus, qui non modo Manfredum prœlio vicit, quo is etiam occubuit, sed CORRADINVM quoque, Conradi filium, qui paternum regnum recuperatum ibat, securi in Neapolitana ciuitate percussit. Cum vero *d* superbius Galli Siceliotis imperarent, frustraque illi apud regem, in Italia agentem, conquesti fuisset; tanta coniuratio, Archyta duce, facta in cunctis ciuitatibus

a Fazellus lib. 8. cap. 2.

b ibidem cap. 3., vbi etiam de Manfredo, qui nothus filius Friderici erat, & Corradino agitur.

c ibidem cap. 3. & 4.

d Lege Fazellum in Carolo p. 450. iniurias Gallorum egregie scribentem.

tibus est, vt III paschatis feria anni MCCLXXXII, signo campana ænea dato, per totam insulam *a* omnes Galli trucidarentur, PETRO Aragoniæ rege qui advocatus fuerat, in regnum succedente, nec recuperare illud *b* Carolus, omnia quamuis ausus, vnquam potuit. Sic cum Aragonia tandem Sicilia quoque ad Castilianos delata fuit, qui hodieque possident. Nunc enim Aragoniæ & Nauarræ regna seiuncta erant, & IACOBVS *c* annis LXII sine exemplo regnans, *d* Baleares insulas & Murciæ ac Valentiæ re-

a Idem Fazellus lib. 8. cap. 4. p. 452, *duarum horarum spatio octo Francorum millia occisa fuisse constat.*

b Fazellus in Petro lib. 9. cap. 1.

c Vasæus proleg. cap. 18.

d Vasæus ibidem, & Lucius Marineus lib. 10. p. 382. Baleares autem insulas filio Iacobo reliquit, quem Petrus frater eiecit, & propterea a Philippo, Ludouici IX filio, ad quem Iacobus confugerat, oppugnatus, fratri moriturus restituit, qui inde *rex Balearium* vocatus fuit. *Fazell. 9. 1. extr.* & *Æmilius Veron. l. 7. p. 159.*

gna a Mauris recepit heredem relinquens PETRVM filium, *a* Manfredi generum, vt vel vxoris titulo, etiamsi non vocatus esset, ius in regnum Siciliæ habuerit. Mortuum excepit in Arragonia *b* ALFONSVS, filiorum natu maximus; in Sicilia IACOBVS, secundo genitus, qui post sexennium fratri in Arragonia succedens, Siciliæ regnum minori fratri FRIDERICO II cessit. Ex Nauarræ regibus TIBALDVS II clarissimus fuit, *c* socerum Ludouicum IX, Francorum regem *c* nouennio in Palæstinam antegressus, & in eiusdem Tunetensi expeditione pestilenti *d* morbo exstinctus Drepani, cum ex Africa domum rediret. Separata Castellæ & Legionis regna

a FER-

a Idem Luc. Marineus ineunte lib. 11. & Fazellus sub initium lib. 9.

b Fazellus lib. 9. c. 1. extremo: aliter quodammodo L. Marineus lib. 11.

c Semutus Torsellus lib. 3. part. 11. cap. 15. Scribitur etiam *Theobaldus*.

d P. Æmilius Veron. lib. 7. in extremo Ludouici IX vita.

a FERDINANDVS III coniunxit, nunquam rursus seiungenda; Cordubam quoque & Hispalim, diuturna Maurorum domicilia, recuperauit, auctumque regnum successoribus reliquit *b* ALFONSO X, in imperium Romanum destinato, SANCTIO III, & tandem sub finem sæculi FERDINANDO IIII. In Angliæ regno Richardum secutus est frater *c* IOANNES, ignauia regnum pæne amittens: hunc filius *d* HENRICVS III victor Francorum, & post LVI annos *e* EADWARDVS ex Palæstina reuertens, cum pater moreretur. In Gallia Philippo

a Fr. Tarapha ad ann. CIↃCCXVII, E. Vasæus cap. 16.

b Alfonsus mathematicis disciplinis insigniter eruditus, auctor fuit, vt Tabulæ construerentur, quæ Alfonsinæ dicuntur. Regnauit annos XXXII, mortuus CIↃCCLXXXIII.

c Math. VVestmonast. p. 263. seq.

d Idem VVestmonast. p. 277. ad annum CIↃCCXVII. Mortuus Henricus anno CIↃCCLXXII.

e Idem p. 402. & 407.

Augusto, quem supra memorauimus, successit LVDOVICVS VIII., filius Augusti, & tertio post anno huius filius *a* LVDOVICVS IX., puer XII annorum, qui adultior factus res praeclaras gessit, diu in Palaestina & Aegypto versatus, in Africa tandem, cum Tunetum oppugnaret, mortalitati ereptus: post funera etiam adeo beatus, vt in *b* Sanctorum numero a pontifice Bonifacio poneretur. PHILIPPVM filium, XV annis regno potitum, Hispaniae fatum interemit, cum *c* Tarraconense regnum Petro Aragoni, pontificis iussu, ereptum iret. Qui patri successit PHILIPPVS Pulcher, Nauarrae regis filia in vxorem ducta, fundamentum iecit, quo *d* Na-

var-

a Paul. Æmilius in vita S. Ludouici.

b Tilius in chronico ad ann. CIↃCCXCVIII.

c Petro propter Siciliensem caussam excommunicato, pontifex Tarraconense regnum Carolo Valesio, Francici regis ex Petri sorore filio adiudicauit, quod dum occupaturus est Francus, in expeditione tam Petrus, quam Philippus rex Franciae moriuntur *P. Æmil. lib. 7. p. 159.*

d Vassaeus prolegom. c. 17.

varræ regnum cum Francico coniungeretur, quamquam ad Hiſpanos poſtea reductum fuit. Germaniæ triſtior facies erat pontificum fulmine non ſemel, ſed ſæpius in imperatores coniecto, quibus diſſidiis effectum eſt, vt non modo Italia diuiſa eſſet in *a* Guelphos & Gibellinos, illis pontifici, his imperio atque cæſari ſtudentibus; ſed orbis etiam concuteretur, & *b* Scythæ ſpem conciperent Europam opprimendi. Etenim Moſcouiam, Poloniam, Hungariam & Sileſiam irruentes omnia ferro flammaque vaſtant, nec niſi incredibili ſtrage edita in patriam regreſſi ſunt. Henrico VI ſub exitum ſæculi gener Iſaaci Angli PHILIPPVS frater ſuffectus erat, quem *c* OTTO IIII Saxo, in vita æmulus poſt mortem ſucceſſor fecutus

a De his factionibus Sigonius lib. II. de Regn. Ital. & Kranzius in Sax. lib. 8. cap. 8.

b Auentinus lib. 7. annal. Boior. p. 545. has excurſiones Scytharum notabiliter ſcripſit.

c Vide annales Vrſpergenſ. & Triheimenſ. Interfectus autem Philippus ſicarii manu Bambergæ, *Siffrid. ad ann.* CIↃCCVIII.

cutus est, a Ottonem FRIDERICVS II, Henrici VI filius, rex Siciliæ; qui in Palæstinam profectus, b Ioannis Brenni filia ducta, titulum Hierosolymitani regni cum Siciliensi coniunxit. Trium pontificum anathemata expertus est, Honorii III, Gregorii IX & Innocentii IIII, qui modo Apuliam regi suo erepturi erant, modo Lombardos ad rebellionem sollicitabant, quibus vero haudquaquam cessit, sed forti animo imperii iura ad extremum halitum defendit, quæ exstincto Friderico non lente, sed præcipite lapsu concidebant. Quantas turbas enim Germania passa est morte illius? sex candidati de imperio certabant, qui vel mutuo se subuerterunt, vel alio casu exstincti sunt, vel sponte cesserunt dignioribus.

a Obiit Otto dysenteria anno CIƆ CCXVII. *Siffrid.*

b Th. Fazellus lib. 8. Sicil. c. 2. Ritius de Reg. Hierosol. Io. Brennus autem gener Isabellæ fuit.

c Facellus c. l. & Trithemius Sponh. chron, ad ann. CIƆ CCXXVIII. & Vitæ PP.

ribus. *a* CONRADVM filium ipse Fridericus viuus designauerat, quem frater *b* Manfredus vt Sicilia potiretur, veneno peremit: HENRICVM, Hassorum Thuringorumque Landgravium, obsidionale telum ad Vlmam vel, quod verius, dysenteria Isenaci confecit: *d* GVILELMVM, Hollandiæ comitem, a Conrado victum Frisiones oppresserunt: *e* RICHARDVS Cornubiensis, effusis in Germania thesau-

a Trithemius chron. Hirsaug. ad ann. CIↃ CCXLVI.

b Dixi supra in Siciliæ regibus.

c Idem Trithemius c. l. qui quidem S. Elisabethæ filium vocat, sed verius dixisset adfinem. Nam Hermanni primogenitus Ludouicus duxit Elisabetham, Andreæ, Vngariæ regi, filiam, obiitque Brundusii cum Friderico II, in Palæstinam iturus: secundo genitus, Henricus, Raspo cognomine, frater Ludouici, a quibusdam principibus imperator electus fuit. *Siffrid. lib. 2.* De morbo & morte Henrici quæ traduntur, discussit v. cl. Casp. Sagittarius singulari dissertatione c. 3.

d Idem Siffridus, ad annum CIↃ CCLVIII. Adde Meursii Athen. Batav. I. c. 24.

e Matth. VVestmonast. ad annum CIↃ CCLVII. Erat autem frater Henrici III regis Anglorum, Ioannis regis filius.

ris, vacuus revertis in Angliam: *a* ALFONSVS denique, Castellæ rex & Legionis, sponte Rudolfo cessit, quod electores & papa contulerant. Nec turbæ desierunt, desinente studio competentium, sed fatale interregnum prostrauit rempublicam, quæ erigi non potuit, priusquam Habsburgensis *b* RVDOLFVS faustis auspiciis regendam illam capesseret, qui pacatis quæ turbulenta erant, filio *c* Austriam Stiriamque adquisiuit, fundator celsissimæ & regnatricis domus Austriacæ. Defuncto patri cum filius Albertus, nouus dux Austriæ sufficiendus esset, præfertur *d* ADOLFVS Nasso-

a Alfonsus a Carthagena cap. 88, Trithemius chr. Hirsaug. ad ann. CIↃCCC VII.

b Siffridus ad ann. CIↃCCLXXIII.

c Vltimus stirpis Austriacæ vel sine liberis decesserat, vel vendiderat Bohœmo Austriam, Carinthiam & adiacentes regiones. Has inuasit rex Bohœmiæ Odocarus: Rudolfus, vt feudum imperii, repetiit armis & filio Alberto dedit. *Aen. Siluius Hist. Bohe. c. 27. Trithem. Hirsaug.* CIↃCCLXXV.

d Siffridus ad annum CIↃCCXCII scribit electum Adolfum fuisse, *episcopo Moganti-*

Nassonius, & male re gesta *a* abdicatur, prœlioque, dum repugnat, interficitur. Sic septimo a patris morte anno imperium ALBERTO confertur, qui sæculo sequenti potius, quam *b* hóc præcipitato res suas gessit.

Ecclesiæ status ex dissidiis pontificum & imperatorum non ignotus potest esse. Schisma quoque inter Græcos Latinosque in dies crescebat, cuius præcipua caussa fuit *c* primatus, quem Roma-

no alios principes ad eiusmodi electionis consensum attrahente.

a Idem Siffridus ad ann. CIↃCCXCVI & CIↃCCXCVIII.

b Erat enim annos prope CIↃCCXCVIII cum eligeretur Albertus, *Trithem. Hirsaug.*

c Præcipuam causam schismatis fuisse primatum, patet ex mutuis epistolis papæ Gregorii & Germani patriarchæ, quas etiam Mornæus *Histor. Pap. p.* 845. omnium oculis proponit. De Symboli additamento lenius tum temporis contendebatur, mirante & obseruante Nicephoro Gregora lib. 5. cap. 1. περὶ τῆς προσθήκης ἣν ἐκεῖνοι περὶ τὸ ἱερὸν καινοτομοῦσι σύμβολον, ἀναγκαστική τις ἔρις οὐ συνηνέχθη.

Romani præsules præ se ferebant cum imperio in vniuersam Christi ecclesiam. Accessit, quod Latini patres inconsultis Græcis oecumenico symbolo adiecerant FILIOQVE; res quidem *a* dudum animaduersa, nondum autem atrociter, vt *b* nunc fieri cœpit, disceptata. Nihil profecit *c* Lugdunense concilium, nihil mutuæ inter imperatorem & papam *d* legationes: in summum

a vide supra pag. 91.

b Nunc, id est circa hæc tempora, quamuis, vt ex Gregora modo percepimus, Palæologus callide illam controuersiam prætermiserit.

c Concilium habitum est anno CIↃ CC LXXIV. Vide Acta, & VVestmonasteriensem, qui copiosus est in eius descriptione.

d Tria legati pontificis postularunt τὸν πάπαν εἰς τὰ δίπτυχα μνημονεύεσθαι, *papæ in liturgiis Græcorum mentionem fieri*: deinde ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ καθάπερ εἰς μεῖζον καὶ ἐντελέστερον ἀνατρέχειν δικαστήριον τὸ τῆς παλαιᾶς Ῥώμης, *vt liceat ex Græcia ad papam adpellare*: καὶ τρίτον, τοῦ πρωτεύειν ἐν ἅπασι, *primatum in omnibus*. Sed clerus Byzantinus auersatus est has pacis & vnionis conditiones, *Gregoras lib. 5. c. 1.*

mum abiit omnis conciliatio, quod nimis rigide primatum Romani pontifices vrgerent. Litterarum rem iuuerunt Constantinopolitanæ historiæ scriptores Nicetas Choniates, Georgius Acropolita, Georgius Pachymeres, & sub finem sæculi Nicephorus Gregoras: nec fere plures in Occidente nec clariores sunt Conradus abbas Vrspergensis, Matthæus Parisiensis, Robertus de Monte & Martianus Polonus. Omne enim nunc studium litterarum scholastica theologia ad se corripiebat ducibus Thoma Aquinate, Alberto magno, Bonauentura, & Aegidio Romano; vt nullus locus relinqueretur humanioribus litteris; exiguus diuinis & sacris studiis, quæ sophistarum tenebris in dies magis magisque obscurabantur.

SAE-

* Nicetas de Comnenis imperatoribus scripsit: Acropolita de Lascarinisi Pachymeres de primis Palæologis: de Gregora sequenti sæculo plura p. 191.

SAECVLVM XIIII CHRISTIANORVM.

EUersum funditus erat Hierosolymitanum Christianorum regnum a Hospitalarii ergo, S. Ioannis milites, Templariorum aucti opibus, amissa Ptolemaide nouam sedem circumspiciunt, parataque non inualida classe, Rhedum insulam, IX sæculi huius anno, Turcis eripiunt, in eaque res suas sacratam-

a Hierosolymæ, belli sacri temporibus, tres ordines sacrorum equitum instituti sunt, Hospitalariorum siue Ioannitarum; Templariorum, & Teutonum, qui. amissa Hierosolyma, sedem suam habuerunt Ptolemaide. Inde quoque expulsi, nec tota Palæstina tuti, Ioannitæ Hospitalarii Rhodum occuparunt, ex eo tempore Equites Rhodii adpellati, antequam, amissa Rhodo, a Malta, quam nunc colunt, Maltenses dicerentur: Teutonici, qui etiam Crucigeri dicuntur, in Germaniam redierunt, vbi adhuc suum Magistrum habent: Templarii pridem ab ipsis Christianis exstincti sunt, cum desertæ religionis suspecti fuissent. *Theodor. Adamæus ad Fontani Bellum Rhod. & Gretser. de Templ.*

cratamque militiam aduersus barbaros stabiliunt. Interea Constantinopoli ANDRONICVS, Michaelis Palæologi filius, imperabat, cui in senectute graues controuersiæ cum a nepote ANDRONICO fuere, de imperio atrociter litigante, a quo etiam adactus fuit, vt monachus moreretur. Nepotem, cum aliquamdiu solus imperasset, excepit CANTACVZENVS, tutor b Ioannis Palæologi, in illud tempus incidens, quo mira incrementa capiebat Turcorum potentia. c OTMAN enim

a Andronici senioris filius Michael II exstinctus est ante patrem relicto filio Andronico II, qui auo imperium auferre maluit, quam ex illius morte exspectare. De discordiis aui & nepotis Gregoras lib. 8. & 9. legatur.

b Ioannes hic filius erat Andronici iunioris, qui adultior factus Cantacuzenum, ex tutore iam imperatorem, bello petiuit, quo varie tracto, pertæsus tandem rerum Cantacuzenus, monachi habitu induto, totum se scribendis historiis dedit, quæ tribus voluminibus supersunt.

c Otman & Osman pro diuersa litteræ Arabi-

enim domus regnatricis, *a* fundator Prusiam ceperat, vt regia esset Turcorum: filius ORCHANES *b* Niceam expugnauerat: nepos SOLEIMAN *c* subegerat Calliopolin Chersonesi, vt tanquam ex arce & specula toti Thraciæ insidiari posset. Sed hic eadem cum patre tempestate exstinctus reliquit regnum fratri AMVRADI, qui ab IOANNE Palæologo, Andronici iunioris filio, in *d* societatem admissus perpulchram inuenit opprimendæ Europæ occasionem, nec Bulgaros solum & Seruos adflixit grauiter, sed regniquoque

rabicæ pronunciatione. Bursam siue Prusiam cepit CIↃ CCXXV. *Scalig.*

a Chalcocondyles lib. I. fol. 9. ed. Paris. & Annales Turc. a Io. Bapt. Podesta latine versi cap. 2.

b regnante Andronico iuniore. *Gregoras lib. 9. cap. penult.*

c Podesta Annal. Turc cap. 3. extremo. Capta autem anno CIↃCCCLVI. *Scalig.*

d Occasione rebellium vtriusque regis filiorum, in Europa aduersus parentes se munientium. *Chalcocondyl. lib. I. f. 19.*

que sedem, quæ Prusiæ adhuc fecerat, *a* Hadrianopoli fixam constituit. Sero pœnituit imperatorem societatis, & in Italiam Galliamque profectus, pro auxilio, quod petierat, captiuitatem invenit; æris alieni caussa apud Venetos retentus: nec filius ANDRONICVS III de liberando patre cogitavit, a quo luminum vsu, sed leuius, ob *c* rebellionem multatus fuerat. Auxit Turcorum res Græcorum discordia, quam *d* aluit BAIAZETES, vt omnes sub iugum redigeret. Etenim Andronicum adiuuit, vt patri, *e* Emanuelis filii ope liberato, imperium auferret, & cum fratre in custodiam daret. EMANVEL autem e custodia elapsus fratrem, *f* eiusdem Turci ope de solio tur-

a Annales. Turc. cap. 4.

b Laonic. Chalcocondyles sub fin. lib. I.

c de qua modo diximus cum Amuradis filio conspirasse.

d De artibus Baiazetis Chalcocondyles lib. 2. f. 31 seq.

e Idem lib. I. sub finem.

f Baiazetis. Omnem historiam fusius persequitur Chalcocondyles lib. 2.

rursus deiecit, vere precarius imperator, qui a nutu Turcorum pendebat, ingens illis tributum & bellorum societatem pollicitus. Cum vero graue iugum non ferret Emanuel, Græciam Bajazetes subiugabat, longius progressurus, nisi nuntius adlatus fuisset, Sigismundum Vngariæ regem cum magnis copiis in Mœsiam aduentare. Adcurrit ergo tyrannus, *a* vincit Sigismundum ad Nicopolim, Mœsiæ propter Danubium vrbem, & elatior victoria factus, Constantinopolim *b* decennii obsidione clausit, & citra dubium cepisset tandem, nisi singulari fato Scytharum Persarumque rex *c* TIMVRI (vulgo Tamer-

a Laonicus Chalcocondyles lib. 2. f. 39. & Bonfinius Rer. Vng. dec. 3. lib. 2. ad ann. CIƆCCCXCVI. & P. Lang. chron. Cizens. p. 845.

b Hæc ex fide Laonici fol. 43, qui μακρὰν πολιορκίαν ἐπὶ ἔτη δέκα vocat.

c Qui *Tamerlanes* vulgo, Arabibus est *Timuri*, Laonico ὁ Τεμήρης, Ducæ, Michaelis nepoti ὁ Τεμύρ. Sedem regiam habuit Samarcandæ in Vsbek siue veteri Sogdiana.

Tamerlanes est) in *a* Armeniam & Cappadociam irruptionem fecisset, cui obviam factus Baiazetes tanta clade prosternitur ad *b* Ancyram Galatiæ oppidum, vt ipse non solum captus & *c* clathris ferreis inclusus, sed de Turcorum etiam rebus desperatum sit penitus. Victor Tamerlanes Asiam ad mare

a Ægæ-

a Euocatus erat Tamerlanes ab Asiæ ducibus, quibus sua Baiazetes eripuerat. *Chalcocondyl. l.* 2.

b Οὔγκεραν τῆς Φρυγίας vocat Laonicus lib. 5. f. 1: Annales Turc. *Ankuriam*: clarissime Ducas Michaelis Hist. Byzant. cap. 16, Baiazetes προσεγγίσας τοῖς μέρεσι Γαλατίας, ἔμαθεν ὅτι Τεμὺρ ἐν Ἀγκύρᾳ τῇ πόλει πληκεύων ἦν.

c Satis liberaliter primum habitus fuit a Tamerlane Baiazetes. Nam dicitur illum ψυχαγωγήσας καὶ παρηγορήσας, *miti sermone consolatus esse*, quod Duca Michaelis refert cap. 16. Postea læsus ab illo verbis insolentibus, iisdem clathris eum cinxit, quibus ipse Tamerlanem, si cepisset, se inclusurum fuisse dixerat. Sic seuerius custoditus, altero anno vitam, mœrore finiuit, *Becler. dissert. de Timuri*.

a Aegæum vsque, deinde Syriam & circumiacentes regiones subegit. Tandem orbis terror vel b intemperantia, vel c hiemali expeditione, sub sæculi, quod proxime sequetur, initium exspirauit. Mentione facta Vngariæ regni, quod in obscuris adhuc relictum fuerat; eius originem breuiter indicamus. Vngros, Scyticam gentem, circa Danubium consedisse, aliquoties a nobis prædictum fuit. His duces erant, vsque ad d STEPHANVM, primum regem & christianum, cuius propterea nomen sacrosanctum genti Vngarorum est. Successores habuit e Petrum, Belas, Salomonem, Geizas, Stephanos, Ladislaos, Andreas, plerosque Ger-

a Non enim Prusiam solum, sed etiam Smyrnam expugnauit. *Ducas cap.* 17. *Laonic. lib.* 3.

b Ita Laon. Chalcocondyles lib. 3. extremo.

c Lege Bœcleri laudatam dissertationem.

d Tvvroczius chron. vng. part. 2. cap. 27. Mortuus est Stephanus anno CIↃXXXVIII cum regnasset annos XXXVII.

e Idem a cap. 34.

Germanici imperii clientes, sed a Tartaris haud semel grauissime vexatos *a* ANDREAM II cum peregrinatio Hierosolymitana belli sacri temporibus, tum filia S. Elisabetha, Ludouico Thuringo locata, ceteris nobiliorem fecit. cuius successores ad WENCESLAVM Bohoemum fuerunt Bela IIII, Stephanus V, Ladislaus IIII, Andreas III. *b* Wenceslao autem propter dissidia in Bohoemiam recedente, alii *c* Ottonem Bauarum; alii Carolum, Neapolitani nepotem, sibi regem crearunt. Ottone a Transiluanis oppresso, *d* CAROLVS firmauit auxitque regnum, filioque *e* LVDOVICO reliquit, qui *f* Poloniæ regno simul præfuit, a Casimiro auunculo, vltimo Piastorum, adoptatus. Ludoui-

H ci fi-

a Idem cap. 72. 73.

b Idem Thvvroczius part. 2. cap. 85.

c Idem cap. 87.

d Idem cap. 90. seqq.

e Idem parte 3. cap. 1. seq.

f Guagninus in Sarmatia pag. 18. Anno CIↃCCCLXX factus est rex Poloniæ, cum Vngariæ iam XXVIII annos præfuisset: mortuus anno CIↃCCCLXXXII.

ci filia Hedwigis Iagelloni Lithuano regnum Poloniæ: *a* Maria, oppresso, qui contra illam electus fuerat, CAROLO Paruo, Neapolitano rege, SIGISMVNDO Vngariam nuptiarum iure attulit. In Germania Alberto HENRICVS Luzzenburgicus successit, postea monachi *b* veneno inter augustissima sacra sublatus: huic LVDOVICVS Bavarus, victor *c* FRIDERICI Austriaci, Alberto imperatore geniti, quem alii elegerant; sed ipse per XXXIII annos (totidem imperauit) a tribus *d* pontificibus vexatus, quamquam nec his quid-

a Thvvroczius parte 4. cap. 1. seqq.

b Bernhardus Politianus, Prædicatorii ordinis monachus, venenata sacramenti hostia fortissimum imperatorem, in Italia apud Senas necasse dicitur. *Auentin. lib.* 7. *f.* 598. *Trithem. chr. Hirsaug. ad ann.* CIↃCCCXIII, & *Kranz. Sax.* 9. 7. & *Albert. Argentor. ad A. eundem.*

c Trithemius chr. Hirsaug. ad annum huius sæculi XIIII, XV, XVI, XVIII. Auentinus lib. 7. p. 600.

d Idem ad annum CIↃCCCXXIIII & seqq. Aventinus lib. 7. p. 608. seq.

quidquam cessit, sed ad extremam vitam imperii iura *a* fortiter defendit. Dispar antecessori CAROLVS IIII, Ioannis Bohœmiæ regis filius, non sine multorum *b* dissensu electus, auctor quidem *c* Bullæ Aureæ, sed redituum iuriumque imperii non diligens conseruator. Vt enim filium *d* WENCESLAVM successorem relinqueret, vix magnis largitionibus in pontifices & electores perfecit, vrbes, vectigalia, reditus offerendo, si pecunia promissa non sufficeret. Potitus filius imperio cum detrimento reipublicæ etiam sine aliquo gloriæ fructu, quia cum illud indigne vsurpasset, pro-

a Conuentibus habitis, virisque diuini humanique iuris peritissimis consultis, qui etiam pro cæsare contra pontificem scripserunt.

b Tres Carolo eligendo opponebantur, *Edvardus* rex Angliæ, *Fridericus* marchio Misniæ, & *Güntherus* comes Schwartzburgicus. *Auentin. 7. p. 634. & Hist. Landgr. Thur. apud Pistor. T. 1. p. 941.*

c quæ leges fundamentales, maxime de imperatore eligendo, continet.

d Auentinus 7. p. 639.

cerum consensu *a* abrogatus *b* FRIDERICVM Brunsuicensem, aut hoc statim in publica via occiso, *c* RVPERTVM Palatinum in fastigio vidit, vnde ipse per ignauiam exciderat. Hispaniæ reges pergebant Saracenos vincere, qui quo angustius in Bætica continebantur, eo firmius communiebant, quod solum supererat, regnum Granatense, vnde vt penitus eiicerentur, huius ætatis fata non concesserunt, Christianis inter se, Aragonios puta & Castellanos, *d* bellum ciuile gerentibus. *e* Sardiniam tamen, quæ ad Pisanos defecerat, ad Aragonios reduxit ALFONSVS, Iacobi II, cui postea successit, secundo genitus filius: & Portugalli, vt regni sui limites proferrent, in

a Diploma exauctorationis est apud Goldastum T. 1. p. 379. & summa eius apud Trithem. chron. Sponhem. ad annum CIↃCCCC.

b Kranzius Saxon. lib. 10. 19. & Metrop. lib. 11. c. 2. Serarius Hist. Mogunt. lib. 5. p. 868.

c Kranzius c. l. Trithem. chr. Sponhem. c. l.

d Ioann. Mariana lib. 17.

e Lucius Marineus lib. 11. p. 395.

in Africa *a* res gerere cœperunt Ioanne notho regnante;& in Athlantico mari *b*, nouas insulas inuestigare, sicut inclinato sæculo nobilis Venetus, *c* Antonius Zeni, Americam septentrionalem in litoribus; & sub finem sæculi præcedentis Marcus Paullus Venetus Orientis & Austri regiones incognitas antea, lustrasse perhibentur. Franciæ occidentali per XXX huius sæculi annos coniuncta *d* Nauarra fuit possidentibus vtrumque regnum Philippi Pulchri tribus filiis, LVDOVICO Hutino, & post eum PHILIPPO Longo, & tandem

H 3 CARO-

a Ioannes Petri nothus filius Septam Africæ ciuitatem, Mauris ademtam, Lusitanis dedit, *Vasaus cap*, 19.

b Franciscus Tarapha ad annum CIↃCCCLXXVII qui *Maderam* inter alias nunc inuentam commendat.

c Operosus in hoc declarando est Vitalis Terrà Rossa, Parmensis, in *Reflessioni Geografiche*, ante biennium Paduæ impressis, parte I.

d Quæ de Nauarrena successione traduntur ex Francisci Tarraphæ narratione sunt, quam in Sanctio II profert ad annum CIↃLXXIII p. 696.

CAROLO Pulchro, quibus sine virili prole defunctis Ioanna Ludouici Hutini filia ad PHILIPPVM, Aureliæ comitem, Nauarrenum regnum transtulit, a quo uterque CAROLVS, filius & nepos, acceperunt: quod nepotis filia Blanca rursus sequenti sæculo ad Aragonios portauit Ioanni nupta, patri regis Ferdinandi Catholici. Ceteri in Francia reges, PHILIPPVS Valesius, Philippi Pulchri fratre Carolo, Valesio comite, genitus: IOANNES frater Philippi: CAROLVS V siue Sapiens, & CAROLVS VI, annos XX in hoc, totidem aut plures in altero sæculo regnans inprimis Philipporum, Pulchri & Valesii, historia memorabilis est. Pulcher enim papam Bonifacium VIII, qui Ludouicum IX consecrauerat, Anagniæ *a* capi & abduci iussit, anathematis fulmen armis & vinculis retundens; & *b* Clementi V persuasit, vt apostolicam se-

a Dominicus Tempesta in vita Bonifacii Paul. Langius chr. Ciz. ad ann. CIƆCCCIII.

b Gallus natione ex Vasconibus fuit, & Philippi regis auxilio pontificatum adeptus

sedem Roma Auenionem transferret, vbi vltra Annos LXX sub quinque successoribus permansit: Valesius autem a Delphinatum, partem Arelatensis regni, ea lege ab Humberto comite accepit, vt primogenito regis Franciæ filio semper cederet Delphinatus, isque inde DELPHINVS adpellaretur. Sub Carolo VI b Leo rex Armeniæ, a Turcis expulsus, in Galliam venit auxilium

eptus anno CIↃCCCV, quo etiam sedem in fauorem regis, & vt tutior a Gibellinis esset, transtulit. *Domin. Tempesta, & Chron. Hirsaug.*

a Æmilius Veronensis lib. IX. *Humbertus, Delphinatium princeps, dolore amissi vnici filii statuebat cœnobio Prædicatorum se sacrare, dominatumque suum, cuius caput est Vienna Allobrogum, ecclesiæ ac pontificibus non magno pretio addicere: gentis autem nobilitas regum, quam pontificum signa sequi maluit. Placuit, filii regum, vt quisque in proximam spem regni suscepti essent,* DELPHINI *vocarentur, iuraque Delphinatibus redderent.*

b Io. Tilius chron. regum Franc. ad annum CIↃCCCLXXXV. & Froſſard. lib. 2. extremo.

petiturus, quod vt validius esset, in Angliam nauigauit, vt, pace inter reges conciliata, vtriusque copiis coniunctis reduceretur. Sed spe frustratus rediit in Galliam, noua bellorum caussa auxilium impediente. EADWARDVS III enim, qui secundo & primo huius nominis successerat, genitus Isabella, filia Philippi Pulchri, regis Galliarum, Carolo Pulchro sine filiis decedente, nomen & insignia regni Francorum vsurpauerat, quod nec successor RICHARDVS II neglexit, quæ origo tituli est ad nostram memoriam permanentis. Etiam huic ætati originem debet *b* Helvetiorum libertas, in quam se Austriacorum iugo pressi adseruerunt, societatem XIII pagorum, non vno quidem tempore, religione sacramenti ineuntes.

Ec-

Christianorum autem in *Armenia* regnum etiam a Sanuto Torsello memoratur lib. 3. part. 12. c. 4. & part. 13. c. 6. quo etiam pars Christianorum, cum Palæstina eiicerentur, confugit, vt supra diximus.

a Boxhornius Hist. vniuersal. p. 847.

b vide Chronol. Heluet. Suizeri.

Ecclesiam pontificum a schisma & vibrata in reges ac imperatores excommunicationis tela lacerarunt. Gregorio enim XI Auenione Romam, in veterem sedem, regresso, Galli renuentes papæ Italo parere, alium pontificem Auenione statuerunt, qui æque ac Romanus successores ad Constantiense vsque concilium habuit. Non potuit non scindi ecclesia, *b* aliis Romanum, *c* aliis Auenionensem, *d* multis etiam neutrum papam sequentibus. In tantis tenebris lux clara emersit, maiori auorum memoria orituræ, haud vano augurio proludens. *e* Waldenses enim cælestem veritatem dudum in Gallia profes-

H 5 si, in

a Schisma hoc accurate scribit Theodorus a Niem, libro de Schismate.

b Italis, Germanis, Polonis.

c Gallis, Hispanis, Britannis.

d vt rex Aragoniæ, aliique duces & comites, quibus se Carolus VI rex Franciæ aliquando adiunxit. *Horn. Hist. eccles.*

e VValdensium origo ad sæculum XII pertinet, quo *Petrus VValdo*, ciuis Lugdunensis, in veritatis professione sectatores habere

si, in Angliam & Bohœmiam diuinum lumen diffuderunt. Horum enim discipulus *a* Wiclefus fuit, in Oxoniensi schola publice papam Antichristum adpellans, eaque de caussa ab Richardo II eiectus, plures in Bohœmiam, quo discessit, sectatores inuenit. Academiæ nunc multæ condebantur, Aureliani, Ferraræ, Pisæ, Andegaui, Heidelbergæ, Vindebonæ, Pragæ, Senæ, Cracouiæ, Erfurti, quæ documento sunt, cupidum litterarum hoc æuum fuisse, etsi perpauci essent, qui vere illas & scite perdocerent. Theologiam noua secta scholasticorum, ab Ioanne *b* Scoto nomen trahentium, fatigabat: nec Durandus,

bere cœpit, a quo *VValdenses* & *Pauperes de Lugduno* adpellati sunt; etiam ab oppido Albi in Tolosano agro, *Albigenses*. Sed tum scintilla erat: nunc lux clarior effulget & radios longius diffundit. *Philipp. Mornay Hist. Pap. & Boxhorn. Hist. Vniuers.*

a De VViclefo lege Knygthoni Hist. Angl. lib. 5, & Mornay Hist. Pap. p. 1077.

b Ioannes Duns, natione Scotus, pater Scotistarum, circa initium XIIII sæculi.

dus, Occam & horum æquales plus lucis adferebant, a Nicolao Lyrano & b Ioanni Taulero, illi scripturarum interpreti, huic pietatis commendatori, publicæ vtilitatis gloria cedentes. Bartolus & Baldus, vt ferebant tempora, ius confuse docebant: poesis prima fuit ex humanitatis studiis, quæ inter barbariei caliginem eluceret, auctore c Dante Aligherio, aut potius Francisco Petrarcha, cuius ingenium; præsertim his temporibus, mirandum erat, cum priora sæcula vix vnum & alterum mediocris notæ poetam, d Guntherum forsan

a Nicolaus de Lyra, ex Iudæo Christianus monachus, præter alia glossas scripsit in vniuersam S. Scripturam.

b Io. Taulerus piissimus concionator ecclesiæ Argentoratensis.

c De Dante Aligherio, Florentino poeta, & de Petrarcha Io. Picus Mirandulanus epist. 3. consulatur. Patrio autem sermone magis, quam Latino, clarus fuit Aligherius, quæ caussa est, cur Petrarchæ prima gloria ab aliis deferatur.

d Guntherus Friderico I æqualis, cuius res scripsit carmine, cui nomen *Ligurino* est.

san aliquem, aut *a* Guilelmum Britonem protulissent. Accessit Manuel *b* Chrysoloras, Graecae linguae in Occidente phosphorus, quam imperatoris legatione defunctus, in Italia Romae, Venetiis, Florentiae, ex Ticini multo cum successu docuit. Rarum ingenium vel in ipsa Graecia, quae hoc aeuo non plures habuit, quos posteritati ostenderet, quam Nicepheros duos, *a* Gre-

a Guil. Brito Aremoricus Philippi Augusti A-deodati res gestas scripsit XII libris *Philippidos*, quos Barthius illustrauit.

b Manuel Chrysoloras ab Ioanne Palaeologo, Andronici iunioris filio ad Europae principes auxilii contra Turcos implorandi caussa missus, absoluta peregrinatione in Italia substitit, cum saeculum hoc ad finem declinaret. Ex schola eius clarissimi viri prodierunt, Leonardus Aretinus, Franciscus Barbarus, Franciscus Philelphus, Baptista Guarinus & Poggius. *Lambec. Tom. VI. Biblioth. Vindeb. p. 276*, qui iconem eius adfert cum epigraphe

EMANVEL CHRYSOLORAS
GRAMM. GRAECVS.

Patria Roma noua est; Vetus altera patria Roma:
In Latium per me Graecia docta venit.

a Gregoram ciuilium rerum; & b Callistum, ecclesiasticarum scriptorem; & c Ioannem Cantacuzenum, ex imperatore historicum: saltem plurium monumenta ad nostram ætatem non transmisit. Nec in Occidente erant, qui historias consignarent; præter paucos, in quibus d Siffridus est, Misnensis presbyter, cuius sæpe numero vsi fide sumus. Paucitatem scribentium aliarum rerum inuentores pensant, vt e pyxidis nauticæ in Italia; f pulueris

a Nicephorus Gregoras a Theodoro Lascari seniore vsque ad Antronici Palæologi iunioris obitum res persequitur.

b Nicephorus Callistus Historias ecclesiasticas Eusebii, Socratis, Philostorgii aliorumque compilauit, fabulis quoque sæpenumero admixtis.

c grauissimus rerum scriptor, quibus ipse maiorem partem præfuerat, vt tutor Andronici, dein vt collega & imperator.

d Perduxit annales ab anno CCCCLVIII ad annum CIↃCCCLVII.

e Guido Pancirollus de Repertis tit. II. Ciuis Melphitanus fuit inuentor.

f ibidem tit. 18. Monachus fuisse fertur, qui reperit. *Camerar. Hor. Subcis.* 28.

pyrii & bombardarum in nostra Germania; vt de repertis *a* vltra Oceanum terris nihil repetamus: periit contra *b* Templariorum ordo, durius in eos censente *c* Viennensi concilio, cuius decreto bona illorum confiscata, ipsique atrociter ad vnum omnes interfecti sunt.

SAECVLVM XV. CHRISTIANORVM.

Filiorum Tamerlanis *d* discordia accidit, vt subiugati populi sensim deficerent, inprimis Turci potentiam pristinam & nominis famam recuperarent. Ecclesiæ res erant adflictissimæ, & in peius semper ruebant, quo plura ab

a vide *supra pag.* 173.

b *De hoc diximus in annotatis ad pag.* 162. *adde* *Acta Concil. Vienn.*

c *Sub Clemente V, primo Auenionensi papa, habitum concilium CCC episcoporum, quo de bello sacro, de reformatione ecclesiæ, & de excidio Templariorum actum fuit. Deleti sunt anno* CIↃCCCXI.

d *Chalcocondyles lib.* 3. *exeunte.*

ab Romanis præsulibus concilia congregabantur. Pisano tolli pontificum schisma non potuit, *a* duobus quamlibet exauctoratis: *b* Constantiensi sublatum quidem schisma *c* tribus deiectis, qui vitio creati censebantur; læsa tamen imperatoris fides, & Ioannes Hussus, purioris doctrinæ instaurator, contra *d* fidem datam damnatus & combustus est, quo supplicii genere eodem in

a Gregorio XII, Romano; & Benedicto XIII Auenionensi deiectis, vnus Alexander V ad tollendum schisma creatus est, qui toti ecclesiæ præesset. Cum vero exauctorati nollent cedere, auctum est schisma, & triceps facta ecclesia. *Acta Concil.* & *Niem.* Pisis autem concilium coactum fuit anno CIↃCCCCIX.

b Cogi cœpit anno CIↃCCCCXIII.

c Gregorio, vetere Romano, Benedicto Avenionensi, & Ioanne XXIII, qui mortuo Alexandro V successerat. Suffectus est, redintegrato schismate, Martinus V.

d Fide publica Husso ab imperatore Sigismundo cautum fuisse notissimum est: sed tum pessima nota est opinio, *hæreticis fidem seruandam non esse.*

in loco etiam *a* Hieronymus Pragensis, Hussi amicus & collega altero anno periit: Basileensi *b* nouum schisma factum, & Felix v Eugenio IIII oppositus: Florentino, cui IOANNES II Palæologus cum *c* patriarcha interfuit, tentata quidem fuit *d* concordia inter Græcos & Latinos, imperatore auxilii spe, contra Turcos impetrandi, largiter *e* concedente:

a De eruditione, constantia & supplicio Hieronymi lectu dignissima est epistola Poggii Florentini, qui concilio interfuit, ad Leonardum Aretinum.

b Acta Concilii & Vitæ horum pontificum. Ibi disputari cœpit, *concilium supra papam esse.*

c Patriarcha mortuus in concilio. *Ducas Mich. cap.* 31.

d Idem c. l. & Chalcocondyles lib. 6. p. 155. Difficultatem conciliationi in limine attulit papæ superbia, pedum exosculationem rigide a Græcis postulantis. Vide Acta concilii Græca, quæ Mornæus ex bibliotheca regia suæ Historiæ Pap. p. 1221. inseruit.

e etiam de symboli additamento καὶ υἱοῦ conuentum est, solo Marco Ephesino reclamante. *Ducas Michaelis cap.* 31.

dente: sed in irritum reciderunt omnia, Marco, Ephesino episcopo, fortissime tam in concilio, (sed tum solus erat) quam cum plurimis cum domum rediissent, renitente, etiam illos, qui in synodo subscripserant, subeunte *a* poenitentia. *b* Bessarion, tumultu praeuiso, in Italia mansit cardinalis dignitatem adeptus. Desperatae tum res Graecorum erant, quibus *c* Baiazetes, Manuele

a Quaerentibus ciuibus Constantinopolitanis, quid concilio pro Graecis effectum fuerit; responderunt, πεπράκαμεν τὴν πίστιν ἡμῶν, *fidem nostram pretio vendidimus*. Mich. c. I.

b Bessarion, Nicenus archiepiscopus, patria Trapezuntius, ab Eugenio IIII Florentiae cardinalis creatus, ex praecipuis instauratoribus litterarum in Occidente fuit, doctorum vndique ad ipsum confluentium patronus. *Lambec. Tom.* VI. *Biblioth. Vindeb. p.* 274, vbi icon exhibetur, cui subscriptum est.

Graecia me genuit: fouet Italia ora, galero
Roma colit, vita sum Numa, & arte Plato.

c Turbata heic est Graecorum historia. Secuti sumus Ducam Michaelis cap. 14. seq. Phranzes contra lib. I. cap. 20. Ioannem a pa-

le expulso, IOANNEM, filium Andronici III, præfecerat, Manuele interea in Italiam & Galliam, auxilii petendi caussa, excurrente, & cum nihil impetrasset, redeunte ad priuatam vitam, Turcorum res post Baiazetis cladem restituebat filius MOHAMMEDI, & post hunc nepos MVRAD siue AMVRADES II, Græcis ea caussa offensus, quod a partibus *a* Mustapharum, patrui & fratris, qui regnum ambiebant, non occulte stetissent. Hic *b* Senderouiam, Seruiæ caput, vi & armis expugnauit: Taurunum vero, ferme iam captum, desere-

a patruo suo Manuele in Italiam discedente rebus Constantinopoleos administrandis præfectum fuisse refert, non autem a Baiazete Sultano in solium imperatorium collocatum. Laonicus omnia confuse lib. 2. describit. *Ismael Bullialdus Notis ad Ducæ c. 14. p. 229.*

a Mustapha patruus, fictus & mentitus erat, vero huius nominis Baiazetis filio acie pridem interfecto: frater autem erat genuinus. *Chalcocond. l. 5. ineunte, & p. 124. & Leunclav. Pandect. c. 64.*

b Post multam oppugnationem deditione capta fuit. *Chalcocond. lib. 5. f. 131.*

ſerere coactus eſt, a Hunniadis etiam virtute non ſemel prœlio victus. Igitur pace cum Vladislao facta, in Aſiam contra *b* Caramanum, Turcicas prouincias infeſtantem, profectus, perfidia Hungariæ regis, qui bellum *c* contra fœdus renouabat, reuocatus eſt, & ad *d* Varnam acerrime pugnando ita attriuit Chriſtianorum copias, vt triſti documento omnibus fuerint, nunquam fidem impune frangi. Victor in Græciam regreſſus omnia ſibi ſubiiciebat, nec quicquam reliquum feciſſet, niſi *e* SCANDERBEGI virtus moræ & impedi-

a Idem lib. 5. & 6.

b Ciliciæ deſpotam.

c Legatus Pontificius (Iulianus cardinalis) Pannonios ad bellum contra Turcos cohortabatur, & ὅρκον, ὃς μέγιστος ἦν αὐτοῖς ἐν ταῖς σπονδαῖς, ἐλύσατο ἐπιτροπῇ τοῦ ἀρχιερέως, *iusiurandum, quod maximum erat in fœdere, ex Pontificis mandato ſolvebat.* Chalcocondyl. lib. 6. extr.

d Varnenſe prœlium ſcripſit idem Chalcocondyles lib. 7. ineunte.

e Georgius Caſtriotus a Turcis propter felicitatem bellicum *Scanderbeg*, hoc eſt A-lexan-

pedimento fuisset. Is filius erat Epirotæ principis, obses Turcis datus, & invitis parentibus Mohammedana religione imbutus. Post hæc exercitui præfectus potentiam Turcorum incredibili felicitate augebat. Tandem memor christianæ originis & auitæ libertatis, in bello aduersus Hunniadem fugam simulans, paternum munimentum Croiam arte & dolo recuperauit. Vnde per XXIIII annos Macedoniam, Epirum, & Illyrici partem feliciter rexit, & contra Turcorum incursiones fortissime defendit. Sed cum vita Scanderbegi ipsum quoque regnum eius exstinctum fuit. Inter hæc Amuradi filius MOHAMMED II successit, natus in excidium christiani Græcorum imperii. Etenim a Constantinopoli expugnata CONSTANTINUM Palæologum,

lexander Magnus adpellatus est. Eius res gestas attingit Chalcocondyles lib. 7: fusius narrat Martinus Barletius libris XIII, a quo Boxhornius mutuatus est.

a Expugnationem anno CIↃCCCCLIII factam describunt Laonicus lib. 8. & Ducas cap. 39.

gum, vltimum imperatorem, obtruncavit, & orientale imperium, ab Romano auulſum, Turcorum ſubiecit poteſtati. Supererat Trapezuntinum regnum, cui præfuit id temporis DAVID COMNENVS, ſubnixus adfinitate Vſumcaſani, Armeniæ & Cappadociæ domini, cui *a* conſobrinam in matrimonium dederat. Verum Sinope capta munitiſſima huius regionis vrbe, & Vſumcaſano ad *b* pacis fœdera compulſo, ipſam Trapezuntem potius *c* minis & fraudibus quam vi & armis ad deditionem coegit, & regem Dauidem cum liberis Byzantium miſit, qui poſtea *d* Hadrianopoli

a Idem Laonicus lib. 9.

b Ita Laonicus idem f. 262, matre Vſumcaſani pacem impetrante: at annales Turcici acie victum Vſumcaſanum referunt cap. 11.

c Ita Ducæ hiſtoria Byzantina cap. 45. at ſuburbia incenſa ab hoſte fuit, tradit Chalcocondyles lib. 9. f. 262, in ceteris Ducæ conſentiens: ſed Boxhornius p. 1003. annales Perſicos citat, qui terra marique infeſtiſſime oppugnatam Trapezuntem dicunt.

d Chalcocondyles lib. 9. p. 264.

poli supplicio est adfectus. Turcus eodem victoriæ cursu Ciliciam subegit, ac Lesbo, Lemno & Euboea insulis potitus, ipsam Italiam, *a* Hydrunte expugnata, terrore oppleuit, & pluribus *b* castellis Hungariæ euersis, *c* Moldauiam quoque, fuso Waiwodæ exercitu, vastauit, maiora mala Christianis illaturus, nisi repentina morte ad Nicomediam præuentus esset. Sic mirum in modum creuit Turcorum potentia, maius in sequenti sæculo incrementum acceptura. Ne tamen illa immodica fieret, Deo bene iuuante, Venetorum respubli-

a Tangunt obsidionem annales Turcici tam Io. Baptistæ Podesta cap. II. extr. quam Leunclauii num. 152: copiosius illam describit Bonfinius Hist. Vng. dec. 4. lib. 6. p. 616. Capta autem fuit an. CIↃ CCCC LXXX, sequenti anno recuperata ab Alphonso Calabriæ duce auspiciis Ferdinandi, Neapolitani regis, auxilio Matthiæ regis Vngariæ, qui socero Ferdinando MM validissimorum equitum submisit. *Bonfin. c. l. p. 617.*

b Annales Turc. a Podesta versi c. l.

c ibidem.

publica non mediocriter obstitit, de cuius origine supra diximus, nunc pauca de crescente potentia & gestis rebus addemus. a Hunnici belli temporibus orta; ita proximo & sequente creuit sæculo, vt posthac cum b Pipino, Francorum rege, bello decertare, & suam libertatem contra qvoscunque tueri potuerit, c Saracenos quoque Mauros, qui Italiæ partem tenebant, haud verita adgredi & Italia exterminare. Hanc libertatem imperatores Carolus & Nicephorus d confirmarunt, rempublicam Venetam eximentes, cum de imperii divisione transigerent. Inprimis auctæ sunt Venetorum res sacro, quod dicitur, bello, quo non solum mercatura orientalis stabilita fuit, sed plurimæ etiam Aegæi maris e insulæ cum Creta & Corcyra iisdem sunt occupatæ,

a vide supra pag. 45.
b Sabellicus Hist. Ven. decad. 1. lib. 2.
c Idem Sabellicus lib. 3. p. 38. quamuis tum sunt à Mauris victi navali prœlio.
d Idem Sabellicus decad. lib. 2. p. 21.
e Idem dec. 1. lib. 8. p. 134.

tæ, tanquam præmium *a* bis captæ Constantinopoleos & imperii Græcorum ad Latinos translati. *b* Peloponesi etiam partem tenebant, & Cyprum *c* hereditate nacti, non minus in Occidente valuerunt, Dalmatiæ plurimum, etiam Italiæ transpadanæ in ditionem suam redigentes, & *d* Genuensis belli non infelices tandem victores. Sic viribus aucta Venetorum respublica moræ sæpe

a primum pro Alexio puero restituendo: deinde pro vlciscendo eodem, interfecto Murtzufli fraude. Vide initium sæculi XIII.

b Cum Turci subegissent Constantinopolitanum imperium, Veneti Peloponensi vrbes & portus sibi vindicarunt. *Idem Sabell, dec.* 3. *lib.* 8.

c Vltimus rex Cypri Iacobus duxerat Cornarii Veneti filiam, quam senatus vt reipublicæ filiam adoptauerat. Defuncto ergo sine liberis rege, Venetam reginam vt suam tuebantur & illius iure sibi insulam subiiciebant, qua etiam LXXX annos vsi sunt. *Sabellic. decad.* 3. *lib.* 9.

d Genuenses de maris dominio diu cum Venetis certauerunt. Ortum bellum ex Ptolemaide in sacra expeditione, & ancipiti fortuna longissime tractum fuit. *Sabellic. dec.* 1. *lib.* 10. & *decad.* 2.

pe & impedimento fuit classe instructissima, ne nimium excresceret Turcorum potentia, nec tantum in *a* mari eosdem sæpenumero, verum etiam *b* terrestribus prœliis aliquoties vicit, quamuis non paruis interdum cladibus adfecta, & secuturo sæculo multis insulis & portubus spolianda. His temporibus Vngariæ quoque reges Turcorum vires non modicum cohibuerunt. *c* ALBERTO enim, Sigismundi genero, qui successerat *d* VLADISLAVS Polonus, in-

I ter

a qualis fuit illa celebris in Ionio mari victoria Petro Zeno duce; de qua Boxhornius Histor. vniu. p. 859. circa ann. CIↃCCCCXLVI: & alterum prœlium ad Callipolim commissum, scriptore Duca Michaelis Hist. Byz. cap. 21. p. 61.

b quale geminum prœlium fuit ad Neapolim Peloponnesi, quod scripsit Sabellicus dec. 3. lib. 8.

c Albertus Austriacus breue tempus regnauit, relinquens vxorem prægnantem. *Thwroczius. part. 4. cap. 25. seq.*

d regis Casimiri frater, postea successor. *ibidem cap. 31.*

ter medias regni turbas, Ioannis *a* Hunniadis virtute obtinuit, vt Amurades *b* pacem vltro peteret, qua etiam rex frui diutius potuisset, nisi papæ consiliis rupti fœderis pœnam sua suorumque clade apud *c* Varnam luisset. Nec infelicior fuit Hunniades, cum *d* pro Alberti filio LADISLAO regnum administraret, biennio exstinctus ante regem

LADIS-

a ibidem cap. 36. seq. Integre adpellatur *Ioannes Coruinus de Hunniad.* Aiunt enim ex antiquis Romanorum *Coruinis* genus suum duxisse. Pater pagum VValachiæ *Coruinum* possederat, quod nomen ex colonia Romanorum superest, *Bonfin. decad.* 3. *lib.* 9. *p.* 514.

b idem c. l. cap. 41.

c Diximus supra pag. 187.

d Albertus imperator & rex Vngariæ ac Bohœmiæ postumum reliquit Ladislaum, quem in infantia coronatum mater cum corona ad Fridericum III in Austriam subduxit, Vladislao Polono interea Pannoniis imperitante: quo ad Varnam cæso Ioannes Coruinus, cognomine Hunniades, fit gubernator regni. *Thvroez. part.* 4. *c.* 19. *&* 44.

LADISLAVM, cui *a* MATTHIAS Corvinus successit, non minor bellis *b* Turcicis, quam pater fuerat Ioannes; *c* Austriaca etiam victoria longe clarissimus. Cum hoc videtur felicitas Vngariæ exspirasse. Successor enim VLADISLAVS II, rex Bohœmiæ, nihil contra Turcos gessit: filii *d* LVDOVICI II clades Mohazinensis multas calamitates regno intulit, quæ vero, vt alio sæculo acciderunt; ad illius expositionem reseruantur. Poloniæ regnum

 cum

a filius Ioannis Coruini Hunniadis. *Bonfin. dec.3. lib.9.*

b Rasciam, & Bosniam, & huius caput Iayczam, quæ Stephano rege fraude oppresso, Turci occupauerant, recepit Matthias multorum prœliorum contra Turcos victor. *Bonfin. extrema decade 3.*

c Totam pæne Austriam Friderico III eripuit Coruinus, captis vrbibus potioribus, Vienna, Neapoli, & aliis, quas Maximilianus recuperauit. *Bonfin. dec.4. lib. 6, 8. & 10.*

d Obiit Matthias anno CIↃCCCCXC. Intestinum bellum, ex successione ortum, resedit electo Vladislao Bohœmo. *Bonfin. dec.4. lib.8. & 9.*

cum Vngarico coniunctum in Ludo-
vico fuisse, *a* supra memorauimus. *b* IA-
GELLO, Ludouici gener, Lithuaniam
adiecit, Vngaria autem caruit; rur-
sus Iagellonis filius *c* VLADISLAVS
Vngaricum regnum Polonico coniun-
xit, MCCCCXXXIIII patri defuncto
succedens; post triennium Alber-
to (qui & imperator fuit & Bohœ-
miæ rex) in regno Vngarico. Hoc ad
Varnam cæso, post *d* interregnum bre-
ve & cum Boleslao contentiones, CASI-
MIRVS, Iagellonis alter filius, regno
Poloniæ potitus est, quem tres filii, al-
ter

a vide pag. 169.

b ibidem p. 170. Hic Iagello Lithuanus dux,
nium sacra baptismate ablueretur, adpella-
tus est Vladislaus. *Guagninus in Sarmatia*
pag. 18.

c Idem Guagninus pag. 19. Præfuit autem
Polonie regno decem, Vngariæ quatuor
annis.

d Triennium caruit Polonia rege, & anno
CIↃCCCCXLVII Casimirus successit Vla-
dislao, qui CIↃCCCCXLIIII ad Varnam
cæsus fuerat. Mortuus Casimirus anno
CIↃCCCCXC. *Guagnin.*

ter post alterum, in proximum vsque æuum secuti sunt *a* IOANNES ALBERTVS ab anno MCCCCXCII vsque in annum MDI; & *b* ALEXANDER: cui SIGISMVNDVS suffectus est, pater SIGISMVNDI AVGVSTI, in quo familia Iagellonidarum *c* defecit, in locum peregrinis succedentibus. Sed missis, quæ aliorum temporum sunt, ad nostrum sæculum, cui destinata enarratio est, recurrimus. In Germania RVPERTO, sub finem sæculi superioris creato, successit post decennium SIGISMVNDVS, Caroli IIII filius, Vngariæ rex & Bohœmiæ, in tollendo pontificum schismate *d* laboriosus, cuius tamen gloriam Hussi supplicium fracta fide, quæ publice data fuerat, & antehac, cum Vngariæ rex esset,

a Guagninus c. l.

b Quatuor annos, octo menses Guagninus Alexandro tribuit pag. 21. Alii aliter annos numerant. Frater Sigismundus, Alexandri successor obiit CIƆIƆXLVIII.

c Mortuus Sigismundus Augustus anno CIƆIƆLXXII. *Guagn.*

d concilio præsertim Constantiensi.

a clades ad Nicopolim non leuiter maculauit. Ab huius excessu, (in annum MCCCCXXXVII inciderat) fixam imperii sedem in domo Austriaca propitium fatum constituit, & ad nostra tempora sine interruptione perduxit. Nam ALBERTVS Austriacus, Sigismundi gener, Germaniæ, Bohœmiæ, & Vngariæ rex, a biennio fratrem suum FRIDERICVM III successorem per LIII annos raro exemplo habuit, Vngarorum bellis infestatum, quorum pupillum regem Ladislaum educauerat Patri MCCCCXCIII. succeßit *c* MAXIMILIANVS filius, in incrementum domus Austriacæ natus, qui Burgundiam & Belgicas prouincias nuptiis *d* Mariæ, vnicæ heredis, adquisiuit,

a vide supra pag. 166.

b a Coruinis, Matthia præsertim, qui fere omnem Austriam expugnauit. Caussa belli, quod regina puerum Ladislaum cum corona regni Viennam ad Fridericum abduxerat. *Thurocz part. 4. cap. 29.*

c Cospinianus in Cæs. p. 485.

d Maria filia Caroli Burgundi, qui prœlio ... ad

siuit, filioque per nuptias filiæ Ferdinandi Catholici ad amplissimam hereditatem iter, a posteris (nam fata Philippum eripiebant) magno cum fructu possidendam parauit. Nam Hispania omnis Christianorum in IIII regna diuisa erat, Nauarrenum, Aragonium, Castellanum & Portugallicum. Nauarræ & Aragonum reges *a* supra vsque ad IOANNEM, Ferdinandi Catholici patrem, deduximus, qui anno MCCCCLXXIX decessit. FERDINANDVS autem, patre superstite, duxit *b* Isabellam, HENRICI IIII regis Castellani sororem, quem anno MCCCCLXXVII exstinctum in Castellæ & Legionis regno secutus est vxorio iure, & post paullo a Ioanne patre relicta Aragoniæ & Siciliæ regna accepit, non autem Na-

ad Nancium, contra Heluetios commisso, ceciderat. Ex Maria genuit Philippum, Ferdinandi Catholici generum, patrem Caroli V. *Cuspinian. c.l.*

a vide pag. 174. & infra Tabulam regnum Nauarr. & Aragon.

b Adi Vasæum & Tarapham.

varræ, quod etiam pater ex *a* Blancæ matrimonio possederat. Id enim per filiam Leonoram *b* GASTONO, comiti Foxano, cessit, qui vero *c* vix gustatum nepoti PHOEBO reliquit, a quo soror Catharina acceptum *d* IOANNI Albretio dotali iure attulit, cui *e* papa Iulius II, vt socio Ludouici Galli, ademit, & Ferdinando, iam tum IIII aut V regnorum possessori, post initium sequentis sæculi adiudicauit. Nam etiam *f* Granatense regnum Saracenis eripuerat,

a Diximus ibidem pag. 174.

b Hæc Franciscus Tarapha in Henrico IIII p. 738. copiosius enarrat.

c XV tantum diebus regno vsus. *Vasæus cap.* 17. Quapropter in serie regum Nauarræ non ponitur ab omnibus Gastonus. *Tarapha c. l.*

d Idem Tarapha c. l.

e Arnoldus Ferronus in Ludouico XII. Sed hoc in alio sæculo factum, nam Iulius anno CIↃ IↃ III pontifex maximus renuntiatus est.

f Lucius Marineus lib. 20. extremo, & Carolus Verardus libro singulari de Expugnatione Granatæ. Capta est Granata anno CIↃ CCCCXCII.

erat, quod vltimum fuerat barbarorum in Hispania, *a* *Catholici* cognomen inde sibi & posteris adeptus, eiectis Mauris & Iudæis, qui nollent Christum confiteri. Sic auctus regnis Hispaniarum se regem vocari iussit, veteresque tituli Castellæ, Legionis & Aragoniensium euanuerunt. Sola Portugallia intra veteris Hispaniæ fines Ferdinando non parebat, per hoc sæculum ab IOANNE, de quo *b* prædiximus, & EDVARDO recta, cui ALFONSVS V successit, *c* Africani cognomine, perinde ac Scipiones, ex victoriis dignus. Hunc excepit IOANNES II, & sub finem sæculi EMANVEL, nepos Eduardi, Saracenorum exterminator, vterque nauigationibus felix, quibus fines regni

I 5 lon-

a Duardus Nonius censura 65, *Summi ponti-ficis & patrum decreto ob Granatam debellatam adpellatus est Catholicus.*

b pag. 173. Regnauit Ioannes annos quinquaginta: mortuus CIↃ CCCCXXXIII.

c Vasæus cap. 19. *Africani titulum meruit, multis magnisque in Africa victoriis potitus.* Regnauit ab anno XXXVIII huius sæculi ad LXXXI.

longissime sunt propagati. Ioannis enim auspiciis ditissimum regnum a Congi inuentum fuit & christianis sacris initiatum: sub Emanuele Lusitani extremum Africæ b promontorium, cui a Bona Spe nomen dederunt, prætervecti, feliciter viam sibi in Indiam orientalem aperuerunt qua Venetorum diuitiæ non mediocriter accisæ sunt, qui soli adhuc merces Indicas ex Persia in Europam exportauerant. Felicior Ferdinandus erat & Isabella, quorum sumtu & auspici-

a Resendius Antiquit. Lusit. lib. 2.

b Iam tum sub Ioanne II Aethiopiæ litora classis perlustrans, in promontorium illud inciderat, cuius flexu explorato rex lætissimus, ex spe Indiæ adeundæ *Bonæ spei* promontorium vocari iussit. Sed fato præventus Indicam & Persicam nauigationem successori reliquit, qui anno CIↃCCCDXCV inauguratus est: & Indicum Mare primus classe tentauit CIↃCCCCXCVII. Basiliæ quoque litora manifestata sub eodem. *Duard. Nonius Genealog. Reg. Portug.* in Ioanne II & Emanuele.

ſpiciis Chriſtophorus *a* Columbus, Genuenſis ciuis, vltra Atlanticum mare inſulas Hiſpaniolam, Cubam, & proximas iteratis curſibus detexit, quod alios, præſertim Veſpucium Americum, inſtigauit, vt vlteriora ſcrutarentur, & vaſtiſſimum illum orbem Americanum inuenirent, quamquam non tam ingenium ſuum Columbus aut helicen & cynoſuram cæli ſecutus videatur, quam Martini Behaimi, ex Bohœmia Crumlauienſis, antiquiorem præcurſionem. Is enim ab Iſabella, Ioannis I Luſitaniæ regis filia, quæ poſt mortem mariti (Philippus III Burgundus erat) Belgicis prouinciis imperitabat, *c* nauem impetrauit, qua ducem genium ſuum ſecutus, ignota maria & intentata vada ſcrutaretur. Nec modo

 a Fa-

a Proſtant narrationes Oroſii, Petri Ciezæ & aliorum, quos excerpſit Boxhornius.

b Hæc tam ex membranis, quam ex Riccioli & Benzoni verbis grauiter & ornate, vt omnia ſolet, Io. Chr. VVagenſeil enarrat oratione parentali Georgio Friderico Behaimo CIↃ IↃCLXXXII dicata.

a Fagalem insulam, quam primus invenit, aut alias circumiectas quas Asores, ab accipitrum multitudine Lusitani, nostri Flandricas a Behaimi comitibus nominant, perlustrandas sibi censuit, verum etiam in austrum magis & magis progressus vsque ad b vltimum fretum, quod Ferdinandus Magellanus, huius ductum secutus, pertransiit, & de suo id nomine adpellauit. Sic c maiora alia, alia clariora sunt, nec Martini huius nomen tantopere celebratur, quanto Columbi, Americi, aut Magellani, quamuis merito suo his tribus sit præferendum. Sed satis de Hispania, quæ viris pæne exhauriri cœpit, ingenti vi Iudæorum vna cum Mauris proscripta, qui Africam petierunt,

a id est fago arbore abundantem.

b Hieronymus Benzonus (Tom. IIII Americæ Theodori de Bry) *Magellanus*, inquit, *fretum illic esse norat, quia, vt fertur, in charta marina adnotatum viderat, descripta ab insigni quodam nauclero, cui nomen Martinus Bohæmus, quam Lusitaniæ rex in suo museo adseruabat.*

c Plinii verba lib. 3. epist. 16.

runt, pars Græciam & Orientem, sub alio etiam cælo *a* Hispanici sermonis non obliuiosi custodes. Galliæ status turbatior erat, nec minus Anglia. *b* Diximus litem inter has gentes de successione ortam, quæ & superiori sæculo in ingens bellum erupit, quo *c* captus rex IOANNES, Philippi Valesii filius: & proximo æuo minori contentione exercitata fuit. HENRICVS enim VI rex Angliæ cum duce Burgundo ita adflixit CAROLVM VII, Caroli VI in Galliis successorem, vt omnem pæne rugionem eripuerit, etiam Lutetiæ Parisiorum *d* rex Galliæ solenniter crearetur. Illo bello Lotharingia *e* puella,

a Richardus Simon ad R. Leonis Mutinensis librum de Ritibus & moribus Iudæorum.

b Supra p. 176.

c Paullus Aemilius Veronensis in Ioanne: & Tilius in chron. reg. Franc. Quinquennium autem in custodia seruatus fuit, cum captus esset prope Pictonum vrbem.

d Henricus VI, rex Anglus, coronatur Lutetiæ Parisiorum, & rex Franciæ proclamatur anno CIϽCCCCXXXII. *Tilius chron.*

e Lotharingiæ puellæ historiam tradit. P. Aemilius Veronensis lib. 10.

ella, ſub patre oues paſcere ſolita, Aurelianum obſidione liberans, initium ſalutis fuiſſe perhibetur. Eodem anno regnare cœperant Henricus VI in Anglia, & in Gallia Carolus VII, eodem etiam vterque anno, videlicet MCCCCLXI, in viuis eſſe deſiit. Succeſſorem habuit Henricus in Anglia EDWARDVM IIII, qui ſororis marito Carolo Audaci, Burgundiæ duci, contra LVDOVICVM XI exercitum miſit, & *a* eodem anno MCCCCLXXXIII, quo Ludouicus ille, mortalitatem expleuit. Succeſſit in Anglia EDWARDVS V, & poſt duos menſes RICHARDVS III, & poſt biennium HENRICVS VII; in Gallia Ludouico XI filius CAROLVS VIII, qui *b* Annam Britanniæ Minoris heredem Maximiliano ſponſo eripuit, etiam Neapolitanum regnum armis adquiſiuit, ſed breui poſt tempore *c* amiſit, vltimus directæ Valeſiorum ſtirpis, extinctus MCCCCXCVIII, quem

a vid. Boxhorn. Hiſt. vniv. p. 1015.
b Tilius chron. ad annum CIƆCCCCLXXXIX.
c vt mox in Neapolitana hiſtoria dicemus.

quem Ludouicus XII excepit, Italico bello & propter illud pontificis anathemate non ignotus. Ingenti motu Italiam tum pontificum schisma, tum Neapolitana successio & Mediolanensis concusserunt. De schismate antehac dictum est: Neapolitanum regnum abruptum erat a Siculo, & per Ioannam, a ROBERTI regis neptem, b ANDREAE, Vngariæ regis fratri, collatum, quem c vxor scelesta peremit, vt LVDOVICO Tarentino nuberet. Ludouicus autem Vnga-

a Robertus superiori sæculo circa annum CIↃCCCXLVI exstinctus est, cum Ludouicus, Petri filius, regnaret in Sicilia. *Fazell. dec. 2. lib. 9. cap. 5.*

b Andreas filius Caroli regis Vngariæ, frater vterinus Ludouici Vngariæ & Poloniæ regis, a Thvvroczio part. 3. cap. 8. vocatur *rex Hierosolymæ & Siciliæ*: erat autem tantummodo *Neapolitanus*, Ludouico, Petri filio, Siciliæ imperante, quo cum paciscebatur Ioanna de separanda Siculo & Neapolitano regnis, adprobante pactum pontifice *Fazell. c. l.*

c Mich. Ritius lib. 3. Regn. Neap. *Virum Andream apud Atellam, quæ nunc Auersa dicitur, suspendio tollendum curauit.*

Vngariæ rex fratris necem vlturus *a* CAROLVM, ducem Dyrrachinum, contra Ioannam, regem confirmat, qui in Vngariæ postea regno ipsi Ludouico *b* successit: Caroli filius LADISLAVS, rex Neapolitanus, heredem sororem reliquit Ioannam II, sed nuptiis eius non erat, quod *c* IACOBVS Bourbonius gauderet, mox à Sfortia pellendus ita, vt religionem & monachi habitum cum regno commutaret. Ioanna vt rebus se turbatissimis eripiat, *d* ALFONSVM, Arragoniæ & Siciliæ regem, heredem scribit, mox, mutata sententia, LVDOVICVM Andegauensem, qui regni ius *e* RENATO fratri relinquit, quem Alfonsus obsessum ad *f* deditionem compulit

miti

a Instigante Vrbano VI, pontifice Romano, Carolus rex creatus anno CIↃCCCLXXXI. *Ritius c. l.*

b Mariæ reginæ virgini, quæ Sigismundo postea nupsit, a proceribus oppositus.

c Iacobus Marchiæ comes, ex familia Bourbonum. *Ritius.*

d Ritius c. l. & Fazellus lib. 9. cap. 9.

e ibidem.

f Ritius lib. 3. extremo.

miti victoria in ipsum & sectatores vsus. Sic cum Sicilia Neapolitanum regnum rursus coniunctum fuit anno christianæ salutis MCCCCXLII, sed post mortem Alfonsi denuo seiungendum. Huic enim in Aragoniæ & Siciliæ regnis IOANNES frater successit, pater Ferdinandi Catholici; at in Neapolitano filius nothus a FERDINANDVS, antea dux Calabriæ, qui anno MCCCCXCII decedens ex vita, ALFONSO filio reliquit regnum, quem cum CAROLVS VIII, rex Francorum, pepulisset, filium Alfonsi FERDINANDVM Ferdinandus Catholicus restituit, quo sine liberis defuncto, FRIDERICVS prioris Ferdinandi filius, patruus nostri, regno Neapolitano succedit, quem Ferdinandus Catholicus & Ludouicus XII eiiciunt, vt regnum inter se diuidant. Intuta omnis societas regnorum, & controuersia de finibus orta, Ferdinandus Ludouicum superauit, & expulsis Gal-

a Hæc & quæ sequuntur in Neapolitana historia, ex Ritii lib. 4. sunt, & Fazelli lib. 9. cap. 11. p. 550.

Gallis toto regno Neapolitano potitus est, a quo tempore cum Sicilia & Sardinia coniunctum mansit. Mediolanensis turba sub finem quidem xv sæculi commota fuit, fortius autem in xvi agitata. Nam cum Galeatius, vicecomes Mediolanensis, filium Philippum Mariam, & filiam Valentinam, quæ Ludovico *a* Aurelianensi nupsit, reliquisset, Philippus autem sine prole legitima decederet; *b* lis orta est inter Ludouicum Galliæ regem xii, heredem Aurelianensis Ludouici; & Franciscum Stortiam, qui notham Philippi Mariæ filiam in matrimonio habebat. Pellebant Galli Sforrtiam, Pontifex & Veneti Gallos, longiusque protracto bello Hispani quoque implicabantur, a quorum copiis Franciscus rex apud Pauiam captus finem fecit controuersiarum. Sfortia enim restitutus, morte sua MDXXXV vacuam possessionem fecit, quam Carolus v, vt feudum imperii Phi-

a fratri regis Henrici v I.

b Ferronus, Guicciardinus, & alii Gallici scriptores in Ludouico & Francisco has turbas descripserunt.

Philippo filio dedit, quæ origo est Hispanici iuris in ducatum Mediolanensem.

Nunc de aliarum quoque gentium regnis, quæ clariora hoc sæculo facta sunt, dicendum perbreuiter est. Scotia suos IACOBOS laudat I, II, III in hoc; IIII & V in proximo sæculo. Iacobi V filia a MARIA Francisco II Galliæ regi nupsit, & ab huius morte HENRICO STVARTO, ex quo coniugio natus est Iacobus VI, in quo Angliæ & Scotiæ regna sub Magnæ Britanniæ titulo coniuncta fuerunt. Sed hæc alio tempore gesta sunt; nunc solum attingimus, quod XV sæculo memorabile est. Dania b medio fere æuo, ex Oldenburgica gente reges eligere cœpit CHRISTIANVM I, & IOANNEM filium eius, quod per secutura etiam tempora nunquam mutatum fuit. Sueciæ autem regnum antiquo æuo cum Danico coniunctum erat: hoc autem XV sæculo suos sibi vel duces vel reges, legit,

a vide Scriptores rerum Britannicarum.
b anno CIↃCCCCXLVII.

legit, CAROLVM, STENONES, SVANTVM, quos Daniæ regibus, sine suffragio suo electis, opponeret, quamquam rursus in CHRISTIANO II coniungebantur. Tandem etiam de Bohoemiæ regno perpauca dicemus. Sæculum prope XII erat, cum a Germaniæ regibus Bohœmorum duces in regium decus euecti sunt, vti ab *a* Henrico IIII VRATISLAVS, a *b* Philippo PREMISLAVS, cuius familia in WENCESLAO, Rudolphi Habsburgensis ex filia nepote, exspirauit anno Christianorum MCCCVII. A cuius morte certauit de regno RVDOLPHVS, Alberti Austriaci filius, cum HENRICO duce Carinthiæ, quem motum partim mors Rudolphi, partim Henricus VII imperator diremit, qui, eiecto Carinthio, regnum filio suo *c* IOANNI dedit: cui filius CAROLVS IIII imperator, & huic degener WENCESLAVS, & ab eius obitu

a Aeneas Siluius Hist. Bohœm. cap. 22,
b Idem cap. 26, & Siffrid. ad ann. CIↃCCIIII.
c Henricus VII filio Ioanni sororem VVenceslai iunxit, & sic matrimonii iure regnum inuasit. *Aen. Siluius cap.* 31.

obitu SIGISMVNDVS frater, Vngariæ & Bohoemiæ rex, *a* Hussitico bello vexatissimus, successerunt, Vtrumque regnum etiam coniunctum tenuerunt, qui proxime in Bohoemico sequntur *b* ALBERTVS gener Sigismundi, & *c* LADISLAVS, Alberti postumus, MCCCCLIIII, cum ex Gallia sponsam exspectaret, *d* subito exstinctus.

GEOR-

a Ecclesiam Bohœmicam a VValdensibus aliquid lucis diuinæ accepisse, supra diximus. Husso autem & Hieronymo Pragensi in Constantiensi concilio combustis, libertatem conscientiarum Bohœmi tutati sunt duce Ioanne Ziska, multisque prœliis Sigismundum fatigarunt. Hoc *bellum Hussiticum* est, de quo etiam Aeneas Siluius cap. 38. potest consuli, quamquam is pro secta sua acerbius in Bohœmos inuectus est.

b Albertus Rom. imperator & Vngariæ rex. *Siluius cap.* 55.

c ibidem cap. 58. Interuenit in Vngariæ regno Vladislaus Polonus, antequam Ladislaus patri Alberto succederet.

d non sine suspicione veneni Pragæ exstinctus est. Suspectus hoc nomine fuit Georgius Pogiebrachius (alii Podiebradium &

GEORGIVS Pogiebrachius soli Bohœmiæ præfuit: successor VLADISLAVS, Casimiri Poloni filius, etiam Vngariæ, cuius filius [a] LVDOVICVS ad Mohazium cæsus vtrumque Austriacis occupandum reliquit ex matrimonii iure, quod soror Ludouici cum Ferdinando I contraxerat.

Hoc sæculo cadebant litteræ in Oriente, surgebant ex diuturna barbarie in Occidente, doctissimo quoque Græcorum, vt Turcos euaderet, in Italiam confugiente. Præter Bessarionem, quem supra laudauimus, huius ordinis fuerunt [b] Theodorus Gaza, Georgius Trapezuntius,

& Poggiobrachium vocant) qui postea successit *Bonfin. Hist. Vng. decad.* 3. *lib.* 8. *extr.* Hussitis hoc veneficii crimen *Trithemius* imputat, *chron. Sponhem. ad annum* CIↃCCCLVII.

a Vide, quæ supra in Vngaricis rebus scripta sunt.

b Effigiem singulorum repræsentat Lambecius lib. 6. Biblioth. Vindeb. p. 274, desumtas ex Paulli Iouii, Nucerini episcopi, museo. Gaza autem; vt subscriptum est Iconibus, fuit rhetor & grammaticus: Tra-

zuntius, Ioannes Argyropulus, Michael Marullus, Demetrius Chalcocondyles, Marcus Musurus, & Ioannes Lascaris. Qui mansere in Graecia, calamitates eius scripserunt, a Laonicus Chalcocondyles, b Ducas Michaelis Ducae nepos, & Georgius Phranza. Non segnis erat Italia, quae horum industriam aemularetur, & Latinas simul litteras ex tenebris, quibus immersae fuerant, ad pristinum nitorem reuocaret. Laurentii Vallae, Pomponii Laeti, Ioannis c Pici Mirandulae,

Trapezuntius rhetor & philosophus: Argyropulus philosophus, cuius imagini hi versus adiecti sunt.

Magnus Aristoteles loquitur quod in orbe latine,
Post Gazam meritum debet id omne mihi:

Marullus poeta, Chalcocondyles grammaticus, Musurus & Lascaris philologi.

a Laonicus historiam deduxit ad annum CIↃCCCLXII.

b Ducae & Phranzae vitas scripsit Martinus Hanckius de Script. Byzant.

c De huius consummatissimi viri laudibus Epi-

randulæ, Angeli Politiani, & Hermolai Barbari, & Marsilii Ficini, Philippique Beroaldi, & Baptistæ Mantuani, M. Antonii Coccii Sabellici, & aliorum æterna nomina, horumque omnium communis patronus a Laurentius Medices, Florentinus princeps, illustri documento sunt, quam cupida illa ætas fuerit optimarum litterarum, quantaque felicitate instaurauerit. Nondum Alpes elegantior Musa transuolauerat, cum in Germania nostra læto omine & auspicio ars illa inueniretur, qua librorum codices facili labore & breui tempore in millenos aut plures multiplicari ad iuuandam rem litterariam possunt. Non secus autem, quam de Homeri patria,

Epistolæ eiusdem, a nobis editæ, testantur. Addi potest Paulus Langius in Chronic. Cizensi pag. 885, vbi *diuini virum ingenii* & *pentaglotton* vocat, eiusque comites studiorum, plerosque ex epistolis notos, summis laudibus effert.

a Hermolaus Barbarus ad Ioannem Picum Mirandulanum epistola (Mirandulanis subiecimus p. 143.) *Debent*, inquit, *Florentinis litteræ, & inter Florentinos Medicibus, & inter Medices Laurentio.*

patria, de artis huius inuentione a civitates disceptant, Argentina, Moguntina, & Harlemensis, quia plures semper expetunt quod singularem laudem promeretur. Siue Mentelius est, siue Gutenbergius, siue alius inuentor; plus commodi ingenio suo ad communem vtilitatem tulit, quam vel Columbus aut Americus noui Orbis peruestigatione. Certatim tum scholæ &

a Jacobus Mentelius de vera origine typographiæ ex annalibus reip. Argentoratensis, gentili suo Ioanni Mentelio, ciui Argentoratensi, primam inuentionem vindicat, cuius famulus, cui nomen *Gensfleisch* erat, arcanum Ioanni Gutenbergio, eiusdem ciuitatis aurifabro, reuelauerit, & cum illo aufugerit Moguntiam, vt ibidem perficerent, quod alius ingenio excogitatum fuerat. Primis autem impressis libris non horum, qui pauperes erant, sed vel Io. Fausti, vel Scheferi, qui sumtus suppeditabant, nomen refert præfixum fuisse. Contra Petrus Scriuerius, & Marc. Zvver. Boxhornius pro Harlemensi inuentore pugnant. Vide Hist. Vniv. Boxh. p. 946. seq. & Scriuerii singularem librum. Inuenta ars fuit circa medium fere sæculi XV.

academiæ initiabantur, accedentibus numero earum Herbipolensi, Lipsiensi, Cadomensi, Andreana Scotiæ, Louaniensi, Friburgensi, Gripswaldensi, Basileensi, Commbricensi, Tübingensi, Hafniensi, Ingolstadiensi & Moguntina. Sic viam præparari oportuit diuinæ & cælesti doctrinæ, quæ proximo sæculo Europam, *dispulsis* tenebris, illustratura erat, cui Ioannes Gerson & Thomas Kempisius, pietatis clarissimæ theologi, his temporibus, quorum historiam finimus, auspicatissime tum voce tum scriptis libris proluserunt.

FINIS HISTORIAE

MEDII AEVI.

HISTO-

HISTORIA MEDII AEVI IN TABVLIS SYNOPTICIS.

Quædam Tabulæ deductæ sunt ultra terminum ætatis mediæ ad nostram usque ætatem, quod connexio ita postulabat, ne pauci reges aut imperatores, sæculi XVI *aut* XVII, *a serie præcedentium abrumperentur.*

IMPERATORES ROMANI

SAECVLO IIII

Transalp.	*Ital.*	*Orient.*
CONSTANTINVS	MAXENTIVS	GALERIVS

Victo Maxentio & mortuo Galerio

Occident.		*Orientis.*
CONSTANTINVS	*idem.*	LICINIVS.

Debellato Licinio idem

CONSTANTINVS
meritis in ecclesiam
MAGNVS. ann. xxxi.

Transalp.	*Ital. & Afr.*	*Orient.*
CONSTANTINVS F.	CONSTANS	CONSTANTIVS

& interfecto Constantino

Occident.	*Orient.*
CONSTANS & hoc cæso MAGNENTIVS.	CONSTANTINVS

dein CONSTANTIVS solus.

SAEC. IIII

IVLIANVS *apostata*,
IOVIANVS *Persis cedens*
VIII mens.

Occident.	*Orientis.*
VALENTINIANVS ann. XIII	VALENS ann. XVI
* GRATIANVS & VALENTINIANVS II	THEODOSIVS a morte Valentis
MAXIMVS *Gratiani*; EVGENIVS *Valentiniani* percussores	

idem THEODOSIVS solus
cognomine MAGNVS
mortuus ann. CCCXCV

HONORIVS ARCADIVS

* Gratianus imperauit cum patre Valentiniano annos VIII, dies LXXXV; cum patruo & fratre III; cum eodem fratre & Theodosio IIII. *Epitoma Victoris.*

IMPERATORES
SAECVLO V.

Occident.

Honorius moritur
anno CCCCXXII

VALENTINIANVS III
annos XXX

MAXIMVS
AVITVS
MAIORIANVS
SEVERVS
ANTHEMIVS
OLYBRIVS
GLYCERIVS
IVL. NEPOS
ROMVLVS AVGVSTVLVS
Orestis fil.

Succedunt barbari

ODOACER
& post hunc
GOTHI

Orient.

Arcadius moritur
anno CCCCVIII

THEODOSIVS II
annos XLII
Synodus Ephesin.

MARCIANVS
annos XII
Synodus Chalced.

LEO magnus
ann. XVII m. [illegible]

ZENO Isauricus
annos XVII

ANASTASIVS
Dicorus, *Eutychianus.* anno
CCCCXCI

IMPERATORES ORIENTIS

SAECVLO VI

Anastasius moritur ann. DXVIII.

IVSTINVS Thrax annos IX.

IVSTINIANVS Magnus, *legislator, & Gothorum per Belisarium victor* annos XXXVIII.

IVSTINVS II *Italiam a Iustiniano vindicatam rursus amittit, inuadentibus Langobardis.* annos XIII.

TIBERIVS II annos IIII.

MAVRICIVS *suis suorumque suppliciis infelix*, cæsus a Phoca anno DCII, cum imperasset solus a soceri morte XVI.

IMPERATORES ORIENTIS

SAECVLO VII.

PHOCAS *Papæ fauet.* imperauit annos VIII

HERACLIVS *bellum gerit aduersus Cosroem II Persarum regem.* annos XXXII

CONSTANTINVS filius Heraclii menses IIII, & nouerca MARTINA menses VI

CONSTANS Constantini filius, nepos Heraclii, *victus a Persis:* annos XXVII.

CONSTANTINUS Pogonatus, *auctor Concilii VI, victor Saracenorum,* ann. XVII

IVSTINIANVS II *ῥινότμητος, auctor Synodi Quinisextæ.*

LEONTIVS subuertit Iustinianum; APSIMARVS Leontium.

IMPERATORES ORIENTIS

SAECVLO VIII

Iustinianus ῥινότμητος anno ↀCCIII reducitur, regnatque rursus annos VIII.

PHILIPPICVS Bardanes, expulsor Iustiniani, quem tertio anno pepulit

ARTEMIVS, dictus Anastasius, hunc

THEODOSIVS post XV menses: hunc rursus a biennio

LEO Conon, Isaurus ann. XXIII
CONSTANTINVS Copronymus, XXXIIII an.
LEO IV, Chazarus, ann. V
} *iconomachi*

IRENE Leonis vidua cum filio CONSTANTINO VII, εἰκονολατρεύουσα ann. XVII cum filio; V sola

Synodus Nicena II pro imaginibus.

SAECVLO IX

Occident.	*Orient.*
CAROLVS Magnus, an. XIII ab anno DCCC Rex ab IↃCCLXVIII	NICEPHORVS ann. IX
	MICHAEL Rangabe, ann. II.
LVDOVICVS Pius fil. ann. XXVII ab anno IↃCCCXIV	LEO Armenius, ann. VII
	MICHAEL Balbus
LOTHARIVS Pii F. ann. XV	THEOPHILVS f.
LVDOVICVS II fil. ann. XX.	THEODORA cum fil. MICHAELE
	BASILIVS Macedo, ann. XX
CAROL. Caluus.	
LVDOVICVS Balbus.	
CAROL. Crassus	
ARNVLFVS fil. Carolomanni.	LEO Philosophus ann. XXV ab an. DCCCLXXXVI
LVDOVICVS fil. Arnulfi extremo sæculo.	

SAECVLO X

Occidens.

Ludovicus IIII in hoc sæculo XII pæne annos suos expleuit

CONRADVS Françus ann. VIII.

HENRICVS Auceps *Vandalor. victor* ann. XVII.

OTTO Magnus *victor Hunnorum* ann. XXXVII.

OTTO II ann. XI *repressor Gallorum*.

OTTO III, Puer, Das Kind / ad finem sæculi annos XVII imperans.

Oriens.

ALEXANDER frat. ann. I.

CONSTANTINVS Porphyrogennetus, fil. Leonis, cum ROMANO Lacapeno; eoque reiecto rursus solus.

ROMANVS II fil. Constantini ann. III.

NICEPHORVS Phocas

IOANNES Tzinisca *victor*.

BASILIVS & CONSTANTINVS fratres, filii Romani II, nepotes Constantini.

SAECVLO XI

Occidentis	*Orient.*
HENRICVS Sanctus, ann. XXIII.	
	CONSTANTINVS sine fratre
CONRADVS Saliquus, ann. XV.	ROMANVS Argyropolus.
	MICHAEL Paphlago
	MICHAEL Calaphates
HENRICVS III Niger, ann. XVII.	CONSTANTINVS Monomachus
	THEODORA Augusta.
	MICHAEL Stratioticus
HENRICVS IV, *tertii fil. infelix* annos XLIX mens. X.	ISAACIVS Comnenus
	CONSTANTINVS Ducas
	ROMANVS Diogees *a Turcis captus*
	MICHAEL Ducæ fil.
RVDOLFVS Suevus, *Henrici avunculus.*	NICEPHORVS Botoniates
	ALEXIVS Comnenus ann. XXXVII.

SAECVLO XII

Occident.

HENRICVS V ann. XIX mort. MCXXV

LOTHARIVS Saxo, *vel potius* LVTHERVS ann. XIII

CONRADVS III *miles sacer.* ann. XIIII

FRIDERICVS Barbarossa ann. XXXVIII. *perit in sacra expeditione an.* MCLXXXIX.

HENRICVS VI *fil. Friderici*, Asper. ann. IX

PHILIPPVS & OTTO IV *annali*

Orientis

Alexius Comnenus XXVII annos in hoc

IOANNES Comnenus frater ANNAE, quæ patris Alexii res scripsit annos regn. XXIIII Dicitur & CALO IOANNES

MANVEL Comnenus, fil. ann. XXXVII

ANDRONICVS *necato pupillo Alexio.*

ISAACIVS Angelus ann. IX

ALEXIVS Ducas *a Venetis sinistus*

SAECVLO XIII.

Occident.	*Orient.*
OTTO solus exstincto Philippo	ALEXIVS puer, *Venetorum ope.*
FRIDERICVS II *frater Philippi*	MVRZVFLVS
	*BALDVINVS
	HENRICVS fr.
v Candidati	PETRVS Altisiodorensis
Interregnum	ROBERTVS
	BALDVINVS II *ultimus Latinor.*
RVDOLFVS Habspurgensis ab MCCLXXII, per ann. XVIII	MICHAEL Palæologus
ADOLFVS Nassouius ann. VI	ANDRONICVS Palæologus ann. XLV
ALBERTVS Austriacus MCCXCVII	

* Quinque Latinis a Balduino I ad Balduinum II opponuntur *Niceæ* Lascarini, *Theodorus*, *Ioannes*, *Theodorus II*, quem *Michael Palæologus* excepit.

SAECVLO XIIII

Occidens.

HENRICVS Luzzelburg.

LVDOVICVS Bauarus ann. XXXIII. *Superat æmulum* FRIDERICVM, Alberti filium.

CAROLVS IV. ann. XXXII. mor. MCCCLXXVII.

WENCESLAVS ann. XXII. *abdicatur sub finem sæculi*, ſurrogatur.

RVPERTVS

Oriens.

Andronicus etiam XXVII annos in hoc ſæculo imperauit.

ANDRONICVS II Palæologus, *nepos primi.*

CANTACVZENVS tutor Ioannis, poſt collega.

IOANNES Palæologus *tutore remoto.*

Venetiis captiuus

ANDRONICVS III *impius in patrem.*

MANVEL frater *Turcorum tributarius.*

SAECVLO XV.

Occident.

RVPERTVS moritur A. CIↃCCCCIX.

IODOCVS menſ. VI.

SIGISMVNDVS ann. XXVI.

Concilium Conſtantienſe,

ALBERTVS Auſtriacus, *gener*

FRIDERICVS III imperat annos LIII, moritur MCCCCXCII.

MAXIMILIANVS filius Friderici.

Orient.

MANVEL a nutu Turcorum pendens, ex ſæculo ſuperiore

IOANNES II *intereſt Concilio Florentino.*

CONSTANTINVS Palæologus *Ioannis F.*

Conſtantinopolis capta MCCCCLIII.

CONTINVATIO IMPERATORVM

SAECVLI XVI

MAXIMILIANVS ex superiore sæculo vsque ad annum MDXVIII

CAROLVS V, rex Hispaniarum, Maximiliani ex filio Philippo nepos, ann. XXXVIII

FERDINANDVS I *Rex* primum *Romanorum*, postea, fratre Carolo ad vitam religiosam abeunte, *imperator* annis VI

MAXIMILIANVS II, Ferdinandi filius, ann. XII

RVDOLPHVS, Maximiliani filius ann. XXXV. Moritur anno MDCXII

CONTINVATIO IMPERATORVM

SAECVLI XVII

MATTHIAS frater Rudolphi moritur MDCXIX

FERDINANDVS II Caroli Austriaci filius, Ferdinandi I nepos, incidens in bellum Germanicum, mortuus MDCXXXII

FERDINANDVS III, filius Ferdinandi II, pacem Germaniæ restituit.

FERDINANDVS IIII Romanorum rex, superstite patre exstinguitur MDCLIIII; obiit pater MDCLVII

LEOPOLDVS, filius Ferdinandi III, natus MDCXL, imperator creatus MDCLVIII, Turcorum victor felicissimus, quem Deus seruet, & victoriis ac triumphis in salutem patriæ maximis plurimisque augeat.

DYNASTIA PERSARVM MEDIO AEVO

* Triplex Persarum Dynastia, antiqua a Cyro condita, & ab Alexandro destructa: media, Parthorum imperio succedens, & a Saracenis sublata: noua, siue Sophorum regnum, quod nostrorum temporum est. Nunc mediam exponemus.

ARDSCHIR, in Tarich, vulgo *Artaxerxes*, aut secundum Agathiam Ἀρταξάρης, *Artaxares*: vnde διώνυμος Zonaræ in Diocletiano dictus est. Parthis imperium eripuit, cum Alexander, Mammææ filius, Romanorum rebus præesset. *Herdian. l. 2.* Regnauit annos XIIII menses X. *Agathias lib. 4 f. 134.*

SAPORES, Σαπώρης Cedreno & Zonaræ, Σαβώρης Agathiæ, Tarich *Schabur* siue *Sabór*. Imperatorem Valerianum capit & excoriat. *Cedren. p. 212.* Regnauit annos XXXI. *Agathias.*

HOR-

HORMISDAS, Ὁμισδάτης Græcis, Tarich *Hormoz*, filius Saporis vnum annum imperauit. *Agath.*

VARANES, Οὐαράνης, *Bahram* in Tarich. III annos regnauit.

VARANES filius annos XVII.

VARANES cognomine Σεγανσαά, menſes IIII. *Agath.*

NARSES, ſiue Narſeus, Ναρσῆς Diocletiani tempore, *Eutrop.* 9. 15. regnauit annos VII menſes V. *Agath.* ἕβδομος ἀπὸ Ἀρταξέρξου. *Zonar. in Dioclet.*.

HORMISDAS II (Ἀδανάρσης Zonaræ Tom. 3. f. 11.) filius Narſei, annis totidem, quod pater. *Agath.*

SAPORES II, Σαβώρ Agathiæ, rex antequam naſceretur, corona ventri matris impoſita: moritur ſeptuagenarius. *Idem Agathias.* Bellum gerit

rit cum Constantio & Iuliano: iniquam pacem Iouiano extorquet. *Ammian.*

ARTAXERXES, Ἀρταξήρ, frater Saporis, annos IIII. *Agath.*

SAPORES III, filius Artaxerxis, annos V. *Agath.*

VARARANES IV, filius Saporis, cognominatus Κερμασαά, quod Schickardus in Tarich p. 114. putat *KirmanScha* scribendum esse. Nam Κέρμα ἔθνους ἢ χώρας ὑπῆρχεν ἐπωνυμία, vt cognomen ex deuicta gente vel regione sit. Regnauit annos XI. *Agathias p.* 136.

ISDIGERDES, etiam filius Saporis, Ισδιγέρδης ὁ Σαβόρου, *Iazdigard* in Tarich, Arcadii amicus adeo, vt etiam Theodosio filio κηδεμών, *curator* feratur a moriente patre constitutus esse. annos regnauit XXI. *Agathias c. l.* & *Procopius* 1. *Pers. cap.* 2.

VA-

VARARANES V, filius Isdigerdis, persecutor Christianorum, *Socrates* 7. 18. annos XX *Agath.*

ISDIGERDES II, Vararanæ filius regnans XVII annos. *Agath.*

PEROZES, Περόζης, *Firutz* Arabice, ab Hunnis cum exercitu cæsus. *Agath.*

OBALAS, Οβάλας, frater Perozis, in Tarich dictus *Ialas*, sed cum Schickardo forsan *Balas* legendum est, quia plerique scriptores, quamlibet mire variantes, tamen β in eius nomine expresserunt. annos habet IIII.

CABADES, Καβάδης Agathiæ, Κωάδης Zonaræ in Iustino Thrace, cuius temporibus regnauit, *Kobad* in Tarich, frater Obalæ, pulsus a suis, & ab Hunnis restitutus; mortuus anno Iustiniani imperatoris quinto. *Agathias & Procop. 1. Pers.*

*Za-

* ZAMASPEM, filium & ipsum Perozis, Scaliger inter Cabadem in carcere & fuga latitantem, & inter eundem restitutum ponit, eique dat annos IIII. Adde Agathiam, ex quo Scaliger hausit.

COSROES Magnus, Cabadæ filius, bellum cum Iustiniano Magno gerit. Regnauit annos XLVIII *Agath. lib. 4. extr. & Procopius in Persicis.* Tarich hunc regem vocat proprio nomine *Nuschin Ravan*, siue vt pronunciatur, *Nuschirravvan*, quod Cosroes forsan nomen commune & dignitatis est. Vide Hist. Antiq. p. 211.

HORMISDAS III filius Cosrois, luminibus orbatus & in carcerem detrusus a suis. *Zonaras in Mauritio, & Theophyl. Simocatta lib. 3. c. 16. & lib. 4. c. 6.*

COSROES II, filius Hormisdæ captiui, annos regnans XXXIX, *Zonar.* c. l. & *Simocatta* 4. 7.

SIROES, Cosrois filius, patricida, tempore Heraclii, annum I regnans. *Cedren. p. 345. Chron. Alex. p. 910.*

* ADE-

* ADESER, filius Sirois, BARAZAS, & BARAM Cosrois filia, paucorum mensium reges. *Cedren. c. l.*

HORMISDA IEZDEGERD, cum III annos regnasset, a Saracenis regno exuitur, *Cedren.* quod factum est circiter annum Christianorum DCXL. Tarich vocat *Iezdigerdem*, Cedrenus *Hormisdam*, Scaliger *Ormizda, Iezdegird.*

SVCCEDVNT SARACENI.

* Hic ordo Persicorum regnum, medii aeui, quem recensuimus, Agathiae est lib. 4. & Zonarae in Diocletiano, ac Cedreni locis cit. & Scaligeri in Isagoge p. 135. Discedit in quibusdam Tarich, Schickardi, quem librum, si placet, consulas.

DYNASTIA CHALIPHARVM

MOHAMMED pſeudopropheta, anno Chriſti DCXXII, qui primus Hegiræ. *Scalig. Iſag. p. 137.*

ABVBECHER, anno Hegiræ XI, moritur XIII. *Cedren. in Heraclio.*

OMAR, victor Iezdigerdis Perſarum regis. *Cedren. c. l.* Interfectus a ſeruo, anno Hegiræ XLIII

MABIAS (Scaligero OTMEN) Cyprum, Rhodum, Africam inuadit, Conſtantinopolim oppugnat. *Cedren. & Zonar.*

ALI ſectarius. interficitur anno XXXIX

HASEN filius Ali, regnauit in Cupha, frater eius MAWIA in Scham ſiue Syria Damaſci. Haſen fratri Mawiæ imperio tradito, Medinam ſeceſſit.

IEXD filius Mawiæ, ann. I.

MARWAN ann. I

AB-

ABDELMELICH filius Marwan, victor Rhinotmeti, *Cedren.*

WALID, sub quo Saraceni Hispaniam ex Africa tentant. *Paul. Diac.* 6. 46. anno christiano DCCXIII.

SOLEIMAN, frater Walidi, Byzantium obsidet, *Cedren.* In Hispania Gothi pelluntur.

OMAR II persecutor Christianorum: Byzantium classe terret. *Cedren.*

IEZID II filius Abdelmelich. *Cedren. in Leone Isauro.*

EVELID Niceam frustra obsidet. *Cedren.* Nunc Saraceni in Galliis a Carolo Martello funduntur. *P. Diac.* 6. 54.

ISAM
WALID II } βραχύχρονοι, *Cedren.*
IEZID III

MARWAN ad Cyprum vincitur a Copronymo. *Cedren.*

ABVLABA, qui & MOHAMMED dictus fuit.

ELMANZVR, siue ABVGEPHAR EL MANZVR, aliis ABEDALA, conditor Bagdadi *Abulpharag. pag.* 8. 9.

MAHDI, filius Manzuri, ab Irene victus in Cilicia. *Cedren.*

AHARVN cognomine ERRESCHID Cappadociam & Phrygiam vastat. *Cedren.* amicus Carolo M. *Eginhard.*

IMIN, filius Aharonis Reschidis.

MAMON frater sub quo Græci multi libri Arabice verti cœperunt. *Scalig.* Obiit mortem ann. DCCCXXXII

Circa hæc tempora fit diuisio Saracenorum: memorantur tamen in eodem ordine sequentes.

MVTEZVM mor. DCCCXLI

AHARVN EL WATAK, regnat annos IIII.

METVCHAL mortuus DCCCLVI

MVTNAZAR m DCCCLXII

ELMVSTEIN, sub quo plena diuisio Caliphatus facta: occisus hic Calipha DCCCLXVI

SAraceni inter se diuisi in duas familias principes *Ommiadarum* siue *Omaytarum*, & *Habbasidarum*, a Chalifa *Abu Habbasi* (Abulaba aliis) adpellatorum, & hæc alteram tandem oppressit anno Hegiræ CXXXI. Ita post Maruani mortem, vltimi ex Omaytis, imperante Copronymo, alium sibi principem Syri, alium Arabes, alium Persæ, alium Ægyptii, alium denique Hispani elegerunt, vno tamen supremo Chalifa. Quinque postea Chalifæ reuera adparuerunt, diuersi & familiis & sectis, quorum vnus ex Habbasidis, post Damascum destructam, sedem habuit *Bagdadi*; alter in vrbe *Cairo* Ægypti, tertius *Fezze* in Africa ad occasum: quartus *Carauani* sub Syrte minori: quintus denique in *Hispania*, vt tamen principes sedes ac sibi inuicem aduersæ essent *Bagdad* & *Cairo*: illa *Chalifarum* nomen retinuit, hæc *Sultanorum* adsumsit. *Frid. Spanhem. Introd. Hist. Sac.* VIII *p.* 759.

Syri *In Bagdad*	Ægyptii *in Caira*	Africani *In Caruena*	Hispani, *in Toleto, Corduba, Cæsaraugusta*, & tandem *Granata*
post alios *Impraël.* & *Mohammed* filius exutus regno a Turcis. *Zanar. T. 3. p. 203.*	e quibus *Saladinus* in bello sacro. Succedunt *Mamlucci* a Turcis eiecti.	* qui Siciliam & Calabriam occupant, a Normannis depellendi:	sensim a Christianis attriti & tandem eiecti.

* Originem, situm, & imperium *Carueni* describunt Fazellus Sicul. Hist. Decad. 2. lib. 6. c. 1. & 10. Bapt. Gramaye lib. 8. Afric. cap. 8.

Diuisio Sultanorum Turcicorum deuictis Saracenis

NICENVS	ICONIENSIS	DAMASCENVS	ALEPPINVS	MVSVLANVS
Primus & vltimus Soliman de victus bello sacro a Bullionæis.	Hic insidiis vicit Conradum III & Ludouicum VII in bello sacro. *	*Dolilequin*, *Nobaradin*. Succedit *Saladinus Ægyptius*. *Sanut.* *l. 3. p. 9. c. 1. & 3.*	victor Babylonii. *Matth. Paris ad A.* 1250.	siue Nineuitanus &c.

† Iconiensis vltimus *Azatinos* a Schytis pulsus ad Michaelem Palæologum profugit, nec frater *Meletus* recuperare potuit regnum. *Niceph. Gregoras l. 4. & 5.* Diuidunt id inter se principes, e quibus est *Otman*, fundator Portæ Otomanicæ. *Idem l. 7. ineunte, & Ducas Hist. Byz. c.* & *Chalcocond. l. 1. p. 7.*

DYNASTIA OTMANIDARVM.

OTMAN, ſatrapa Sultani Iconienſis deuicti, Pruſiam capit, obit MCCCXXV

ORCHANES, filius Otmanis, Niceam expugnat: per filium SOLEIMANVM capit Callipolin Thraciæ. mor. MCCCLVII.

MVRAD, ſiue AMVRADES, Orchanis alter filius, a Ioanne Palæologo in auxilium contra Bulgaros vocatus, Hadrianopoli ſedem regni figit.

BAIAZETES, Turc. *Wilderim Chan Baiazet*, Philippicis artibus Græcos debilitat: Sigiſmundum ad Nicopolin vincit, a Tamerlane vincitur.

* Proſtratis Turcorum rebus præſunt EMIR SOLEIMAN, & MVSE, ille VII annis, hic III.

MOHAMMED I Baiazetis filius, fraternis diſcordiis agitatus.

NV-

MVRAD II (Amurades) Mohammedis filius, recuperat in Asia, quæ Temur chan siue Tamerlanes Wilderimo Chani abstulerat, & Sauderouiam Seruiæ capit; ad Varnam profligat Vladislaum MCCCCXLIIII, cetera impeditus a Scanderbego.

MOHAMMED II, filius Muradis, Constantinopolim capit anno MCCCCLIII, & postea Trapezuntem, & multa in Walachia.

BAIAZETES II filius, succedit MCCCCLXXXIII, capit Methonem anno MDI.

SELIMVS, Baiazetis II filius, Alepum, Syriam Damascenam & Ægyptum subigit MDXVIII

SOLEIMAN expugnat Albam Græcam MDXXI, sequenti anno Rhodum; vincit Ludouicum apud Mohazium MDXXVI; Viennam Austriæ & Maltam oppugnat: Budam dolo

Inuadit, & in Sigethi obsidione moritur, quam tamen exercitus capit. Hic etiam Bagdad ditionis suæ fecerat.

SEILIMVS II. Soleimani filius Cyprum Venetis MDLXXI adimit; vincitur autem ad Echinades insulas a classe Hispanorum & pontificis.

MVRAD III (Amurades) Tartaros Chersonesi Taurici tributarios facit.

MOHAMMED III. filius Muradis, continuat a patre cœptum bellum in Vngaria, quo Canisia Christianis eripitur MDC

ACHMED, filius, renuntiat iuri in occidentale Rom. imperium MDCVI

MVSTAPHA frater, detruditur a filio Achmedis Otmane.

OTMAN a Polonis vincitur MDCXXII, quo strangulato, reducitur Mustapha, qui se imperio abdicat.

MV-

MVRAD III frater Otmani.

IBRAHIM, alter frater, MDCXL succedit; ſtrangulatur a Ianizaris MDCXLVIII

MECHMED ſiue Mohammed IV. natus MDCXL. Waradinum capit MDCLX; Neuhuſelium MDCLXIII, Caminikum Podoliæ MDCLXXII, a Viennæ obſidione repulſus MDCLXXXIII amittit Vngariam, Sclauoniam, Peloponneſum, cum numeroſis exercitibus & caſtris omni opulentia abundantibus. Propter quas clades deiicitur a ſuis MDCLXXXVII &

SOLEIMAN frater ſufficitur; mortuus MDXCIV

MVSTAPHA Mohammedis IV filius, cui deiecto ſufficitur

ACHMED MDCCIII.

DYNASTIA VANDALORVM IN AFRICA.

Cum Hunni Valentis principatu in Scythiam Europaeam erupissent, Alanosque aut subegissent aut adiunxissent sibi pacto societatis; multi ex ea gente, relictis sedibus suis, in finibus Pannoniae consedere, vnde exciti ab Stilicone in Gallias se effuderunt. Praeerant Alanis Goar & Respendial reges, e quibus Goar ad Romanos cum suis transiit, ac in Gallia remansit, vbi Iouinum Moguntiaci imperatorem consalutandum curavit: reliqui adiunctis Vandalis & Sueuis, ductu Respendialis Hispaniam ingressi sunt Honorio VIII & Theodosio III coss. & Lusitaniam ac prouinciam Carthaginiensem obtinuere: vbi a Vallia rege Gothorum trienni bello pressi, multos suorum & regem Atacem, Respendialis successorem, amiserunt ita, vt, qui Vandalis antea & Sueuis potentia praestabant, fracti proeliis & ad paucos redacti, abolito regni nomine, se Gunderico Regi Vandalorum partisque Galleciae in clientelam dicarent, & quinto post obitum Honorii anno Geisericum, fratrem Gunderici ac successorem, in Africam sequerentur. *Hadr. Vales. Gest. Franc. Tom. I. p. 172.*

REGES VANDALORVM ET ALANORVM, IN AFRICA.

GEISERICVS siue Gizerichus sub Valentiniano III in Africam ex Hispania traiicit, sedemque regni Carthagine figit. Romam capit, quam Maximus tyrannus tenebat. annos regnat XXXVII. *Procop. 1. Vand.*

HVNERICVS, filius Geiserici, Eudociam Valentiniani filiam, Romæ captam, vxorem ducit; catholicorum persecutor, ipse Arianus. ann. VIII

GVNDAMVNDVS Geiserici ex filio Gentone nepos, iniquus in orthodoxos. ann. XII. *Procop.*

TRASAMVNDVS, frater Gundamundi, gener Theoderici, regis Italiæ, Anastasio amicus, ann. XXVII. *Procop. 1. Vandal. cap. 8.*

HILDERICVS, Hunerici filius, Valentiniani ex Eudocia nepos, amicus Iustiniano, oppressus ann. VIII a Gelimere, Gentonis nepote.

GELIMER ab Iustiniano ductu Belisarii victus, in quo desinit post annos XCV. Vandalorum in Africa dominatus. *Procop. l. 2. Vand.*

DY

DYNASTIA VESI-GOTHORVM.

* Vesigothi ex patria pulsi in Mœsiam venerunt Romanis militaturi: sed male habiti ab agrorum diuisoribus, bellum Valenti intulerunt, quo ipse occubuit. Ab Theodorio repressi sub filio Honorio in Italiam & Occidentis prouincias irruperunt. *Vasaus.*

ATHANARICVS primus ex hac gente rex, Valentis temporibus. *Isidor.* Era CCCCVII seq.

ALARICVS Romam capit sub Honorio, Attalum imperatorem creat, & deiicit. *Zosim. lib. 5, 38 & 6. c. 7.* Regnat annos XXVIII

HTHAVLFVS, ex Italia in Galliam Narbonensem migrat, vbi Placidiam, Theodosii filiam captiuam vxorem ducit. Inde Hispaniam ingressus, aliquot factis prœliis, a Vernulfo, milite suo, apud Barcionem interficitur. Regn. ann. VI. *Iornand. Get. c. 31.*

REGE-

* REGERICVS successor statim suorum fraude peremtus est. *Iornand.* c. L. Orosius, c. vlt. *Segericum nominat.*

VALLIA reliquias Vandalorum exturbat Bætica, Romanis amicus, quibus Placidiam reddit, ipse vicissim accipit Aquitaniam. Regni sedem constituit Tolosæ, vbi per annos LXXXVIII mansit. *Isidor Era* CCCCLIIII

THEODORICVS maior in campis Catalaunicis proelio cadit, cæsus ab Attila. *Isidor· Era* CCCCLVII. Varie nominatur Theudo, Theodorides & aliter. *Sirmond ad Sidon.* p. 130.

THORISMODVS filius, ann. I.

THEODORICVS minor, maioris filius, Thorismodi frater, ann. XIII

EVRICVS frater & percussor. ann. XVII. Arelatum & Massiliam subigit & alia Galliæ maritima vsque ad Alpes, etiam Avenionem. *Isidor. & Vales. lib. 5.*

ALARICVS gener Theoderici regis Italiæ, ann. XXIII a Chlodoueo cæsus. *Supra. p. 59.* Tunc Tolosa Gothis erepta.

GESA-

GESALICVS nothus, a Theoderico rege Italiæ eiectus *ibid.* Sedem habuit Narbone, amissa Tolosa.

AMALARICVS, filius Alarici, ann. xv sub Theodorico auo & tutore ann. v sine tutore. *ibid. p.* 60. Vltimus Gothorum in Gallia, a Childeberto victus & cæsus anno DXXXI. *Valesf. chron.*

THEVDIS Ostrogothus & Theoderici in tutela administer, Hispalim Hispaniæ sedem facit: regnat ad vsque ann. DXLVIII. *Valesf.*

THEVDISCLVS, AGVILA & obscuriores ATHANAGILDVS ac LVBIA, quem anno DLXIX excepit.

LEOVIGILDVS ann. XVIII, sub quo deletum fuit *Sueuorum* in Gallæcia regnum, quod sub x regibus ab anno CCCCVIII ad DLXXXV stetit. *Vasæus proleg. cap.* 15.

REC-

RECCAREDVS Gothorum & Sueuorum rex, isque primus catholicus. ann. XV, temporibus Mauricii: mortuus ann. DCI. *Vide p.69. notata.*

post quinque obscuros reges

CINTILA siue SVINTILA, Heraclii temporibus, primus Hispaniæ monarcha Romanis omnibus expulsis, ab anno DCXXI. Hinc

post IX successores, quos Vasæus c. l. & Grotius in prolegom. Hist. Gosh. nominant,

RODERICVS ab anno DCCXIII cum Vitiza regnat duos annos, vnum solus, in quo Gothorum in Hispania regnum a Mauris Saracenis exstinctum est. *Vasæus c.15. Grot. p.50.*

OSTRO-

OSTROGOTHORVM IN ITALIA REGES.

THEODERICVS, a Zenone in Italiam submissus, victor *Odoacris*, qui *Augustulum* euerterat. Præfuit rebus XXXVII annos *Procop. 1. Goth. c. 1.*

AMALASVNTA siue AMALASVENTHA, filia *Theoderici* ex *Chlodouei* sorore *Audefleda*, tutelam gerens *Athalarici* filii, tempore Iustiniani. *Procop. 1. c. 2.*

ATHALARICVS regis nomen habuit, non autem sine matre regnauit, quippe anno ætatis XVIII matre superstite decessit. Orba mater THEODOHADVM regni (non autem tori, in quem Traquillam siue Triguilam adsumsit) consortem fecit, a quo interfecta fuit. *Vales. T. 1. Gest. Franc. p. 399. seq.*

THEODOHATVS siue THEVDATVS, cui propter Amalasuenthæ necem bellum infert Iustinianus, & Neapolim Belisario duce capit. *Procop. 1. c. 10. Vales. c. l.*

WITIGIS, gener Amalasuntæ, Romam obsidet: a Belisario vincitur, capitur. *Procop. lib. 2. Vales. p. 426.*

ILDIBADVS (HELDEBADVS Valesio) a suis post biennium interfectus, *Procop. lib. 3. ineunte: Vales. p.* 423.

ERARICVS Rugus genere, a popularibus, Ostrogothorum sociis, electus, & post quinque menses interfectus *Procop. 3. c. 2. Vales. c. l.*

TOTILAS, Ildibadi fratre genitus, Romam bis capit & vastat; vincitur a Narse anno regni X. *Procop. 4. 32. Mar. Victorius in Hieronym. epist. 12. Vales. p.* 431.

TEIAS in locum Totilæ cooptatus: victus a Narse, & sic desiit bellum Gothicum anno XVIII. *Vales. p.* 449. & vniuersum Gothorum in Italia regnum post annum LXX, *Sigon. Regn. Ital. p. 7.* qui Iustiniani erat XXVI. Christi circiter DLII. *Vales. c. l.* adde *Procop. 4. extr.*

* *Sedes regni Gothici plerumque Rauenna fuit, Sigon c. l.* Theodericus Ticini etiam regiam struxit, *ibid. p. 8.*

LAN-

LANGOBARDORVM IN ITALIA REGES.

ALBOIN a Narſe euocatus ex Pannonia ſub Iuſtino II. *Aimoin.* 3. 17. *Paul. Diac.* 2. c. 7. circa annum Chriſti ɪↄʟxx, regnauit a Mediolanenſi victoria annos ɪɪɪ & dimidium. *Sigon.*

CLEPHO menſes xvɪɪɪ. *Paulus* 2. 31. *Sigon. in hoc rege.*

xxx Duces per annos x interueniunt. *Sigon.*

AVTHARIS filius Clephonis, Mauritio coæuus *Paul. Diac.* 3. 16. fit chriſtianus, ſed Arianus, *Sigon. p.* 18. Theudelinda vero coniux catholica. *Supra p.* 70.

AGILVLFVS a vidua Theudelinda electus. regnat annos xxv. *Paul. Diac* 3. 36.

ADALVALDVS, ſiue ADOLOBALDVS, poſt patris Agilulfi exceſſum cum matre Theudelinda regnat Phocæ temporibus annos vɪɪɪ. *Paulus Longob.* 4. 31. & *Sigon.*

ARI-

ARIOALDVS Heraclii æuo, annos XIII. moritur ∞DCXXXXVII *Idem* 4. c. 43.

ROTHARVS, polioreeta, annorum XVI. *Idem* 4. 44. & 47.

BODOALDVS, annor. V. *Idem* 4. 49.

ARIBERTVS annor. XIX. *Idem* 4. 53.

BERTARIDVS filius Ariberti, *ibid.*

GRIMOALDVS victor Francorum. *lib.* 5. c. 1. *seq.*

* Bertaridus redit ab exsilio, *idem* 5. 33. moritur anno ∞DCXC.

CVNIBERTVS, Bertaridi filius, tempore Iustiniani II. *Diac.* 5. 37. moritur ∞DCCIII. *Sigon.*

LVITPERTVS filius Cuniberti *lib.* 6, *c.* 17. mens. VIII *Sigon.*

RAGVMBERTVS moritur eodem anno *Sigon.* & *Paul.* 6. 18.

ARIBERTVS II ann. VII. *Idem* 6. 19. & 28.

ANSPRANDVS menses III, Anastasii II temporibus. *Idem* 6. 35.

LVIT-

LVITBRANDVS, filius Ansprandi; ann. XXX, Leonis III ætate. *Idem.* 6.38.

HILDEBRANDVS septem mensium. *Sigon.*

RATCHIS siue Rachis, regno se abdicat IↃCCL religionis caussa. *Sigon.*

AISTVLFVS Exarchatum tollit; sed vincitur a Pipino. *Sigon.*

DESIDERIVS cum ADALGISO filio victus & regno exutus a Carolo Pipini filio, Magni cognomen postea adepto. Atque hic finis fuit Langobardorum regni, anno, postquam in Italiam venerant, CCVI, christiano IↃCCLXXIIII. Sedes regnum Papiæ sive Ticini fuit primaria: altera Veronæ, *Sigon. extremo lib.* 3.

FRAN-

FRANCORVM REGES IN GALLIA

VARAMVNDVS, filius Marcomeris, Honorii & Valentiniani III temporibus. *Valeſ. T.1. p.120.125.*

CHLODIO (Sidon. CLOIO) anno V Valentiniani. *ibidem p. 124.*

MEROVEVS, Merouei cuiusdam filius, adfinis Chlodioni, non filius, *Aimoin. lib. 1.* fit rex CCCCXLVIII Poſtumiano & Zenone coſſ. a cuius ſtirpe reges ſubſequentes *Merouingi* dicuntur. *Valeſ. p. 144. 146.*

CHILDERICVS Merouei filius, regnauit annos XXIIII, rex creatus anno CCCCLVIII. *Valeſ. p. 189.*

CHLODOVEVS, Childerici vnicus filius, victor SYAGRII æmuli, (fil. Ægidii magiſtri militum) cuius regiam, Auguſtam Sueſſionum, ipſe poſt victoriam vſurpauit. *Valeſ. 240. ſeq. & 263.* primus Francorum regum chriſtianus, & barbarorum catholicus, mortuus Lutetiæ anno XXX regni *Idem p. 251, & 263.*

THE-

TEODERICVS Chlodouei filius, cum tribus fratribus CLODOMERE, CHLOTARIO & CHILDEBERTO. Vide supra p. 60.

THEODEBERTVS Theoderici filius, regnauit annos XIIII, a bubalo in venatione interfectus. *Vales. p.* 294. & 334.

THEODEBALDVS, filius Theodeberti, cuius post VII annos mortui, CHLOTARIVS, patruus magnus, bona rapit, & Childeberto etiam fratri succedit. *Vales. p.* 465. 477.

CHLOTARIVS, Chlodouei filius, solus, oppressis agnatis, circa annum IↃLX.

CHARIBERTVS, filius Chlotarii Lutetiæ sedem habens, cum fratribus GVNTRAMNO Aurelianensi: CHILPERICO Suessionensi; SIGEBERTO Metensi. Metensis posteri Childebertus filius, & Theodebertus ac Theodericus nepotes, cito pereunt. *Aimoin. lib.* 3. Hinc

CHIL-

CHILPERICVS, frater Chariberti, plerisque succedit, anno IↃLXXIIII.

CHLOTARIVS II, Chilperici filius, annos XLIIII regnat, fratribus vel exstinctis vel oppressis.

DAGOBERTVS, filius Chlotarii, rex Austrasiæ viuo patre: exstincto eo, maioris partis Galliæ, fratri Ariberto Aquitania relicta. *Aimoin.* 4. *cap.* 11 & 23.

CHLODOVEVS siue LVDOVICVS patri in Neustria & Burgundia succedit. *Aimoin.* 4. 27. ann. IↃCXLVI.

SIGEBERTVS frater in Austrasia *Aimoin.* 4. 27.

ILDEBERTVS, filio Sigeberti in monasterium detruso, eiectus a Chlodoueo *Tilius.*

CHLOTARIVS III fil. ann. I.

CHILDERICVS fil. Chlodouei secundus. *Tilius.*

CHILDERICVS II, frater, antea rex Austrasiæ. ann. XII

THEODERICVS frater ann. XIIII

PIPINVS administrator.

Sub hoc potens fit PIPINVS, maior domus. Sequentes titulo magis quam cura & potestate reges.

CHLODOVEVS III, ann. IIII.

CHILDEBERTVS II frater, annos XVIII, ab anno IↃCXCVIII.

DAGOBERTVS II, filius, annos II.

CHILPERICVS II.

CAROLVS MARTELLVS Francorum princeps circa annum IↃCCXV.

THEODERICVS Cala, annos XV,

CHILDERICVS tupidus annos IX, vltimus Merouingorum, cogitur monachus fieri anno IↃCCL. *Tilius.*

PIPINVS rex, Caroli filius, vnde noua familia *Carolingorum* : victor Aistulfi Langobardi. annos XVIII

CAROLVS Magnus annos XLVII ab IↃCCLXIX

LVDOVICVS Pius filius, ab IↃCCCXV per annos XXVI

CAROLVS Caluus, fil.

LVDOVICVS Balbus, Calui filius, ab IↃCCCLXXIX biennium regnans.

* Germani succedunt LVDOVICVS & CAROLOMANNVS per quinquennium, filii regis Germaniæ Ludouici.

CAROLVS Crassus frater illorum.

ODO

ODO annos IX.

CAROLVS Simplex, Ludouici Balbi fil. ab anno IↃCCCC

RVDOLPHVS Burgundio.

LVDOVICVS Transmarinus, Simplicis filius, annos XXVII

LOTHARIVS filius Ludouici, annos XXXI ab IↃCCCCLVI

LVDOVICVS V, filius Lotharii vnum annum regnat veneno exſtinctus, in quo deſiit ſtirps *Carolingorum* anno IↃCCCCLXXXVII

HVGO CAPETVS fundator familiæ ad noſtra vſque tempora regnantis, obiit IↃCCCCXCVI

ROBERTVS annos XXXVI. moritur anno CIↃXXX

HENRICVS, filius Roberti annos XXX

PHILIPPVS, filius Henrici, annos XLIX moritur CIↃCIX

LVDOVICVS VI, ſiue Craſſus, filius Philippi, annos XXVIIII

LVDOVICVS Iunior, ſiue VII, filius Craſſi, annos XLIII. Bello ſacro interfuit; moritur CIↃCLXXX.

PHILIPPVS II *Adeodatus*. annos XLII

Dicitur & *Philippus Augustus*.

LVDOVICVS VIII pater diui, ann. III

LVDOVICVS IX, annos XLIIII, rebus præclare pro ecclesia in Ægypto, Palæstina, & Africa gestis apud pontifices meritus, vt in Sanctorum numerum reciperetur, vnde *Diui* vel *Sancti* in historiis sequentium temporum cognomen. Mortuus in Africa CIↃCCLXX.

PHILIPPVS Audax, Sancti filius annos XV, sub quo Galli in Sicilia tristes *Vesperas* patiuntur.

PHILIPPVS Pulcher, Franciæ & Navarræ rex, annos XXVIII.

LVDOVICVS Hutinus annos II.

PHILIPPVS Longus siue V, annos V.

CAROLVS Pulcher, Philippo fratri succedit MCCCXX, regnat ann. VII.

PHILIPPVS Valenus annos XXII. Delphinatum adquirit.

IOANNES annos XIIII. Moritur CIↃCCCLXIII.

CAROLVS V siue Sapiens, filius Ioannis, annos XVI. Litterarum & litteratorum amator. *Lilium*.

CA-

CAROLVS VI annos XLII

CAROLVS VII fit rex MCCCCXXXIII regnat annos XXXIII

LVDOVICVS XI filius Caroli VII, annos regnat XXIII

CAROLVS VIII, filius Ludouici XI, vltimus directæ Valesiorum lineæ, annos XIII.

LVDOVICVS XII fit rex anno MCCCCXCVIII, regnat XVII

FRANCISCVS I bellis cum Carolo V notissimus; captus apud Pauiam moritur MDXLVII

HENRICVS II, filius Francisci, in ludis equestribus fracta lancea vulneratus moritur MDLIX

FRANCISCVS II, Henrici filius, altero anno fataliter exstinctus.

CAROLVS IX frater, ciuilibus bellis & laniena Parisiensi MDLXXII infelix: mortuus inter graues & longos dolores MDLXXIII

HENRICVS III, antea Poloniæ rex, monachi cultro interfectus MDLXXXIX & in hoc exstincta fuit stirps *Valesia.*

HENRICVS IV, Borbonius, rex Navarræ, felix cetera, si exitum excipias, quem sicarius Franciscus Ravaillac maturauit anno MDCX

LVDOVICVS XIII, Henrici IV filius consilio Richelii cardinalis rem publicam gerit feliciter, moritur MDCXLIII.

LVDOVICVS XIIII, rebus gestis & victoriis Magnus, vxorem Philippi Hispani filiam amittit MDCLXXXIII ex qua Delphinum susceperat MDCLXI.

*

* *

Qui cum Francorum regibus heic propter Normanniam coniungi *Angliæ reges* poterant, repetantur ex pag. 139, 153, 176, 206.

NAVARRAE reges vide expositos pag. 152, 173 & 200. Nomen & ius hodiernorum regum Galliæ est a patre Henrici IIII, qui vltimam heredem Nauarrenorum regum, Bearniæ finibus circumscriptorum, vxorem duxit.

RE-

REGES HISPANIAE VLTERIORIS,

id est *Legionis*, *Asturiæ*, *Castellæ*,

PELAGIVS Christianorum, qui a Saracenis pulsi, in montes Asturiæ & Legionis confugerunt, primus rex anno IↃCCXVI

* Successores Legionis & Asturiæ reges, a Vasæo & aliis enumerati, prætermittimus, vt obscuri plerosque nominis per tria fere sæcula.

VEREMVNDVS anno CIↃX, sub quo Castellæ comitatus ad Sanctium Navarræ regem hereditate deuoluitur, qui filium Ferdinandum constituit primum Castellæ regem, qui etiam Veremundo vxorio iure succedit.

FERDINANDVS Castellæ & Legionis rex anno CIↃXX. Diuidit regna tribus filiis, sed

SANCTIVS impatiens diuisionis, fratribus pulsis, regnauit solus VI annos; quo occiso

ALFONSVS VI, frater Sanctii, Toletum expugnat.

ALFONSVS VII, nepos ſexti ex filia, dictus imperator Hiſpaniæ, *Vaſæus ad ann.* MCVIII. Ab huius morte diuiduntur regna.

Caſtellæ	*Legionis*
SANCTIVS III an. I	FERDINANDVS II
ALFONSVS VIII fil. Sanctii an. LIII	ALFONSVS IX fil. Ferdinandi ann. VIII
HENRICVS fil. ann. II	

FERDINANDVS III, Alfonſi, Legionis regis, filius potitur etiam Caſtellæ regno, & vtrique præeſt; recuperator Cordubæ & Hiſpalis; mortuus MCCLII. *Vaſæus.*

ALFONSVS X, a quibusdam principibus imperator Rom. electus, annos XXXII.

SANCTIVS annos XI

FERDINANDVS IV annos XV. mortuus MCCCX

ALFONSVS XI victor Saracenorum ad flumen Salatum regnat ann. XL *Vaſæus.*

PETRVS Crudelis ann. XIX

HENRICVS II ann. X

IO-

IOANNES victus a Lusitanis; oppressus equi lapsu MCCCXC

HENRICVS III ann. XVI

IOANNES II ann. XLVII

HENRICVS IV ann. XX

FERDINANDVS Catholicus & ISABELLA, expugnato regno Granatensi Saracenos Hispania protinus exturbat, Aragoniæ quoque, Siciliæ & Nauarræ dominus, moritur MDXVI, decem annis post PHILIPPVM Austriacum, generum suum.

CAROLVS, Rom. imperator, filius Philippi Austriaci, nepos Ferdinandi Catholici ex filia.

PHILIPPVS II Caroli filius, Portugalliam quoque regnis suis adiecit, mortuus MDXCVIII

PHILIPPVS III, filius Philippi II, mortuus MDCXXIII

PHILIPPVS IIII, amittit Portugalliam; & fœderatos Belgas iubet liberos esse: moritur MDCLXV

CAROLVS II Philippi filius, natus MDCLXI. mort. MDCC.

CAROLVS III Austriacus.

REGES ARAGONIAE.

RANIMIRVS circa millesimum annum Christianorum, ex *comitatu* regnum fecit rex primus. Successores SANCTIVS & PETRVS Nauarræ reges, & ALFONSVS ac RANIMIRVS II Petri fratres, & RANIMVNDVS, ALFONSVS II ac Petrus II: sed IACOBVS Baleares insulas & regnum Valentiæ ac Murciæ recepit, rex ab CIↃCCXIII per LXII annos. PETRVS III, primus vna rex Siciliæ, cui filii ALFONSVS, & IACOBVS, & post hos alius ALFONSVS, PETRVS, & IOANNES successerunt, vsque ad MARTINVM, cuius filius Martinus Siciliæ regnum matrimonio adquisivit. FERDINANDVS, frater Henrici Castellæ regis, secutus anno CIↃCCCCX, rex etiam Siciliæ: cuius filius ALFONSVS Neapolitanum regnum Siculo rursus coniunxit. IOANNES frater Alfonsi, rex Nauarræ mortuus CIↃCCCCLXXIX, cuius filius FERDINANDVS Catholicus ita regnum coniunxit, vt iidem sint in Aragonia, Castella & Sicilia posthac successores.

RE-

VNGARIAE	*POLONIAE*
STEPHANVS circiter annum millesimum.	PIASTI quorum vltimus
Interiectis sæculis	CASIMIRVS m. 1370.

LVDOVICVS sorore Casimiri natus mort. 1383

CAROLVS Neapolit.	IAGELLO, Lithuanus, maritus Hedvvigis F. Ludouici
SIGISMVNDVS Caroli IV. F. Mariæ Ludouici F. maritus, victus ad Nicopolin.	
ALBERTVS gener Sigismundi. 1437	

VLADISLAVS F. Iagellonis, ad Varnam cæsus.

VLADISLAVS postumus Alberti, duce Ioanne Hunniade. 1444	CASIMIRVS F. Iagelloni.
	IO. ALBERTVS Casimiri F. 1492.
MATTHIAS Coruinus	ALEXANDER frat. 1501
VLADISLAVS Bohœmus Casimiri Poloni F. 1490.	SIGISMVNDVS frat. 1506
	SIGISMVNDVS AVGVSTVS 1548.
LVDOVICVS, Vlad. F. Mohazi cæsus 1526	HENRICVS Valesius fugit in Galliam 1574
Ioannes Zepusiensis invitis Austriacis.	STEPHANVS Bathor, Transiluanus. 1574
FERDINANDVS I. maritus Annæ, sororis Ludouici Præcocis: ex quo regnum penes Austriacos mansit vsque ad CAROLVM VI, quod Deus seruet.	SIGISMVNDVS Ioannis Suedi F. 1586.
	VLADISLAVS IV. F. 1632
	IO. CASIMIR. frat. 1648 abdicans se regno.
	MICHAEL 1669
	IOANNES Sobieski 1673
	FRID. AVGVSTVS 1697.

INDEX RERUM

maxime illarum, quæ in Notis explicantur.

Bessa-

Gra-

Ita-

proe-

Ste-

Tri-

FINIS.

CHRISTOPHORI CELLARII
HISTORIA NOVA,

HOC EST

XVI ET XVII SAECVLORVM,
CVM INITIO SECVLI XVIII
AD HÆC TEMPORA VSQVE

QVA

EIVSDEM AVCTORIS
HISTORIAE, ANTIQVA
ET MEDII AEVI, AD NOSTRA
TEMPORA CONTINENTI
ORDINE PROFERVNTVR,

CVM

NOTIS PERPETVIS
TABVLIS SYNOPTICIS
ET INDICE RERVM.

EDITIO QVINTA
PRODVCTA

CVRA

BVRCARDI GOTTHELFII
STRVVII

IENAE
SVMTV IO. FELICIS BIELCKII
CIↃ IↃ CC XVI.

LECTORI S.

IN Hiſtoriam Nouam, ſeu eius, quæ MEDII AEVI appellatur (quam olim poſt ANTIQVAM publicaui) continuationem ad noſtra vsque tempora & præ-

sentem annum, quo viuimus, productam. Breuitatem postulauit institutum, superioribus partibus susceptum, quæ ne officiat legenti, quidquid difficile videri potest, NOTIS, sub singulis fere paginis, explanatum est. Quæ etiam fidem narrationi faciunt, sine auctore suspectam facile, & in dubium deuocan-

dam.

dam. Diutius editio, quam promissa erat, dilata fuit, quod pacificationem exspectabam, quæ nouissime gestis certam & stabilem formam pacis legibus adferret: quam quod fatalis necessitas in aliud tempus reseruauit: vtcunque licuit, suprema tempora explicaui. In litterarum historia non per singulas artes

ire, quod nimium foret, mihi visum fuit; sed eos tantummodo laudare, qui doctrina sua præsidium omnibus disciplinis attulerunt: neque hos omnes recensere brevitatis nostræ fuit, sed qui scribenti in animum atque memoriam subierunt. Qui supersunt & cœli hujus spiritu fruuntur, supersedeo nominare, ne

ne gloriosius fecisse aut quidquam gratiæ adfectasse videar, quod in iis non desunt, quorum beneuolentiam erga me singularem non ignoro. Synopticas Tabulas, vt in Antiqua & Medii æui historia, nihil opus erat subiungere, quia quædam iam tum ibi ad hæc tempora productæ sunt, & ceterarum ordo in ipsa historia ita

perſpicue eſt propoſitus, vt tabularum conſpectu, aut alio memoriæ adiumento, non indigeat. His vtere, beneuole lector, & vale. D. in Fridericiana, quæ Halæ eſt; calendis Maiis

CIↃ IↃCXCVI.

BENEVOLO LECTORI

S. D.

BVRCARD GOTTHELF STRVVE.

DEnuo in lucem prodit noua hæc historia Cellariana. Superuacaneum puto, de libri præstantia multis præfari, cum iteratæ editiones satis de eadem testentur. Vnicum saltim

tim dicendum, quid in hac editione noua fuerit præstitum. Textum eundem fere vides, quem priores seruant editiones, cum in eodem quidpiam mutare mihi duxerim relligioni. Paucissima, quæ ad supplementum historiæ facerent, fuerunt inserta. Subiectæ vero NOTÆ longe sistuntur locupletiores. In his enim vel potiores

res circumſtantiæ fue-
runt expoſitæ, vel ad
ſcriptores præſtantio-
res remiſſum, vel tem-
pus plenius adnota-
tum. Vltimo, NOVI,
quod nunc vertitur
SECVLI hiſtoria, ſup-
plementi loco fuit ad-
iecta, eademque ad
præſentem annum vs-
que deducta. Subie-
ctæ ſunt Tabulæ Syn-
opticæ Regum Eu-
ropæ Principumue

Ger-

Germaniæ successionem nouis hisce temporibus edocentes. Hunc autem laborem vt susciperem, pietas postulauit, dum maximam studiorum partem beato viro, olim Præceptori, deberem. Veneranda igitur sit celeberrimi Cellarii memoria, in æternum conseruanda.

HISTO.

HISTORIA
SAECVLI XVI CHRISTIANORVM.

QUam rerum faciem ætate noſtra in imperiis habemus, ex mutatione, quæ ſub initium ſæculi contigit, quod decimum ſextum Chriſtianis eſt, originem pleraque deduxit. Hiſpania, eiectis Mauris, ſub *a* Ferdinando coaluerat, cui, præter nouum in occidente Orbem, & Siciliæ regnum, nunc

a De Ferdinando Catholico, & Hiſpaniarum ſub eo coniunctione in *Hiſtoria Medii Æui*, cuius ſupplementum hæc *Noua* eſt, prædiximus p. 201; etiam Neapolitana, quæ ſequitur, ſucceſſione p. 208; nec non de Inſubria, hoc eſt Mediolanenſi Ducatu, p. 210.

Neapolitanorum accedit, & Insubria mox accessura est: Lusitani in Africa & Oriente suas possessiones augent: Galli, Italia excidentes, *a* Britanniam sibi Minorem adiungunt: regnum Angliæ, civili adhuc bello *b* successionis causa turbatum, in certa familia

a Rege Carolo VIII Annam, Britanniæ Minoris, quæ in angulo Galliæ sita est, heredem, Maximiliano imperatori desponsatam, sibi in matrimonium subducente. *Guicciard. lib.* I. *Cuspinianus Maximiliano p. m.* 605. Licet Galli Annam vi ereptam plane negent, dicentes, sponte sua Carolo. VIII fuisse desponsatam. *D' Argentré hist. de Bretagne lib.* 12. *c.* 58. *Varillas hist. de Charles* VIII. *lib.* I. *p.* 122. *Bayle Reponse aux questions d' un Provincial tom* 3. *c.* 125.

b Propter *Rosæ Albæ* & *rubræ*, hoc est factionum Eboracensis & Lancastrensis dissidia, quæ tandem Henricus VII, ducta Elisabetha, Eduardi IV filia, albæ rosæ principe, ipse propago rosæ rubræ, sub finem sæculi XV composuerat. Nomen & color Rosarum ab insignibus sunt, quibus illæ de regno disceptantes familiæ utebantur. Initium fatalis istius factionis ab anno 1454 ducunt. Larrey *Hist. d' Angleterre sub Henrico* VI *Tom. I. p.* 858. Controversia ex Genealogiis petatur. *Baco de Verulamio*

dia quiescit: Sueci a Danis *a* seiunguntur; Heluetiorum respublica nouis foederibus se confirmat: Austriaca Domus *b* hæreditatibus crescit; Otmanica iniustis armis. Persæ quoque illos sibi reges constituunt, qui ad nostram ætatem successionibus venerunt.

Vita Henrici VII. Franciscus Blondus l' historia delle Guerre Civili d' Inghilterra tra le due case di Lancastre e Iorc

a Suecia & Dania olim coniuncta. Possedit Margaretha, Ericus Pomeranus & Christophorus Bauarus. Verum, hoc defuncto, Dani Christianum I Oldenburgicum, hodiernæ familiæ Danicæ statorem: Sueci Carolum Canutsson eligunt. Christianus quidem II tria septentrionis regna iterum iunxit, sed ob tyrannidem vtroque regno exclusus, & Suecia nunquam iterum cum Dania coaluit. *Io. Loccenii Hist. Suec.*

b Burgundiæ hereditate sub Maximiliano, ex Mariæ heredis Burgundicarum regionum, matrimonio: Hispaniarum, quum Philippus, Maximiliani filius, Iohannam Ferdinandi Catholici filiam duxisset. Accessit hoc seculo Hungaria, per Annam, Ludovici, qui ad Mohatz periit sororem, Ferdinando I nuptam. *Phosphorus Austriacus. Ponti Heuteri Austriaca, Io. Lud. Schönleben de Origine & prærogatiuis domus Habsburgo-Austriacæ*

runt. Inprimis Ecclesiæ reformatio meretur, vt NOVAM HISTORIAM distinctam ab illa quæ MEDII AEVI, fuit, ex sæculo decimo sexto, aut prope illius initia, auspicemur.

PHILIPPVS Austriacus, Ferdinandi Catholici gener, iam rex Castellæ certis *a* pactis declaratus, ante socerum *b* moritur ætatis anno XXVIII, sæculi, quod scribimus, sexto, relicto cum aliis liberis CAROLO filio, qui post decem annos Ferdinando in Hispaniæ regnis succedit, nuper Nauarræ acces-

a Pacta illa, proximo ante obitum Philippi anno inita, *Io. Mariana lib.* 28. *de Reb. Hisp. cap.* 16. prodidit, quæ quod ad trium societatem tenebant, vt Ferdinandus, Philippus & Ioanna, Ferdinandi filia, simul in Castella imperarent, Philippo, apud Belgas tum degenti, displicuere, cui ingratum potestatis consortium erat. Iureiurando tamen confirmare visum fuit.

b Caussam mortis vel aërem Hispaniæ intemperatum dicunt, *Iouius lib.* 9. *p.* 348. Alii lento veneno tribuunt, *Mariana, lib.* 28. *fin.* Alii ipsius intemperiei vel libidini, *Marchantius hist. Flandr. lib.* 3. *p.* 322. *Harai Ann. Belg. p.* 1. *c.* 41.

acceſſione ita auctis, vt, qui ſupererat IOANNES Albretanus, Bearniæ anguſtiis, ſeu vna prouincia concluderetur. Quam multi iniuſtam *a* occupationem cenſebant, Romanus Pontifex IVLIVS II, Ferdinandi ſocius adprobauit, Nauarro infenſus, quod is cum rege Galliarum faceret, tum hoſte ſuo, antea contra Venetos amico atque ſocio. Ceſſit Ioannes potentioribus, non itidem LVDOVICVS XII, rex Gallorum, qui æque Pontificis ac Ferdinandi copias ad *b* Raue-

a Ferdinandus, Nauarræ occupandæ, cui diu inhiauerat, occaſionem inuenit, quum rex Ioannes ei tranſitum, copias in Galliam ducturo, negaſſet, quo hic fecit, quod amicum regis Ludouici decebat. Etiam fulmen Pontificis, quo Nauarrum exuſſit, Ferdinando ſpeciem non iniuſtæ occupationis dedit, *Thuan lib. 1. ſub initium*, *& Mariana lib. 30. cap. 8. Io. Lopetz de obtentione atque retentione Nauarra. Anton. Nebriſſenſis de bello Nauarreno.*

b Prœlium ad Rauennam Guicciardinus *lib.* 10. ſcripſit. Factum eſt prælium XI Aprilis CIↃIↃXII ipſo feſto Paſchatos. Extat in Tomo III Freheri Hulderici Zwinglii *relatio de*

Rauennam deleuit, & gratius se vindicaturus fuisset, nisi ipse mox ab Heluetis ad *a* Nouariam superatus esset. Saluti Venetis illud Iulii & Galli dissidium fuit, adhuc in supremum fere periculum adductis, quum Romanus antistes & Maximilianus imperator cum regibus Hispano atque Gallo ad exscindendam Venetorum rempublicam, foedere *b* Cameraci percusso, conspirassent, quo factum fuit, vt multa Venetis in continente terra eriperentur. Quum vero Ludouici in Italia

gestis inter Gallos & Heluetos ad Rauennam, Papiam, aliisque locis.

a Nouaria vrbs Mediolanensis Ducatus, ad quam Heluetii, Maximiliano Sfortiæ, Insubriæ possessori, auxilium ferentes, Ludouicum Gallum anno CIↃ IↃ XIII superauerunt. *Guicciard. lib.* II. *& Marian. lib.* 30. *cap.* 20.

b Cameracense fœdus anno 1508. percussum, vt singuli sociorum ereptas sibi ab Venetis vrbes reciperent, Mariana *lib.* 29. *c.* 15. refert; siue Bembo, *lib.* 7. *Hist. Ven.* interpretante, vt possessiones Venetorum inter socios diuiderentur, & quæ vltra Veronam, Gallus; quæ inde ad mare, Imperator acciperet: Flaminiæ oppida occuparet Pontifex.

Italia res *a* maiores fierent, quam commodum Pontifici esset; cum Venetis pace inita, aduersus Gallum arma conuertit, eoque rem *b* Heluetiorum auxilio duxit, vt Galli Italia eiicerentur. Hunc *c* militem verius, quam sacrorum antistitem, cardinales quidam & episcopi, ut in ordinem redigerent, *d* Pisis anno CIↃ IↃ XI congregati

a Gallus ad Adduam fluuium Venetorum victor Pontifici metum cum inuidia coniunctum iniecit, ne omnem Italiam occuparet, qui dudum sibi ius in Neapolitanum regnum adrogauerat, vti *Hist. Medii Aeui p.* 209. prædiximus. De prœlio iuxta Adduam Bembus *sub finem lib.* 7. & Guicciard *lib.* 8. licet legere.

b In prœlio maxime ad Nouariam, quod modo memorauimus. Et quanquam id post mortem Iulii, sed eodem anno 1513, commissum fuit: Iulii tamen consilio Heluetii euocati fuerant. *Guicciard. lib.* 11. & Dominic. Tempesta *in Vita Iulii.*

c Vide Philippi Mornæi *Hist. Papatus p.* 1351. qui ex Monstreleto & Guicciardino illustrat. Hic dicere solitus: *Papa gladium vocandum esse in subsidium, vbi claues Petri parum proficiunt.*

d De Pisano concilio Guicciard. *lib.* 9. *sub finem:* & plenius illustris Seckendorfius *in Lutherani-*

gati sunt, vt ibi se pontifex sisteret, rationem redditurus, publicis litteris euocauerunt. Qui vero, proscriptis Pisanis, aliud Romæ concilium in *a* Laterano habendum, indixit, quod cœptum ab Iulio, finitum a LEONE X, nihil sane eorum sanxit, quæ ecclesiæ necessaria tot piorum votis ac postulationibus expetita fuerant. Nam vbique gentium *b* querimoniæ de corruptelis

sini Historia lib. I. sect. 2, addit. 3. Superiori anno rex Ludouicus apud Turones nationalem synodum indixerat, qua sancitum fuit, principi fas esse, pontificem, si ab eo sine caussa armis petatur, pro sua defensione inuadere, seque subducere obedientiæ illius. *Mornæus d. l.*

a Indicto ad Lateranum concilio pauci adfuerant e Gallicis Germanisque præsulibus. Rex Gallorum enim XXIIII episcopos ad Pisanum miserat: Maximilianus, post promulgatum Lateranense neminem Pisas legauit, sed episcopos suos Augustæ Vindelicorum super hoc negotio consultare iussit. *Arnold. Ferron. lib. 4. de Reb. Gall. p. 122. Ger. de Roo Hist. Austr. lib. 12. p. 458.*

b In ipso Lateranensi concilio præclare de hac caussa præfatus fuit Aegidius Viterbiensis, Augustiniano ordini præfectus, cuius orationem

ptelis ecclesiæ, & de moribus clericorum audiebantur: qui reprimeret malum, Pontifice nolente, nemo audebat, donec propitio fato & diuinis auspiciis *Martinus Lutherus*, Augustinianus monachus & theologiæ Doctor in Wittenbergensi academia, desperato malo, non sine multorum offensa, manum feliciter admoueret. Hic vero non illud egit, aut in animo habuit, vt omnem tum ecclesiam reformaret; sed indulgentiarum, quas *a* Tezelius prædicabat, abusum reprehendit, indignum ratus, quod Dei misericordia impetrandum est, constituto nummorum pretio miseris hominibus diuendi. Nec ipsi negant *b* pontificii

A 5 scri-

exhibet Ferronus lib. IV, grauem sane ac supra sæculi genium de ecclesiæ corruptione institutam.

a Ioannes Tezelius, Pirna Misnicus, monachus Dominicanus, fidei inquisitor, ab Alberto Moguntino ad colligendas ex Indulgentiis pecunias delegatus, quia paulo ante simili administratione pro Teutonicis equitibus defunctus fuerat. *Pallavicin. lib. I. cap. 3. extremo.*

b Lege Maimburgium *lib. I. Luther. sect.* 6. vbi

ſcriptores, impudenter Tezelium egiſſe, nec vero *a* ALBERTVS Magdeburgenſis archiepiſcopus, a Luthero monitus correxit hominem, quod ita fama interpretabatur, quaſi ad eum quoque pars *b* pecuniæ redierit, quam

pro

fatetur, Tezelium, & quos ipſe ſocios laboris ex Ordinis ſui hominibus legerat, vltra limites progreſſos, exaggeraſſe indulgentiarum pretium. Grauiora habet Carolus Milticius, Pontificis ad Electorem Saxoniæ Nuntius, epiſtola excerpta ab laudato Seckendorfio *lib.* I. *Lutheran. p.* 62, qua mendacia & fraudes Tezelii luculenter manifeſtat.

a De Alberto, archiepiſcopo Moguntino, & Magdeburgico, ſuisque ad eum litteris Lutherus conſulatur, *præfatione Operum Latinorum.*

b Negat Pallauicinus *d. l.* at Lutherus Apologia contra Henricum Brunſuicenſem *Tomo* VII *Germ. Ien. p.* 422. *B.* non dubie rem ita perſcribit, vt non ſolum quantum debuerit ſoluere, verum etiam cur ipſe, non eccleſia, vt ſolitum alias, perſoluerit: item a quo mutuo acceperit, vt cito ſolueret, quod ex indulgentiis reſtituturus erat. Alteram pecuniæ partem Baſilicæ S. Petri, quæ Romæ exſtruebatur, deſtinatam, ſorori Magdalenæ dono dedit Pontifex, quod Guicciardinus prodidit *lib.* 13. *p.* 298.

pro infula Moguntina Pontifici daret. Is enim præter morem duos archiepiſcopatus poſſedit, princeps genere Brandenburgicus, frater IOACHIMI Electoris. Serpit fama, vt ſolet, & Italiam quoque peruadit, qua motus Pontifex Lutherum Romam vocat, qui ne veniret; quum *a* Elector & Academia deprecati eſſent, cauſſa Caietano cardinali, ad comitia Auguſtana legato examinanda committitur. Hic fruſtra Luthero Auguſtæ inſtabat, vt reuocaret, quæ docuerat, quum nullius erroris conuictus eſſet. Pontifex Lutherum *b* damnat, eiusque libros,

a Elector Auguſtæ cum Caietano egit, ne in Italiam Lutherus mitteretur: quod ipſe dicta præfatione refert. Academiæ litteras de hac re ad Leonem P. M. habemus *Tom. I. Oper. Latin. Ienenſ. p.* 184. Hac corporis valetudinem & itineris incommoda adlegant: alias ei multiiugam & plane ſingularem tribuunt eruditionem, moribus integerrimis & defæcatiſſimis coniunctam. Omnia ex documentis firmat Seckendorfius.

b In comitiis Auguſtanis Lutherus a Thoma Caietano prouocauerat ad Pontificem, menſe

vt noxios, comburit, cui par Lutherus refert, pontificiis decretis extra muros Wittenbergæ in multorum conſpectu exuſtis. *a* Hæc aperta illa ſeceſſio eſt, qua pontifex, vt Antichriſtus, arguebatur, a cuius furore Lutherum, ſua cauſſa aut Dei magis, confiſum, Domus-Saxonica tuebatur.

Re-

Octobri CIƆ IƆ XVIII, vti eſt *Tom. I. Ienenſi Latino p.* 193. ſequuta eſt Bulla, qua indulgentiæ, ſuppreſſo Lutheri nomine, defenduntur, data Romæ V. idus Nouembr. eiusdem anni, quæ in illo I. *Tomo pag.* 203. habetur. Hinc Lutherus a Papa ad Concilium appellauit (*ibid. p.* 205.) proximo die 28. Nouembris: cui Papa CIƆ IƆ XX atrociorem Bullam repoſuit, quæ *p.* 474. eiusdem Tomi legitur. Luthero eadem LX dies ad reſipiſcendum concedebantur. Hanc Lutherus, vna cum Decretalibus, X Decembris eiusdem anni exuſſit, poſtquam in ſuos libros igne ſæuitum eſſe inaudiuerat. Huius facti etiam rationes publico ſcripto reddit, quo Papam vocat tyrannum, Antichriſtum, hæreticum, apoſtatam, concilii contemtorem. Exinde verum initium ſeceſſionis ab eccleſia Romana. *Vid. Sleidan. ſub finem lib.* 2.

a Docent de hoc *Acta exuſtionis Antichriſtianorum Decretalium*, Witteberga eodem anno edita.

Rebus tum præerat Elector FRIDERICVS, illius ERNESTI filius, qui, & frater ALBERTVS, duas inclutas in hac gente familias propagarunt; nepos FRIDERICI Placidi; pronepos FRIDERICI Bellicosi, primi ex Marchionibus Misnicis electoralem Saxoniæ dignitatem consequuti. Is III FRIDERICVS, cui cognomen Sapientis erat, CIↃ IↃ III Wittenbergensem academiam condiderat, cui ornandæ Lutherus quoque ex Erfurtensi monasterio; suadente *a* Staupicio, ad docendas Græcas litteras euocatus fuit. Vt vero sapientissimus Princeps erat, plus profuit *b* non impediendo euangeli-

a Ioannes Staupicius, Augustinianorum in Germania vicarius generalis, Lutheri ingenio fauebat; deinde Salisburgi Abbatiam S. Petri suscepit, vbi brevi post vita excessit. Vide *Maimburg lib. 1. sect. 7. & seqq.* & ibi *Seckendorfium*; & hunc etiam *sect. 18. addit. p. 48.*

b B. Seckendorfius *lib. 2. sect. 6. §. 7.* de Friderico Electore censet, eum, vt *principem cautissimum, moram ferre & temporum momenta speculari, quam statuere maluisse, quod ancipitis euentus esset*. Placidam mortem obiit anno CIↃ IↃ XXV, die 5. Maii in arce Lochauiensi.

um, quam acriter propugnando; quas partes fratri & successori IOANNI, eiusque filio IO. FRIDERICO reliquit. Ex ALBERTI filiis GEORGIVS & HENRICVS reliquas terras *a* Saxonicas regebant, cum tertius FRIDERICVS ecclesiæ addictus, Ordinis Teutonici primum Magister, mox Magdeburgensis Archiepiscopi Vicarius. Ille, Georgius, caussæ Lutheri nimium aduersus, Io. Eccii instinctu Colloquium Lipsiæ *b* III Non. Iulii CIϽIϽXIX haben-

a Ex Ernesti Electoris & *Alberti* fratris diuisione, Georgius, Diues cognomine, filius Alberti, Thuringiæ partem borealem, & quæ cæteris Thuringis trans Vnstrutam est, possedit, reliqua parte ad Ernestinam, tum electoralem domum pertinente. Henrico fratri iuniori ex testamento Alberti patris, Frisia erat adsignata: hanc vero ob turbas, quas expertus, fratri cessit, Freibergensi & Wolckensteinensi præfectura, additis 12000. redituum annuorum contentus. Frisia demum Austriacis vendita. Fabricius *Origg. Saxon. lib. VII. p.* 840.

b De hoc colloquio digna lectu est Petri Mosellani ad Iulium Pflugium epistola, quam Io. Schilterus publicauit *lib. 7. cap. 2. de libert. eccles. Germ. p.* 840. Acta colloquii habentur in

bendum instituit, quod decimo quarto demum die finitum. Disputabant primum inuicem Eccius & Carolstadtius: post in arenam, ab Eccio prouocatus, descendebat Lutherus. Controuersia erat de Papæ primatu, purgatorio, indulgentiis, pœnitentia, culpæ remissione, deque sacerdotum potestate. Finitis Augustæ comitiis, exstinctum Maximilianum, qui imperium in circulos diuiserat, a CAROLVS nepos, in Hispaniæ regnis Ferdinandi aui successor, augusta dignitate excepit, quintus huius nominis Cæsar imperator, cui inprimis curæ fuit, vt dissidio religionis composito, fortius, qui irrumpebant, Turci repellerentur. b Wormatiam

Tomo I. Lat. Ien. Adde Sleidanum sub finem libri primi. Vtrosque & Eccium & Lutherum multum ingenii & eruditionis ostentasse dicit Maimburg.

a Maximilianus exstinctus est XII Ianuarii anno CIↃ IↃ XIX Carolus mense Octobris CIↃ IↃ XX Aquisgrani coronatus. *Sleidan.*

b Prima quidem noui Imperatoris Comitia vigore Aureæ Bullæ Noribergæ instituenda, sed, cum ibidem pestis grassaretur, Wormatiæ comitia

tiam igitur ordinibus conuocatis, Lutherum quoque, fide publica arcessitum, audit, quem, quod nollet retractare, quæ docuerat, (nec enim potuit, erroris non conuictus) eadem fide dimissum, postea proscripsit, *a* quod præsentiens Elector *b* nonnullis suorum

habita anno CIↃ IↃ XXI, quo, suadente Friderico, etiam Lutherus a Cæsare vocatus fuit, vt ipse audiretur. Eo ergo, fide publica munitus, Witteberga Wormatiam a Cæsareo caduceatore deductus est. *Sleidan. lib. 3. ineunte.* Quid in Comitiis hisce Wormatiensibus cum Luthero fuerit actum, potissimum exponit Phil. Melanchthon *in Vita Lutheri.*

a Proscriptionis sententiam Hieronymus Aleander, Nuntius Papalis, Luthero iniquissimus, in templo primario promulgauerat. Hac tanquam hæreticus manifestus condemnabatur, atque omnes illum recipere prohibebantur. *Sleidanus.*

b Vt Lutheri securitati consuleret Elector, secretum negotium dedit Ioanni Berlepschio, præfecto Wartburgensi, & Burcardo Hundio, Altensteinii dynastæ. Ab his captus Lutherus fuit inter arcem Hundianam Altenstein, & vicum Schweina, quum is a via regia, vt cognatos inuiseret, non nihil deflexisset. *Seckend. l. 1. sect. 44. §. 98.* pater enim Lutheri suum ge-

rum mandauit, vt in via *a* comitatui ereptum, in locum tutum deportarent. Arx hæc fuit Wartburgum oppido Isenacensi imminens, vbi tempus is legendo & scribendo satis commode transegit. Quum vero Andreas Bodenstein Carolstadtius a patria dictus, ante hac collega Lutheri, & in Lipsiensi colloquio socius, fractis imaginibus, turbas concitaret; contineri ille non potuit, quin, inscio Electore, Wittenbergam, tumultum sedaturus, rediret. Interea latius manabat euangelium, & in septentrionem vsque fundebatur. In Borussia, quæ equitibus parebat Teutonicis, ALBERTVS Brandenburgicus, ordinis sui Magister magnus; Lutheri doctrinam sequutus, eam

pro-

nus ducebat ex pago Mora, sito media via inter Isenacum & Salzungam ad radices siluæ Thuringicæ, ibique habitauerat, antequam cum vxore Islebium migraret. *Idem lib.* I. *sect.* 8. §. 3.

a In comitatu erat Nicolaus Amsdorfius, eodem, quo Lutherus, carpento vectus, quem equites raptores progredi iusserunt, Lutherum, equo impositum, per auia ducentes Wartburgum.

prouinciæ partem, quam *a* pactis cum Polono rege, pertæsus diuturni belli & auxiliis destitutus; sub DVCATVS titulo obtinuerat, ad eandem doctrinam reformauit, maioris faciens conscientiam facti sui, quam *b* grauem molem inuidiæ, quæ tum a pactione illa, tum ex religionis mutatione impendebat. Digna res omnino est, quam altius repetamus. A fine sæculi tertii atque decimi non vnius ordinis equites ex Palæstina eiecti, Ioannitici & Templarii aliis locis, S. Mariæ Hospitalares, qui &

Matthes. Vita Luth. p. 28. Vid. dissertatio nostra *de Pathmo Lutheri*. Io. Mich. Koch *Histor. Erzehlung von der Vestung VVartburg.* §. 161.

a Vide mox de his pactis proferenda. Inita sunt Warsouiæ anno CIↃ IↃ XXV.

b Proscriptus enim ab Imperio Albertus fuit, anno CIↃ IↃ XXXI, quod se & prouinciam, Imperio adhuc adnumeratam, Polonorum regi tradidisset; quanquam non primus ipse fuerat, qui cum Polono pacisceretur, sed sequutus fuit maiorum exemplum ab anno decimi quinti sæculi quinto & sexagesimo. Nec tamen executioni mandata fuit proscriptio. *Conring. de Fin. imper. lib.* 2. *c.* 29.

& Teutonici dicti, in *a* Borussia sedem quæsiuerunt, rem æque Christianam ac possessiones suas imposterum propagaturi. Varia cum Polono bella erant, sibi agrum, quem occupauerant, antiquo iure vindicante, cui tandem illud *b* concesserunt, vt in clientela regni essent; quam quum negaret FRIDERICVS, Henrici & Georgii Saxonum frater anno MD Magister electus, deserere *c* prouinciam coactus fuit, eique Brandenburgensis ALBERTVS suffectus; illius FRIDERICI filius, cui cum fratre IOANNE electore diuiden-

a Equites hos iam fama & potentia claros, Conradus dux Massouiæ aduocauerat, vt auxilium contra Prussorum iniurias ferrent, qui Culmensem terram sibi eripuerant. *Conring. d. l. §. 31.*

b Concesserunt pactis, anno quadringentesimo sexagesimo sexto. *Conring. §. 32.*

c Fridericus Polonicæ potentiæ se imparem cernens, & destitutus, quas exspectabat, suppetiis, ad patruelem, Ernestum Saxonem, archiepiscopum Magdeburgensem, Alberti Brandenburgici antecessorem, profugit, a quo coadiutor adsumtus, sed ante ipsum in arce fratris Rochliciana exstinctus, anno CIↃ IↃ X. *Seckendorf. lib. I. §. 171.*

uidenti partes Franconiæ obuenerant; patruelis Electoris IOACHIMI, & ALBERTI, Magdeburgici præſulis iuxta & Moguntini. Hic eisdem malis oppreſſus, Liuoniæ Magiſtrum, pecuniam pactus *a* liberum eſſe iuſſit, & ne ſic quidem extricatus, quatuor annorum inducias cum Polono fecit ea lege, vt intra hoc tempus controuerſiæ per *b* arbi-

a Liuonia Bremenſium nauigationum occaſione ad Chriſtum conuerſa & epiſcopos nacta auxilii cauſſa equites Ordinis fratrum militiæ Chriſti ſuſcepit, qui non multo poſt in corpus Mariani Cruciferorum Ordinis, qui in Boruſſia erat, cooptati, vt ſuum tamen Magiſtrum haberent, ſed Magiſtro magno Boruſſiæ ſubiectum. Huic Liuonico Magiſtro libertatem Magiſter Pruſſicus accepta pecunia, quæ bello opus erat, conceſſit anno CIↃ IↃ XIII, a quo tempore in claſſem Imperii principum relatus fuit. *Conring Fin. Imp. c. l. §. 34. & Hartknoch. de Rep. Polon. l. 1. c. 8. ineunte. Hortleder lib. 5.* Henr. Leonh. Schurtzfleiſchii *Hiſtoria Enſiferorum p.* 117.

b Arbitri nominati ſunt imperator Carolus V, aut eius loco frater Ferdinandus, & Ludouicus Rex Hungariæ, qui adſcitis aliquot epiſcopis & Georgio Saxoniæ duce ſententiam ferrent. Adi Seckendorf. §. 171. Renſch. *Brandenburgi-*

arbitros finirentur, qui quod non præstitissent, quæ receperant, induciarum tempore peracto, ita pepigit cum Sigismundo Poloniæ rege, vt quæ ordini superessent, Ducatus nomen induerent, & a Poloniæ regno penderent, quo nexu tamen nouis *a* pactis MDCLVII soluta supremo nunc iure plenaque libertate a Domo Brandenburgica possidentur.

Sic cælestis lux euangelii in vltimam oram Germaniæ & in Sarmatiæ fines diffusa fuit. Vt vero nulla felicitas est, quam non aliquando malum intervertat; sic intestino tumultu factum, vt spes meliorum temporum non leuiter turbaretur. Rustici enim homines, in Sueuorum Thuringorumque finibus ac *b* alibi rebellantes, atrociter

schen Cedernhayn p. 608. Extant de hoc *Acta und Handlungen des Hochmeisterthums in Preussen in Goldasti Reichshandlungen p.* 141. *sqq.*

a Pactis Welauiensibus & Bydgostiensibus, quæ sequenti anno in comitiis regni confirmata sunt. *Hartknoch. Rep. Polon. lib.* 1. *c.* 7. §. 12.

b In Franconia quoque & Hassia vicinisque locis.

ter quoscunque nobiles aut superiores trucidabant, libertatis immodicæ statum, qui solus, vt credebant, *a* Christianos deceret, eiectis magistratibus, inducturi. Sed breui post *b* pœnas, quas

Petrus Gnodalius consulatur, cuius quinque de Tumultu Rusticorum libri copiose perscripti exstant Tomo II Rerum Germanicarum Schardiano. Petri Criniti & Huberti Thomæ Leodii *Historia belli rusticani* extant in Tomo III Freheri. Adde sæpe laudatum Seckendorfium *lib.* 2. *§.* 3. & 4. In Sueuia iam tum anno CIↃ IↃ XXIV mense Nouembri secessio facta fuerat, quam Sleidanus refert *lib.* 4. *de Statu Relig. p.* 107.

a Lutherus Tom. III Germ. Ien. p. 108. libello, quo Rusticos dehortatur, indignatus est valde, sub prætextu euangelii furores tantos concitari.

b Sueuicus tumultus transactione compositus fuerat. Conditiones obsequii restituti Lutherus recudi curauit, quod sperabat, Thuringos illorum exemplo ad bonam mentem reduci posse. Exstant Sueuorum conditiones dicto Tomo *p.* 106, vbi etiam pacificatores nominantur, quorum præcipuus erat Hugo, comes Montfortensis. Sed Thuringorum emendationem, æquis conditionibus, quæ offerebantur, speratam, Münzerus impediuit, mirandam victoriam ex

quæs meruerant, dederunt, & disiecto illorum nefario *a* globo, Thomas etiam Münzerus, seditionis Thuringicæ impulsor, postquam ex acie profugisset, Franckenhusæ captus, & Principum iussu in castris *b* ad Mulhusium supplicio adfectus fuit. Aderant præter Principes socios Philippum Hassum, & Henricum Brunsuicensem, nouus Elector Saxoniæ IOANNES, qui tum fratri Friderico successerat; & patruelis Dux GEORGIVS, Pontifici maxime addictus, in cuius regionibus tumultus grauior fuit, quam in Electoralibus, quod argumentum est, non sacrorum mutationi, vt quidam cauillabantur; sed

diuinis signis, quæ fingebat, pollicitus, abusus etiam iride, quæ ante pugnam apparebat.

a Octo millia rusticorum in acie ad Franckenhusam stetisse dicuntur, e quibus cæsi quinquies mille: alii plures numerant: Münzerus litteris vltimis ad Mülhusinos fatetur quatuor millia. Pugna, vel strages potius, edita XV Maii CIↃ IↃ XXV, die Lunæ post Cantate. *Seckendorf. p.* 12.

b Mülhusium, imperialis ciuitas, etiam Münzero studuerat: deditionem autem fecit, quum exercitus Principum aduentasset, *Vide eundem.*

ſed *a* aliis cauſſis, imputandam eſſe, quæ tum Germaniam tempeſtas conturbabat. Vetus malum, aliquoties ægre conſopitum, non autem penitus exſtinctum, vehementius erumpebat. Nam anno MCCCCXCI ad Campodunum in Algoia agreſtes tumultuati erant: & in Spirenſi ad Rhenum tractu anno MDIII: & grauius in Würtenbergica regione poſt vndecim annos ſiue MDXIV; & in Auſtria anno ſequenti. Omnia autem hæc ante Lutheri certamen contigerunt, vt fruſtra illius doctrina, tanquam cauſſa ſeditionis, accuſetur.

Grauior motus ex oriente fuit, MOHAMMEDI enim, qui Conſtantini vrbem

a De causſis illis B. Seckendorfius *ſub initium lib. 2. Lutheraniſmi pag. 2, egregie;* Germanos auitæ libertati adſuetos ægre tuliſſe tributa noua; quorum cauſſa fuerat tam creſcens in dies clericorum numerus; nouis ſodalitatibus inſtitutis; tum inualeſcens luxus principum atque nobilium a poſterioribus Friderici III imperatoris annis, cuius filius Maximilianus externæ adfinati, lætoque, quo erat, genio indulgentior, a patria ſimplicitate recedebat,

hem suæ ditionis fecerat, successit filius BAIAZETES II, *a* Methones, quæ nunc Modon est, in Peloponneso expugnator. Multas cum fratre GEMES, *b* aliis ZIZIMVS dicto, de imperio habuit controuersias. Hic vero prælio victus Maltham aufugit, & nec ibi satis securus ad Gallos. Sed Romam euocatus, insidiis Alexandri VI, qui ære corruptus, periit. Baiazethi post XXX annos, sæculi duodecimo, itidem filius SELIMVS, qui *c* Aegyptum & Syriam, deuictis Saracenis, subegit, quem post VIII fere annos SOLIMANVS excepit, grauior Christianæ reipublicæ futurus. Etenim sæculi, quod scribimus, XXI & XXII

a Methones, expugnationem scripsit Paullus Iouius *ineunte lib.* VIII, cuius sola epitome superest. Veneti quinque triremibus arma, milites, commeatum obsessis frustra adferebant.

b Vitam Sultani Gemis gallico idiomate scripsit. I. B. de Rocoles *Lugduni Batauorum* 1683. 12. Lonicerus *Chron. Turc. Tom.* 5. *p.* 26. Mülleri *Reichs-Tags Theatrum p. VI. c. XLV*

c De Aegypto & Syria idem Iouius consulatur *lib. XVII. tota* : & Cœlius Curio *supplemento IX.*

XXII annis non modo *a* Rhodo insula potitus est, eiectis S. Ioannis equitibus, verum etiam *b* Albam Græcam, ad Danubii ac Saui confluentes vrbem nobilem, expugnauit, nunc Vngariæ iugulo mucronem admoturus. Ei regno LVDOVICVS præerat, idemque Bohemorum rex, VLADISLAI filius, admodum adolescens, qui obuiam Turcis iturus *c* prœlio ad Mohazium superatur, quod oppidum iuxta Danubium est, prope Sclauoniæ fines, *d* medio fere

a Rhodus erepta Christianis anno CIƆ IƆ XXII, quam Solimanus CCCC nauibus adgressus fuerat.

b Alba Græca anno superiore CIƆ IƆ XXI capta, quod male ab Vngaris defenderetur. *Cæl. Curio Supplem.* IX *p.* 212.

c Pugnam Mohaziensem scripsit Broderithus, Hungariæ tunc temporis Cancellarius & episcopus Vaciensis, etiam comes in hoc prælio, ex tot, qui aciei interfuerunt, regni episcopis solus prœlio superstes. Recensuit Sambucus *Append. ad Bonfin. Hist. Vng. p.* 560. *seq.* & nouiter Io. Caspar. Kühn. *Argentorati* 1688. 8.

d Hunc situm P. Iouius *epit. lib. XXIII extr.* & Cœlius Curio *Suppl. IX. p.* 217. ostendunt. Adde Broderith. *p.* 560.

fere itinere inter Budam & Belgradum, aut, vt propius signetur, quarto milliario supra Draui confluentem. Ipse rex fugiens in *a* palustribus Danubii locis miserrime, magno Vngariæ malo, periit, ætatis anno vigesimo, sæculi vigesimo sexto. Graues hinc tempestates exortæ, damnum vix reparabile adferentes non solum Vngariæ regno, sed pæne vniuersæ Christianorum reipublicæ. Pretium operæ est, fatale malum aliquanto longius, quam mos est breuitatis nostræ, persequi. Rex, iuuenis quidem, quum hostem pro-

a Cœlius Secundus Curio pag. 218. ita tradit; *Rex Ludouicus, prostratis vndique copiis, nudatus eo, quod sperarat parauerat que præsidio, se se eripiens proxima palude, reflectente se equo, sesqui palmis aquæ lutulento gurgite suffocatus interiit, ita tamen, vt locum armiger eius & cubicularius, genere Bohemus, notaret & effugeret, & post multos dies, decedentibus hostibus, integrum regis cadauer, indicio eius, reperiretur.* Broderithus autem p. 566. ita: *Regis corpus fuit repertum in hiatu quodam terræ prærupto supra Mohazium, qui locus tunc Danubii inundatione aquam solito maiorem habebat. Ibi simul cum equo ita, vt erat armatus, ab aquis fuit suffocatus.*

pinquare adlatum fuit, nihil *a* eorum prætermisit, quæ regno tuendo necessaria erant. Profectus ipse cum exercitu, quod nobiles *b* præsentiam eius flagitarent, quam dissuadebant *c* alii. Rex tamen *d* differebat pugnam, Transiluanum robur, quod *e* Ioannes addu-

a Broderithus in eo industrius est, vt Regem, & præcipuos duces, & stipatores excuset, & malum, quod accidit, infelici fato imputet. *Ibid. p.* 595.

b Iusserat Rex Palatinum transitu Draui hostes prohibere, qui promtus ad hanc expeditionem erat, recusantibus ceteris, quasi contra priuilegia Baronum esset, sub alio, quam Regis, vexillo militare. Rex itaque in frequenti senatu indignabundus, *Video*, inquit, *vnumquemque capite meo excusationem & salutem capiti suo quærere. Ibo ego cras Deo bene iuuante, vobiscum eo, quo alii sine me, ire nolunt.* Broderith. p. 559.

c Maximopere Stephanus Verbetius suadebat, vt in vtrumque belli euentum & publicam salutem Rex iuuenis extra pugnæ periculum in arce Budana seruaretur. *Cælius Curio Suppl. IX. pag.* 217.

d Lege Broderithum *pag.* 561. de consilio differendæ pugnæ.

e Ioannes Sepusiensis, qui postea regnauit. Con-

adducebat, ante discrimen exspectaturus. Paullus autem *a* Tomoræus, Colozzensis archiepiscopus, & supremus belli dux, homo audax & moræ impatiens, cumprimis in caussa fuit, vt prœlium maturaretur, quo impulsore alacer miles & pugnandi cupidus non incertam spem victoriæ fecit, quæ etiam initio ad Vngaros propendebat. Sed quum *b* tormentis Turci, quibus superiores erant, aciem regiam infestarent, illa tandem, quamlibet fortiter resistens, diutius vim machinarum & multitudinem hostium non valuit sustinere. Pugnatum per horam & mediam a viginti millibus contra trecenties mille, in quibus non minus, quam septuaginta millia, valide arma-

 torum

trariis mandatis regis, vt solet in re turbulenta, præpeditus, Zegedinum vsq; cum copiis venit, quum pugna ad Mohazium iniretur. Auxilia alia ad Zagrabiam & Iaurinum tantum peruenerant.

a De Tomoræo Cælius Secundus *d. l.* & Broderithus *pag.* 560. 562.

b Quæ sequuntur de ipsa pugna, Broderitho auctori debemus omnia.

torum erant. Rex quum primum acies inclinaret, admonitus a suis, vt periculo subduceretur, in idem incidit, quod & ipsi funestum, & vniuerso regno calamitosissimum fuit. Etenim infinita mala hanc cladem insequuta sunt, quum maior nobilium pars IOANNEM, Sepusiensem comitem, Transiluaniæ adhuc rectorem, regno præfecit; quod vxorio iure FERDINANDVS, Caroli V. frater, *a* postulabat, exstincti regis sorori Annæ matrimonio coniunctus. Victus Ioannes ad *b* Tokaium ab Austriacis & in Poloniam fuga elapsus, infaustum consilium, *c* Hieronymo Lascho suasore, cœpit, vt se

a Sicut iam Bohemiam eodem iure acceperat; vt de successionis pactis, olim inter Austriacos & Vngaros sancitis, taceamus.

b Ferdinando adpropinquante aufugerat Buda Ioannes, quem is celeriter persequutus ad Tokaium castra habentem deprehendit, vicit, fugauit, quamquam Ioannes prœlio non interfuit, Bodone duce eius suadente, vt dubio euentu, melioribus se rebus extra castra seruaret. *Cæl. Curio suplem.* 13. *Sabell. pag.* 308.

c Idem Curio p. 308, *Ioannes ad Hieronymum Laschum profugit, virum inter Sarmatas ab illu-*

se & regnum in fidem Turcorum, quorum potentia contra Austriacos defenderetur. Qua clientela hoc euenit, vt via Turcis aperiretur, qua Vngariæ regnum incursarent, & ipsi Germaniæ insidiarentur. Nam Solimanus, qui barbaræ genti imperitabat, eo audaciæ & insolentiæ processit, vt *a* Vindobonam, quam Viennam nunc appellamus, Austriæ primariam vrbem, anno CIↃIↃXXIX per XXX dies oppugnaret, quamquam post Dei auxilium, defendentium virtute, *b* Philippi inprimis Palatini,

stri nobilitate eruditaque virtutis nomine clarissimum. Paucis interiectis; *Postremo ad id verum descendit* Laschus, *vt ab vno Solimano maturam opem adflictis & perditis rebus sperandam censeret.* Nec tantum consilium dedit, sed ipse quoque *legatione suscepta Byzantium contendit,* ---- *& Ioannis regis caussam egit, atque eum mirifice commendauit.*

a Cœpta est obsideri Vienna die XXVI Septembris. Exstat obsidionis descriptio in Operis Schardiani Tomo II, nec non in Cæl. Curionis supplementis, qui eleganter illam *lib.* 13. *p.* III. *seq.* enarrauit.

b Philippus Comes Palatinus ad Rhenum, frater Ottonis Henrici, Electoris illius, qui primus

& *a* Nicolai Salmensis coactus fuit deserere obsidionem. Decedens agrum vastauit, & in seruitutem abductis *b* quotquot capere Germanorum potuit, regnum Vngariæ *c* Ioanni confirmauit. Eiecti Rhodo equites, vt supra diximus, aliquamdiu per Italiam, Siciliam, incerta *d* sede vagati, Meliten insulam

CIↃ

Euangelii doctrinam professus, in societatem fœderis Smalcaldici venit.

a Curio d. I. p. 311. *Nicolaus Salma* (Comes de Salma) *qui Ticinensi prælio, in quo rex Galliæ captus est, inclaruerat.* Plures ibidem laudat, Guil. Rocandulphum, regiæ aulæ magistrum, Io. Cazianerum, semiillyricum, Io. Hardeccum, & alios: sed prima laus Philippi fuit: secunda ab hoc, Nicolai Salmensis.

b Curio Secundus d. I. p. 314. *Supra sexaginta millia Germanorum capitum in seruitutem abducta ferebantur.*

c Reuersus Vienna Solimanus *Ioannem Budæ regem constituit, beneficiariumque ex diplomate & solennibus codicillis appellauit.* Cœl. Curio Sec. d. I.

d Equites S. Ioannis, Rhodo expulsi, primum in Creta substiterunt, vnde breui post in Siciliam delati, Messinæ; rursus in Italia Centumcellis & Viterbii, & VillæFrancæ quæ ad Nicæam Pedemontii est, incertam sedem habuere; & ite-

CIↃ IↃ XXIX a Carolo V possidendam accipiunt, quam hodieque tenent, & fortiter contra barbaros tuentur, inde *Malthenses* equites cognominati.

Interea Lutherum non theologi tantum pontificii, Eccius, Emserus, Cochlæus, alii, sed rex quoque Britanniæ HENRICVS VIII, Henrici septimi filius, scriptis *a* publicis impetebant, quibus singulis, quod res erat, *b* respondit, nec regis maiestatem in caussa iusta reueritus. Hic quamuis nullam victoriam a Luthero retulerat, tamen a Pontifice consequutus fuit, vt *c De-*

B 5 *fen-*

rum in Sicilia Augustæ & Syracusis; donec, Carolus, rex Siciliæ & imperator, insulas Maltam & Gaulon siue Gozam habitandas in perpetuum dedit. *De la Croix Tom. 4. Africa p. 222.* Burcardi Niederstedtii *Maltha.*

a Burnetus sub finem lib. I. de Reform. Eccles. Angl. *pro septem sacramentis Romanæ ecclesiæ* contra Lutherum scripsisse ait, suo quidem, non alieno ingenio, quia doctus princeps fuit. Scripsisse autem videtur, vt clero magis placeret.

b Acrior responsio Lutheri exstat *Tom. 2. Lat. Ien. pag. 517. seqq.*

c Iam ante hunc editum librum Henricus nouum titulum ad Catholici & Christianissimi æmula-

fensor fidei appellaretur, quem honoris titulum in successores propagauit, ipse alioquin dubie pius, qui duas ex *a* sex vxoribus, quas duxerat, *b* Annam Bolenam & *c* Catharinam Nordfolkiam, neglectæ pudicitiæ suspectas, securi iussit percuti. E reliquis Catharinam Arragoniam, Arthuri viduam repudiauit. Iana Seymuria moriebatur puerpera. Ab Anna Cliuensi diuelli se volebat. Vltima Catharina Parre moribus ipsius adsueta ipsi superstes.

Leonem X, summum pontificem, exeun-

tionem ambierat, de quo etiam in Cardinalium senatu deliberatum fuit, nihil autem definitum? post quatuor vero menses, adlato illo contra Lutherum libro, statim id præmii a Pontifice tulit, vt *Defensor fidei* appellaretur. *Pallauicin. lib.* 2. *c.* I. §. 8. *Becmann. synt. digni. illustr. diss.* 2. *c.* 2.

a Mariana *lib.* 29. *c.* 27. consulatur de his vxoribus & suspecta Regis pietate. Adde Thuan. *lib.* I. *p.* 14.

b Annæ genus & educationem scripsit Burnetus *p.* 117. Mater hæc Elisabethæ reginæ, melioribus sacris initiata. Periit CIↃ IↃXXXVI.

c Catharina Howarda, Ducis Nordfolkii filia, securi subiecta CIↃ IↃ XXXX.

exeunte anno CIƆ IƆXXI exstinctum, ADRIANVS VI excepit, Caroli, Romani imperatoris, quondam *a* praeceptor, haud splendide Vltraiecti ad Rhenum natus, probus & admodum eruditus, nec alienus ab *b* emendatione ecclesiae: sed *c* vix anno peracto, postquam Romae sedit, mortalitate interceptus, CLEMENTEM VII, Mediceum principem, successorem habuit, hominem *d* neque litteris tinctum, & ne mediocriter quidem doctrinae sacrae peri-

a Caroli pueritiae & studiis a Maximiliano praefectus, post Dertusensis episcopus, Cardinalis, & Vicarius Regis in Hispania, absens & omnia alia cogitans Pontifex maximus factus.

b Petrus Suauis *lib.* 1. haec copiosius exponit: etiam cardinales nominat, qui egregio illius proposito repugnauerint. Adde Pallauic. *lib.* 2. *c.* 2. *& 9.*

c Electus fuit v idus Ianuar. CIƆ IƆ XXII quum in Hispania esset: mortuus III Cal. Sept. vt Dominic. Potesta tradit, vel vt Pallauicinus, VIII Cal. Octob. anni insequuti. Conclaue Adriani VI ex Msto edidit Struuius Actis Litterariis Fasciculo tertio.

d Paullus Iouius lib. 32. p. 129, *nullis prope litteris innitebatur, ingenio ad infimas artes adeo*

peritum, etiam varium & inconstantem in fœderibus. Nam cum Venetis primum, dein' cum *a* Gallo & aliis contra Cæsarem conspirabat, quæ caussa fuit, vt *b* Cæsariani milites Romam inuaderent, & pontificem aliquot mensibus obsessum tenerent, quibus quod multi intererant purgatis sacris initiati, *c* ludibrio & ipse & cardinales fuere,

demisso hærentique, vt opificum arcana subtilitatesque operum, nimia & prope turpi sollertia scrutaretur.

a Quem ad occupandum Neapolitanum regnum vocabat. Dom. Potesta: *Chiamo i Francesi all' acquisto del Regni di Napoli.*

b Borbonio duce, qui in ipsa oppugnatione Vrbis sclopeti glande percussus intercidit. Vrbs capta VI Maii CIↃ IↃXXVII. Historiam describit Cæsar Groberius. Guicciardinus *lib.* 18. Iouius *lib.* 24. Belcarius *lib.* 19. Papa enim cum XVII Cardinalibus in Castellum S. Angeli fuga se periculo eripuit: tandem se dedere atque exercitui quadringenta Ducatorum millia soluere fuit coactus.

c Guicciardin. *d. l. p.* 774. direptionem illam multo grauiorem fuisse ait, quam Gothica fuerat, *nulla antistitum, auctoritatis dignitatisque ratione habita, quorum multos Germani milites odio Rom. curiæ, vilibus iumentis per totam Vrbem*

ere, conuiciis quoque exagitati, *a* Biennio antecessit Ticinense prœlium, quo FRANCISCVS rex Galliæ, Ludouici successor, captus & in Hispaniam abductus fuit, nec libertati prius redditus, quam *b* iure in Neapolim & Mediolanum abdicato, etiam Burgundiæ renunciasset, & supremæ potestati in partes Flandriæ & Artesiæ: quamquam domum reuersus, pleraque senatus auctoritate, adprobante Papa, mutauit. *c* Hoc dum ægre ferret Carolus Francisco

circumduxerint &c. omnium cardinalium domos direptas, exceptis, qui ingenti summa cum militibus transegerant. Adde Iouium *epitom. lib.* 23.

a Anno CIↃ IↃ XXV, qui decimus regni erat, Franciscus captus apud Ticinum. Hunc Sabinus sequenti Chronosticho expressit.

regIa sVCCVMbVnt pVgnaCIs
LILIa gaLLI

Prœlium scripsit Guicciardin. *extremo lib.* 15. Iouius. *lib.* 22. Reisner. *lib.* 3. *Hist. Frundsberg.* Belcarius *hist. Gall. lib.* 18.

b Pactionem liberationis tradit Guicciardinus *lib.* 16. *p.* 608. 609.

c Vix enim liberatus erat Franciscus, cum die 22. Maii 1526 Fœdus Clementinum, dictum san-

co, quod fidem non seruaret, *a* obiiciens; hic Carolum ad duellum prouocat. Franciscus tamen pace Cameracense CIↃ IↃ XXIX *b* quæ promiserat, tradere coactus.

Sed

ctissimum, fieret inter Papam, Franciscum, Venetos, Florentinos & Franciscum Sfortiam Mediolani Ducem, quo Papa Galliæ Regem iuramento Madriti præstito absoluit. *Sleidanus lib. 6. p. 151. Burneti Hist. Reform. Anglic. p. 3.*

a Factum hoc CIↃ IↃXXXVIII post liberationem. Verba Francisci prouocantis apud Sleidanum lib. 6. p. 162. *Non igitur opus est pluribus verbis, & si quid in me requiris, non est, quod in posterum scribas, verum designato locum, vbi duello decertemus: etenim si congressum differas, atque interim non desinas, me criminari, testificor, totius rei turpitudinem ad te pertinere, nam duello dirimetur controuersia.* Cæsar etiam conditionem accepisse dicitur, locum & tempus in Fasianorum insula designans, litteris per præconem ad Franciscum missis: hic tamen litteras accipere noluit. *Guicciardinus lib. 18. p. 222. Belcarius lib. 19. p. 606. Goldastus parte 2. der Reichssatzungen.* Faciunt huc etiam Francisci I Epistolæ & præcipue Apologia pro Francisco I. quæ continentur Tomo III Freheri.

b die V Augusti, Gallis dicitur *Traitté des Dames*, cum inter Francisci matrem, Ludouicam, &

Sed ad ecclesiæ statum reuertamur, cuius permagno momento res his temporibus agitabatur. Vt schisma Imperator sanaret, varia Imperii comitia indixit, & Spiræ CIↃ IↃXXVI vtcunque *a* libertas a vicario eius ad usque œcumenicum concilium, quo lites componerentur, indulta fuit: sed alio conuentu, in eadem Nemetum vrbe habito, *b* reuocatum CIↃ IↃ XXIX, quod antea concessum fuerat, cui decreto quum contradicerent, qui Lutheri doctrinam tuebantur; factum est,

vt

Caroli V amitam Margaretham Austriacam fuerit conclusa. *Guicciardinus lib.* 19. *Iouius lib.* 26. *Belcarius lib.* 20.

a Imperator quidem litteris, Hispali datis, decretum Wormatiense repetebat; quum vero ægre ferrent protestantes, vicarii, quorum princeps Ferdinandus erat, ad demulcendos illos statuerunt, dum aliud ex concilio decerneretur, *vt se se gerant omnes in sua quisque prouincia, quo sui facti probabilem rationem Deo simul & Cæsari quoque reddant.* Sleidan. lib. 6. p. 150.

b Melanchthon lib. 4. epist. 81. conqueritur; *Decretum Spirensis conuentus, qui ante biennium fuit, abrogatum est.* nouum decretum recitat Sleidan. p. 171.

vt *a protestantium* nomen illis inhæreret, qui intercesserunt (quod nunc protestari dicunt) iniquæ comitiorum, vel Imperatoris sententiæ. Discessum itaque infectis rebus, & Philippus Hassiæ princeps, vt Heluetios quoque, qui etiam a Pontifice defecerant, Lutheri partibus conciliaret, colloquium *b* Marpurgi instituit, quo Lutherus per triduum cum *c* Zwinglio & Oecolampadio congressus id obtinuit, vt *d* pluribus

a Sleidan. lib. 6. p. 173. *Hac origo nominis Protestantium, quod non solum in Germania, sed apud exteras quoque gentes perVulgatum est atque celebre.* *Vid. Io. Ioachim. Müller. Historiæ Auspurg. Confession-Verwandten Stände Protestation und Appellation.*

b eodem anno CIↃ IↃ XXIX.

c Vlric. Zwinglius Tigurinorum: Io. Oecolampadius Basileensium primus reformator. Aderant etiam Philippus Melanchthon, Ioannes Brentius, Andreas Osiander, Iustus Ionas, Caspar Cruciger, & ex reformatorum partibus Martinus Bucerus & Caspar Hedio.

d Summam Colloquii scripsit Phil. Melanchthon ad Henricum Ducem Sax. *Tom. 4. Lutheri Oper. Germ. ed. Ien. p. 467.* & Iustus Ionas epistola Marpurgi ex colloquii sede data, quam ex

ribus doctrinis concordia iniretur; de Cœna Domini dissensus manebat. Sub finem Nouembris eiusdem anni *a* Smalcaldiæ Protestantes coiere, quod initium *b* fœderis fuit, cui oppidum illud nomen dedit, firmius alio tempore stabiliendi: Quum autem Principibus & *c* ciuitatum legatis non conueniret;

MS, edidit Seckendorf. *lib. 2. Luth. sect. 17. §. 47.* Conueniunt & concordiam testati sunt in XII articulis colloquutores, etiam manu sua singuli subscripserunt v. g. de Trinitate, vti Niceno concilio atque symbolo declarata est; de Incarnatione, de Peccato originis, de Iustificatione &c. Iustus Ionas ita finit epistolam: *Concordauimus, tantum relicto articulo Eucharistiæ, in quo non concordatum est.*

a Sleidan. *lib. 7. post initium.*

b De fœdere percutiendo cogitari conuentu primo Spirensi cœptum fuit, idque primum a triennio tentatum est Suabaci, sed ciuitatum legatis dubitantibus, fuit conuentus Smalcaldiæ indictus die ante idus Nouembris: vix autem conuenerunt ante finem mensis. *Sleidan. lib. 6. extremo.*

c Argentoratensis inprimis & Vlmensis, quæ de fœdere prius agi cupiebant: cum reliquæ ciuitates de religionis primum capitibus conuenire debere putarent. *Sleidan. lib. 8. p. 180.*

niret; in alium conuentum, a Norimbergæ inituro anno CIↃ IↃ XXX habendum, caussam reiecerunt, quo id primo deliberatum fuit, vt legati ad Cæsarem mitterentur, qui Bononiæ illo tempore a Pontifice b coronam accipiebat, quum paullo ante comitia Augustæ Vindelicorum celebranda, litteris in Germaniam missis, edixisset. Ad hæc primus Elector Saxoniæ venit, caussa sua confisus, adductis quibusdam theologis, Luthero autem Coburgi in arce relicto, vt securitati eius pro-

a De Norimbergensi conuentu idem Sleidanus p. 181, *Conuenerunt Principum & perpaucarum ciuitatum legati. Consilium erat mittendam legationem ad Cæsarem & Ferdinandum, sed ab eo discessum fuit.* Tandem placuit, interea deliberandum esse, quid in Augustano conventu qui edicebatur, proponi debeat, & quod singulis visum fuisset, intra mensem Saxoni renunciandum, vt per eum ceteri cognoscant. Discessum IIII Idus Ianuar.

b Vigesimo quarto Februarii die, inauguratus est Carolus, quum verbis conceptis iurasset, Pontificiæ dignitatis perpetuum se futurum esse defensorem. *Sleidan. lib. 7. Goldasti Politische Reichshändel.*

prospiceret. Heic propitio Deo accidit, quamquam *a* inuitis Pontificiis, vt confessio Protestantium die xxv Iunii in consessu Imperii prælegeretur; quo illud hi consequuti sunt, vt *b* infamia exsecrabilium errorum, quos aduersarii per calumniam evulgauerant, publice liberarentur. Confutationem compilarunt pontificii theologi, quæ itidem in consessu *c* prælecta, copia scripti exempli, quantumuis petentibus confessoribus facta non est: contra ea vero, quæ auribus capi, aut scribarum velocitate notari poterant, Melanchthon Principum iussu *apologiam* confessionis scripsit, quam Imperator, quum *d* offerreretur, acceptare noluit.

Hanc

a Nec Cæsar facile recitationi adnuit, quam ægre tandem precibus principum concessit. *Sleidan.*

b Apud exteros maxime criminatio inualuerat, quum nulli essent, qui ibidem excusarent. Ideo tam curate hæreses nominant, præsertim articulo I, & ad Nicenæ synodi decretum prouocant protestantes confessores.

c Die tertio Augusti *Melanthth: lib.* I. *epist.* I2.

d Oblata die xxII Septembris, non autem recepta; cuius, vt tunc oblata fuit, nunquam exemplar

Hanc vertente anno idem auctor, perspecta iam Pontificiorum confutatione, ea forma publici iuris fecit, qua in Symbolicis Protestantium libris expressa visitur.

Sub idem tempus Clemens VII Papa auxilio Imperatoris, *a* Florentinos subegit, qui, quum ipse Romæ obsideretur, Mediceos vrbe eiecerant; atque is finis fuit Florentinorum, quam adhuc propugnauerant, antiquæ libertatis. Huius vrbis obsidione quum *b* Philibertus Arausiensis Princeps, vitam amisisset, Renatus Nassouius, Henrico

Dil-

editum est, sed quod Philippus, postquam confessionis confutationem inspexerat, non nihil reformauit, id demum anno XXXI vulgatum. *Seckend. sect. 35. §. 79. Dau. Chytræi Hist. Aug. Confess. Georgii Cælestini Historia Comitiorum August.*

a Historiam breuiter, sed accurate scriptam habes apud Sleidan. *lib. 7. p. 189.* pleniorem apud Iouium.

b Iouius *lib.* 29. Guicciard. *lib.* 20. Chytræus *Sax. p.* 213. qui hereditatem & successionem in tabula ostendit. Hic Philibertus inter Cæsareos duces fuerat, quum Roma caperetur, penes quem, Carolo Borbonio interemto, mili-

Dillenburgensi & sorore Philiberti genitus, heres scriptus, ad Nassouios principatum Arausionensem *a* transtulit. Interea Carolus, Imperator augustus, regnorum prouinciarumque curis distractus, post *b* multas contentiones impetrauit, vt frater FERDINANDVS Rex Romanorum constitueretur, hoc est, secundus ab Imperatore esset, eiusque partes, absente illo, in Imperio Romano ageret, cui eximiæ

tiæ imperium fuit, vt Cæsar ad illum litteras ex Hispania daret, quum Pontificem, obsidione clausum, in libertatem vellet restitui. *Iouius lib.* 25.

a Renatus in obsidione Fani S. Desiderii sine liberis moriebatur, testamento hæredem scribens Guilielmum Nassouicum, Guilielmi Diuitis, Dilleburgensis lineæ filium. Hic vindex libertatis Belgicæ ad posteros Arausionensem principatum vna cum ditionibus Belgicis propagauit.

b Saxonis Electoris maxime, aliorumque Protestantium, *Sleidan. sub fin. lib.* 7. etiam Bauarorum Ducum, quamlibet pontificiis sacris addictorum, quod ex arcana historia illustr. Seckendorfius *lib.* 3. *sect.* 1. *ad.* 2. additione manifestauit.

eximiæ dignitati ad *a* Aquas Grani XI Ianuarii CIↃ IↃ XXXI inauguratus fuit. Eodem anno rursus *b* Smalcaldiæ Protestantes conueniunt deliberaturi de defensione, si forte vis hostilis sacrorum caussa inferatur. Quum vero rursus Turci Germaniæ imminerent, Imperator Noribergæ decreuit, *c* ne cui religionis caussa molestia fiat, vt plus auxilii ab Imperio & Principibus etiam Protestantibus, impetraret. Hæc trans-

a Electio in comitiis Agrippinensibus facta, coronatio Aquisgrani. *Sleidan.*

b Indictus conuentus die ante IV Calend. Apriles. Pro Electore, valetudine detento, adfuit filius Ioannes Fridericus. *Sleid. lib.* 8. *post principium.*

c Hæc prima pax religionis, quæ Sueinfurti tractari cœpit Aprili mense CIↃ IↃ XXXII, Noribergæ XXIII Iulii eiusdem anni per Albertum Moguntinum & Ludouicum Palatinum, qui Cæsaris nomine agebant, decreta. Conuenit eadem de pace ad concilium vsque seruanda. *Sleidanus lib.* 8. *p* 205. *Hortleder de caussis B. Germ. lib.* 1. *cap.* 10. Adprobata hæc a Cæsare die II. Augusti CIↃ IↃ XXXII repetita & confirmata per transactionem Cadamensem.

transactio Saxoni Electori singulariter *a* Cadami, quod Bohemiæ oppidum est, post biennium confirmata fuit, Ferdinando Rege cauente, ne vlla vis religionis caussa fiat, aut lis forensis moueatur, qua pace soli Protestantes vterentur prætermissis, qui ab his tum alia doctrina, tum baptismi iteratione dissentirent. Nam eadem tempestate magnas turbas *b* fanatici homines excitarant, qui præter id, quod infantum baptisma improbabant, multaque nefaria docebant *c* faciebantque; Monasterio Westphaliæ vrbe *d* occupata,

a Transactio Annæbergæ cœpit, Cadami fuit finita anno CIƆ IƆ XXXIV, mense Iunio extremo, quando primum Elector Saxonicus electionem Romani Regis approbauit: a quo vicissim securitatis confirmationem impetrabat. *Sleidan. lib. 9. p. 243. Hortleder. lib. 3. cap. vlt.*

b Feruebat malum CIƆ IƆ XXXIV, finem habuit CIƆ IƆ XXXV, supplicio de impostoribus sumto.

c In his polygamia erat, direptio atque destructio templorum, exustio librorum omnium præter sacra biblia, fictæ simulatæque reuelationes, propheriæ, &c. *Sleid. lib.* 10,

d Per tumultum intestinum occupauerunt, ex a-

pata, regnum nouum sibi, quod Israëlis vocabant, duce Ioanne Leidensi, *a* constituerunt. Sed rex ille & insaniæ administri *b* exitum quem meruerant, expugnata vrbe, habuerunt, ignitis forcipibus carpti & isto supplicio enecati.

Per idem tempus Barbarussa Turcorum pirata, damnum littoribus *c* Italiæ & aliarum regionum intulerat, quod vlturus Carolus, rex & imperator, in Africam cum exercitu traiecit,

gro etiam qui eiusdem insaniæ erant, aduocatis *Sleidan.*

a Verum nomen Ioannes Bucold, sarcinator Leidensis.

b De expugnatione vrbis & supplicio vesanorum hominum præter Sleidanum *d. l. ad annum* CIↃ IↃ XXXV. *p.* 283, Antonii Coruini epistolam ad Georgium Spalatinum legere pretium est, quæ exstat apud Boxhorn. *Hist. Vniuers. p.* 1127. *seqq.* & in Schardii tomo 2. Addi potest Lamberti Hortensii *tumultuum anabaptisticorum liber*, ad Senatum Amstelodamensem, & Conradi Heresbachii liber *de factione Monasteriensi*, ad Erasmum Roterodamum, qui cum notis Th. Starckii prodiit *Amstelodami* 1637. 8.

c Calabriæ oram legerat, & supra Caietam expo-

cit, ac *a* Guleta, munimento prope Tunetum, expugnata, & classe piratarum in lacu capta, ipsam Tunetensem vrbem, captiuorum, qui inerant, proditione cepit, *b* Hariadeno (id nomen Barbarussæ erat) fuga *c* Bonam, & inde Algerium elapso. Carolus Bona quoque in potestatem redacta, & præsidio *d* Guletæ imposito, Tu-

C ne-

sito milite diripuerat Fundos. *Guicciard. lib. 20. extremo. Iouius lib. 33. 34.*

a Curio Secundus Suppl. Sabell. libro 19. p. 428. Barbarussæ verbis: *Guleta non Vrbis modo, sed totius imperii* (Tunetani) *& subductæ præsertim classis certissimum est propugnaculum.*

b Curio d. l. hoc nomine appellat. De ipso homine, eiusque honoribus Guicciardinus d. l. *Hoc quoque tempore Barbarussa inter Solimani purpuratos, quos Bassas ipsi Vocant, cooptatus, marisque imperium ab eodem adeptus ad Tunetanum regnum occupandum nauigauit.*

c Bona, Hippo Regius est, vrbs Augustini episcopatu nobilitata. Medio æuo *Hippona* dicta, inde *Bona*, corrupta voce & truncata.

d Curio lib. 19. p. 435. *Cæsar præsidio Guletæ imposito, dirutæ munitionis aggerem instaurari, captaque tormenta, more nostro subditis rotis, reconcinnari iussit, &c.*

netum *a* Muleassi principi, quem Barbarussa eiecerat, hac *b* lege imposita restituit, vt tributum Carolo det, & Guletanum præsidium alat, nec amicus Turcis, nec hostis Christianis vnquam futurus.

Per Siciliam ad Italos redeunti, adfertur in itinere, Franciscum *c* Sfortiam, quem Mediolani Ducem confirmauerat, antea *d* hostem suum, im-

a Muleasses Tuneti hereditarius princeps, ex Saracena gente reliquus, a Turcis vrbe & regno expulsus.

b Cœl. Curio eodem libro p. 442. *Consultatum est de Muleasse, Cæsarque eum Tuneti regem, maiorum suorum consuetudine regnaturum, constituit, binosque tantum falcones ad aucupium, & binos e Numidia pernices equos tributi nomine quotannis imposuit, ea conditione, vt Christiani nominis amicus, Turcorum vero gentis perpetuus hostis, Cæsaris nomen coleret, & Guletano præsidio, quod ex Hispanis amplius mille imponebatur, stipendium persolueret*, vid. *Io. Etropii diarium expeditionis Tunetanæ.*

c Vide *Histor. Medii Aeui, p.* 201. & *Sleidan. lib.* 10. *p.* 284. *seq.* & *Curion. Supplem.* 19. *p.* 244. Mortuus Sfortia anno CIↃ IↃ XXXV, sub finem Octobris. *Sleidan. l.* 9. *p.* 253.

d Quia socius Venetorum Sfortia contra Cæsa-

sine prolem decessisse, cuius vacuas possessiones imperii iure filio suo PHILIPPO, post Hispanorum regi confert, ex quo tempore in Hispanorum potestate mansit. Contra nitebatur Franciscus, Galliarum Rex, qui Mediolanensem Ducatum per Valentinam, Philippi, Mediolani principis sororem, proauiam suam ad se pertinere contendebat. Bellum inde CIↃ IↃ XXXVI mouebat in Insubria, quod vario Marte gestum, demum per inducias Nicæenses decennales CIↃ IↃ XXXVIII fuit compositum. a

Ea tempestate in Oriente, quam in Africa, feliciores Turci, b Mesopotamiam, Assyriam & Babyloniam Persis

rem fuerat. Sed pax inita pontifice suasore. *Guicciard. L. 19. extr.* Iosephi Ripamontii Histor. Mediolanensis.

a Sleidanus *lib.* 11. & 12.

b Paullus Iouius ineunte libro 17. hoc bellum scripsit, quod cum Aladolo primum, citerioris tractus ad Taurum montem regulo, deinde cum ipsis Persis in patentioribus campis Solimanus gessit.

ſis eripiunt: ſed quum Indiam quoque tentant, Dium Cambaiæ obſidentes; fortiter a *a* Luſitanis reiiciuntur.

Quæ autem Perſis ademerant, ad noſtram vsque ætatem tuentur, fruſtra ab illis bello non vno repetita. Nam qui ab ineunte æuo, quod enarramus, Perſarum rebus præfuere, *b* SOPHIANI generis reges ad delicias & voluptates, quam ad arma procliuiores, fue-

a Curio Secundus lib. 21. extremo tradit, claſſem Turcicam ex portu *Sues*, qui in ſummitate Arabici ſinus eſt, duce Solimano eunucho enauigaſſe. Hunc autem fruſtra Dio Indiæ obſeſſo & relictis maioribus tormentis, redire coactum, in Adenum & Zibith, Arabiæ Felicis prope os ſinus Arabici vrbes, contra fidem datam, ſæuiiſſe, indeque claſſe Sueſium dimiſſa, terreſtri itinere Meccam profectum, ut tot ſcelerum culpam in Mohammedis fonte ablueret.

b Superiori ſæculo Perſæ ſub Tamerlane eiuſque poſteris aliquamdiu fuerant: inde Vſumcaſano, Turcica origine principi, & genero Dauidis Comneni, Trapezuntinorum vltimi, paruerant, cuius filio Medus quidam Ardebilenſis, *Iſmael Sophi*, eripuit, a quo Sophiani ſunt, qui ad noſtram vſque ætatem Perſiæ regnum tenent. Vide *Petri Bizari Hiſtoriam Perſicam.*

fuerunt, diuitiis ad molle studium illecti, qui amplis & opimis regionibus, etiam postquam multati a Turcis sunt, per duo nunc saecula imperant. Carolus victor Romam ingressus a pontifice *a* PAVLO III, honorifice suscipitur. Is Farnesiorum familia ortus, *b* facilior ad cogendum concilium erat, quam antecessor Clemens, qui male sibi conscius id maximopere *c* de-

a Annum enim XXXV saeculi tum Punica victoria, tum Paulli III pontificis initia, vt Curio ait, *ineunte libro* 19, nobilitauerant. De ingressu imperatoris in vrbem, idem *lib.* 20. *ineunte.*

b Misso Petro Paulo Vergerio ad principes Germaniae (qui etiam cum Luthero Wittenbergae collocutus est, *Seckend. lib.* 3. §. 34.) concilium vltro & absque conditione obtulit. Diploma de concilio Mantuae habendo apud Sleidanum exstat *lib.* 10. *p.* 289.

c Clemens concilii conuocationem caussatus superuacaneam esse, recusauerat, & vix tandem eo adigi potuit, vt decretum de concilio paullo ante mortem faceret, sed iis conditionibus, quibus neminem protestantium venturum esse sciebat. Vide *Pallauicin. l.* 3. *c.* 16. *Maimburg. l.* 3. *sect.* 8. De tergiuersationis Clementinae caussis *Guicciard. lib.* 20. *p.* 952.

clinauerat. Synodum enim, qua religionis caussa examinetur, indicit, Mantuæ futurum, eique orbis Christiani principes atque episcopos sub mensem Maium anni CIↃ IↃ XXXVII adesse iubet. Sed Mantuano Duce præter alia & *a* præsidium vrbis postulante, pontificio sumtu alendum, quod nolebat Paullus dare; alio diplomate, nullo *b* loco conuentus nominato, dilatum

a Per legatum Mantuanus postulauit, *vt Pontifex ære suo centum quinquaginta pedites conduceret pro vrbis custodia contra motus vrbanos: & centum equites ad excurrendum agrum, quo tuta esset exteris via:* quod contra morem conciliorum esse, etiam nouissimi Constantiensis, Pontifex respondit. *Pallauicin. lib. 4. c. 3.*

b Ita instituit suos ad Imperatorem in Hispania agentem; & ad Regem Ferdinandum nuntios, vt tamquam suo ingenio ex Venetis vrbibus *Patauium, Veronam, Vicentiam* commendarent, vel si negaret senatus Venetorum, ex pontificiis *Bononiam* aut *Placentiam*: alias vero, nexu quodam Imperatori obstrictas, tanquam Gallis illius hostibus suspectas, recusarent. Voluit autem id non suis verbis, sed nuntiorum consilio agi, ne auctoritati suæ derogaret, si optionem Cæsari permitteret. *Pallauicin. lib. 4. cap. 4.*

latum concilium in Calendas Nouembris fuit. Creuit interea sociorum numerus, qui ad Smalcaldicum foedus accesserant, & quamuis Norimbergensi conuentu CIↃ IↃ XXXIIII dissensissent principes, *a* Saxone nolente plures in foedus recipi, quod Hassus magnopere cupiebat: tamen insequuto anno CIↃ IↃ XXXV *b* spe pacis deficiente, quam a Cæsare sperauerant, vt fortior societas esset, Smalcaldiæ *c* decretum fuit, ne quis puræ

a De his copiose illustr. Seckendorfius *lib. 3. sect. 8. §. 26. p. 75.* Dubitabat non solum de iure, an liceat nouos socios adsciscere, sed etiam de vtilitate. Difficillimum esse indicans, vt fida esset eademque vera coniunctio Principum & vrbium, si diuersos fines respicerent.

b Rumores & inde natæ suspiciones, quibus spes pacis, vsque ad concilium promissæ, frangebatur, in præcipua caussa erant, vt Protestantes hoc anno Smalcaldiæ conuenirent. Imperator vero & Rex Romanorum per litteras excusabant, nihil se, quod paci aduersum esset, in animum induxisse. *Seckendorf. addit. ad §. 35. p. 69.*

c exeunte anno *ibid. pag.* 100. *B.*

doctrinæ addictus, si vellet in fœdus recipi, a sociis reiiceretur. Statim deinde Francofurtano conuentu CIↃ IↃ XXXVI recepti sunt principes *a* Pomerani & Anhaldini, & Vlricus Wittenbergicus, nuper ab Hasso *b* restitutus, & Cadami Ferdinando reconciliatus: etiam ciuitates quædam Hamburgum, Campodunum, Francofurtum. Quum vero fama concilii manaret, rursus socii Smalcaldiæ Februario mense CIↃ IↃ XXXVII conuenerunt, deliberaturi, si *c* locus sibi in syno-

a Sleidan. *lib.* 10. *pag.* 288.

b Wirtenbergicus propter caussam Reutlingensem ab fœderatis Sueuis expulsus, eiusque possessiones Austriacis venditæ erant, quem Philippus Hassus, victis ad Lauffenam Ferdinandi copiis, in omnes possessiones restituit: isque certis pactis, vt Austriacis prouinciam deberet, conciliatus Ferdinando fuit, qui nexus postea fratris filio Friderico ab Imperatore Rudolpho CIↃ IↃ XCIX, dissolutus fuit. *Sleidan. lib.* 9. *p.* 237. & 242. *Hortleder. lib.* 3. *cap.* 9. 10. 11.

c Non dubitabant, se quoque instantius in concilium, si quod futurum sit, conuocatum iri, sicut superiori anno non solum per litteras, sed per Vergerium etiam nuntium, factum fuerat:

synodo foret, in quibus *a* cedi Pontificiis possit, & in quo firmiter persistendum: quid de Papæ *b* auctoritate, de potestate episcoporum, de vi repel-

& Cæsaris legatus, Matthias Heldus, Smalcaldiam venit ad Protestantes, cuius orationem & horum responsionem Sleidanus prodit lib. 11. sub initium. Venit eo etiam Pontificis alius legatus, episcopus Aquensis, cuius vero in conuentu non habita est ratio. Vid. Sleid. d. l. p. 307. De deliberatione, *an admittendus sit nuntius Pontificis*, Seckend. §. 51. p. 143. seq. Maxime autem disputatum fuit, an veniendum sit Protestantibus in concilium, quod Pontifex, hostis illorum indixerit, & quidem in Italia, contra Imperii decreta, loco non tuto, celebrandum, in quo ipse non pars, sed iudex velit adesse, qui Protestantes dudum præiudicio damnauerit, vt hæreseos reos, &c. Aliis aliter sentientibus, decretum tandem fuit, non veniendum esse, & bulla Papæ non recepta., *Melanchth. lib. 4 epist.* 196. *& ex eo Seckend. §. 52. & addit 2. ad §. 52. sub finem.*

a Lutherus præfatione in Articulos Smalcaldicos sub initium.

b Hoc singulari libello, cuius auctor Melanchthon est, subnexo Articulis, a Luthero Principum iussu repetitis, æque tamen, ac illi, approbato atque subscripto, expositum declaratumque est. Melanchthon vero eum libellum

lenda, quae sacrorum caussa inferretur, statuendum sit. De quibus haud quidem incerti erant, qui confessionem Augustae ediderant: quum vero subinde plures in foedus accessissent, aut in confessionis societatem; consultum visum fuit, vt in hoc conuentu veteres, noui, quam doctrinam tenerent, publice confiterentur, & tam per se, quam per theologos suos subsignarent. Ibi articuli, Luthero auctore, qui cum theologis in conuentu erat, conscripti & approbati sunt, quos vulgo *Smalcaldicos* appellamus. Sed, vt alia pontificum promissa, irritum fuit aut *a* simu-

scripsit, quum Lutherus morbo calculi laboraret. *Seckend. lib. 3. §. 55. & addit. p. 152.*

a Paullum non sincere, & vt doctrina emendetur, concilium indixisse, ex legatione Petri Paulli Vergerii patet, apud Sleidan. *lib. 9. p. 243.* & Seckendorfius §. 33. *Sleidanus,* inquit, *fraudem aperuit. Scribit ideo id factum, vt perspecta protestantium sententia tales postea conditiones proponeret, quibus intellectis, sciret, minime venturos esse.* Ipse Vergerius litteris ad Ambros. Recalcatum apud Pallauicin. *lib. 3. c. 8. §. 2.* se missum in Germaniam fatetur, *vt*

mutatum, quod tam solenniter de Mantuano concilio edictum fuerat. Nec vero per hoc detractum est euangelii doctrinæ, quæ latius in dies manauit, vt integra etiam regna pontifici renunciarent. Suedi Danique atque etiam Norwegi ex *a* MARGARETAE Danicæ lege vni regi ab anno CIↃ CCC XCVII paruerant, cuius stirps quum in CHRISTOPHORO III anno CIↃ CCC XLVIII defecisset, Suedi *b* CHRISTIA-

quis hoc anno conuentus habeatur, per quem forsitan peculiaris nationis synodus celebretur, vti minabantur. Timuit tales conuentus pontifex, quod in iis de religione agi non nesciebat, qui nihil præter morum castigationem admissurus videbatur: ab emendatione doctrinæ, qua sciebat conuelli pontificatum, æque vt antecessores, adhortebat.

a Margareta, Waldemari III filia, heres regni Danici, nupsit *Haquino* regi Norwegiæ, & eo mortuo, pro filio Olao VI regnatrix, vicit *Albertum* regem Suediæ, ac septenni custodia coëgit, vt regno renunciaret. Hæc Calmariensi conuentu legem de tribus regnis nunquam seiungendis tulit. *Meursius Hist. Dan. lib. 5.*

b In Oldenburgicum, Waldemari abnepotem

NVM Oldenburgicum, ab Danis Norwegisque adſcitum, primum recuſant, poſt admittunt, iterum *a* reiiciunt, reuocantes rectorem, quo vſi antea fuerant, CAROLVM Canuti. Nec alia facies rerum ſub JOANNE fuit, qui patri Chriſtiano ſub initium ſæculi, hoc eſt, CIↃ IↃI ſuccedebat. Suedi enim ab eo, quem regem inunxerant, quum pactis non ſtetiſſet, defecerunt, rectorem creantes *b* STENONEM STVRIVM, cui agnatus SVANTO STVR a biennio, & huic poſt octo annos filius STENO ſubrogatur, quo tempore etiam rex Daniæ Ioannes decedit, relicto

proceres regnum transtulerunt, cui etiam regina, Chriſtophori vidua nupſit.

a Poſt ſeptennium imperii. Cauſſa defectionis, quod alienigenas Suedis, contra pactum, præfectos dederat, acerbos pleroſque & iniquiores. *Meurſ. Loccen. & Chytræus lib.* 4. quos etiam in *Ioanne* conſulas.

b Vide *Loccenium* de hic gubernatoribus: *Meurſium* in Ioanne, lib. 2. & qui in ſummam cum cura redegit, *Boxhornium p.* 1058.

cto *a* CHRISTIERNO siue CHRISTIANO II successore, cui quum obsequium Suedi, quod reposcebat, negarent, a *b* pontifice Leone proscribuntur, & Steno mox prœlio mortem pro patria occumbit. Quo factum est, vt pertæsi difficultatum se dederent Christiano, sed magno suo damno, quia is plures tam proceres, quam ciues, *c* quasi a potifice proscriptos, supplicio adfecit.

a Lege eosdem, Loccenium, Meursium, Pontanum, alios in vita Christierni.

b Gustauus Trolle, Vpsaliensis archiepiscopus & turbator regni, a Suedis reiectus, instigante rege apud pontificem questus, impetrauit, vt ipse restitueretur, & inimici eius proscriberentur. Loccenius in Stenone iuniore: *Pontifex de restituendo in integrum præsule, de resarciendo damno ipsi illato, de Suedis, tanquam sacræ sedi, summo regni præsuli ac ecclesiæ rebellibus igne & ferro persequendis, sententiam tulit, eiusque exsequutionem regi Christierno commisit.*

c Pacti fuerant obliuionem offensarum, quam rex etiam iureiurando compromisit. Breui post de dolo, quo proceres necaret, consultans, quum alii tumultum militarem, alii insidiarum simulationem, sparso puluere nitrato, suasissent, placuit tandem *magnifico epulo primores exci-*

cit. Hæc famosa *a* laniena Holmiensis fuit, quæ VI idus Nouembris & posterum diem nefastos regno Gothorum fecit ab anno CIↃ IↃ XX, in quem hæc clades incidit. Libertatem igitur circumspicientes *b* GVSTAVO ERICI duce inueniunt, qui difficili

a bel-

pere, quo finito, Gustauum antistitem, tanquam ipsi iniurios, regi perfidos, accusaturum & pontificii mandati sententiam in reos pronunciaturum. Loccen. *lib.* 5. *p.* 189.

a Idem Loccenius p. 192. *Detruncati sunt ea die LXX, vel vt alii produnt, qui suis oculis adspexerunt, quatuor & nonaginta: nec pauciores postero die, & quidem indicta caussa ex sola suspicione & calumnia interfecti sunt. Miles, in promiscuum vulgus emissus, obuios quosque confodit. Mox publicata proscriptorum tabula, fit impetus in eorum domus &c.* Nec licitum tantis publicis malis ingemiscere, quum essent, qui non voces solum, sed etiam vultum, oculos obseruarent, notatosque ad supplicium traherent. Extant in Tomo III Freheri Iac. Liegleri *attentata Christierni II in Suecia regnum, & crudelitas perpetrata in Holmam anno* 1517.

b Veteri, & illustri equitum auratorum de *VVasa* ortus progenie, Suedorum liberator. Vnde etiam *VVasa* ipsi cognomen hæsit.

a bello tyrannide profligata, princeps & rex Suediæ Gothiæque solennibus comitiis b Strengnesiæ mense Iunio CIƆ IƆ XXIII proclamatur, quo audito, qui Holmiam præsidio tenebant Christierni milites, dudum obsidione cincti, c deditionem fecerunt, quo tempore & ipsi Dani, Christierno d expulso, nouum sibi ex Holsatis regem FRIDERICVM e constituerunt.

Illa tempestate vtroque regno repurgari doctrina coepit, quam puriorem Gu-

a Quod Loccenius, alii, scripsere.

b Strengnesia, vrbs Sudermanniæ episcopalis.

c Quibus conditionibus vrbs Holmiensis in deditionem accepta, tradit Loccenius p. 220.

d Apologiam pro Christierno scripsit Scepperus, procancellarius eius, 1524. Altenburgi. Vide etiam Tomum secundum obseruationum Germanicarum Halensium obs. 3.

e Christianus I, primus ex Oldenburgicis Daniæ Rex, duos habebat filios, Iohannem, Daniæ Regem, & Fridericum, Holsatiæ Ducem. Illius filius Christianus II erat, quo eiecto Fridericus Rex constitutus. Hic decretum Calmariense de vnione regnorum Septentrionis CIƆ IƆ XXIV vna cum Gustauo, Sueciæ Rege sustulit, multa dedit priuilegia nobilibus, quæ regiæ domui

Gustauus, post Suedorum rex, quum *a* Lubeccæ priuatus exsularet, a Lutheri discipulis acceperat: apud Danos *b* Christiernus Luthero fauit, Wittenberga Martino quodam accito, qui euangelium doceret, quod apertius deinde, quum in *c* Saxonia exulasset, professus fuit. Idem vero ad *d* pontificios spe regni, illorum auxilio recu-

damnosa. Duos habebat filios, Christianum III Regem, & Adolphum, Holsatiæ Ducem, vnde origo familiæ Regiæ & Ducalis. *Haraldi Huitfeldi Historia Danica.*

a Hoc Io. Baazius *Hist. Eccles. Suec. lib. 2. cap. 1.* refert, & ex illo repetit Seckendorfius *lib. 1. addit. 2. ad §. 149.* Exsul Gustauus Lubeccæ fuit CIↃ IↃ XIX.

b Conradus Aslacus *Hist. Reform. Dan.* apud laudatum Seckendorf. *addit. 3. narrat* ad annum CIↃ IↃ XXII.

c Rex Christianus exsul CIↃ IↃ XXIII ad auunculum Fridericum Electorem Saxoniæ venit, & Lutherum, quem Sweinicii concionantem audiuit, impensius amauit, etiam litteris ad eum datis coluit, qui & ipsum mirifice consolatus est. *Spalatinus in Vita Friderici, & MS. apud Seckend. lib. 1. p. 268.*

d Seckendorfius ad annum CIↃ IↃ XXXI *lib. 3.* ad-

recuperandi rediisse fertur, quod dum moliebatur, captus a Friderico & in *a* custodiam datus fuit, in qua etiam vigesimo septimo post anno, ætatis LXXVII, orbis redemti CIƆ IƆ LIX diem obiit. Ita princeps viribus, sanguine, *b* adfinitate maximus, postquam tribus

dit. ad §. 4. ex relatione Cancellarii Hassiaci, in Daniam legati, tradit, *Christiernum regem exsulem, quum anno præterito Oeniponti apud Cæsarem fuisset, ad religionem Romanam rediisse, & a Cæsare suppetias ea conditione stipulatum esse, ut papismum in regno suo restitueret.* Meursius *lib. 3. p.* 85. addit, classem a Carolo V impetrasse octavo exsilii anno, eaque tempestatibus abrepta, quum se imprudenter episcopo commisisset, plus pollicenti, quam præstare posset, in sempiternam captivitatem incidisse.

a Meursius pag. 86. *Primo Sunderburgum Alsiæ, inde Sialandiæ Callundeburgum est abductus.* Loccenius lib. 5. extremo: *Inter exsilii & custodiæ Sunderburgensis angustias ingratam vitam ad* XXVII *annos traxit.*

b Caroli V sororem Isabellam in matrimonio habuit: Ioachimus Elector Brandenburgicus Elisabetham, Christierni regis sororem: ipse Christiana, Friderici Saxonis sorore genitus. Nec vero horum potentia reduci in regnum potuit. Germanos principes, quum magno

bus regnis exciderat, vitam per sex & triginta annos exsilio aut custodia misere traductam, tandem aliquando, quod sæpe optauerat, finiuit.

In Anglia rex Henricus, inimicus Luthero, & defensor pontificiæ auctoritatis, vt diximus; propter *a* diuortium sacrorum communione exclusus, a pon-

exercitu coacto, ad Albim peruenissent, ipse destituit: Carolum, fortuna; qui postquam semel infeliciter tentasset, eo capto, & Ioanne filio vita functo, adeo conandi voluntatem abiecit, vt Philippo filio etiam testamento interdiceret, ne restitutionem illius tentaret. *Meursius lib. 3. p. 86.*

a Prima inter vxores erat Catharina, Ferdinandi Catholici filia, Arthuri, principis Walliæ vidua, mox fratris Henrici vxor, pontifice Iulio II indulgente; & Mariæ quæ postea regnauit, mater; tandem exclusa toro, quasi contra ius fasque superioris mariti fratri nupsisset. Diuortium & quidquid sequutum est, consilio Wolsæi Cardinalis factum, vt in odium imperatoris, Gallicana sponsa adduceretur; quam spernente rege, idem Clementi papæ persuasit, vt repudium improbaret. *Thuan. lib.* 1. *p.* 13. Saltem dubitationes regis aluit. Rationes dubitandi in vtramque partem *Burnetus parte* 1. *lib.* 2. *Hist. Ref. Angl.* manifestat.

a pontifice defecit, & ipse se caput ecclesiæ suæ constituit, quamuis de cetero nihil in auita religione mutaret *a*.

Lætior progressus in Misnia, defuncto *b* GEORGIO Duce fuit, cuius frater HENRICVS, hæreditatem cernens, quidquid pontificium in Misnia super & in Thuringiæ finibus erat, fausto auspicio eliminauit.

Sub idem tempus Brandenburgensis Marchia euangelio illustratur. IOACHIMO I. Electore CIↃIↃXXXV defuncto, filius & successor *c* IOACHIMVS II, a puero in sacra meliora propendens, matrem Elisabetam sequutus

a De eo videri potest Gilberti Burneti *Historia Reformationis Anglicanæ*.

b Georgius excessit vita CIↃ IↃ XXXIX, quum antea omnium liberorum funera vidisset. Inuidit fratri opimam hereditatem sacrorum caussa, de quibus seruandis quum cum fratre ageret, nec sine illa conditione vellet heredem scribere; fato præuentus, intestato moritur. *Chytræus, lib.* 15. *Seckendorf.* §. 71. Georgii aula Dresdæ; Henrici Freibergæ fuit.

c De huius educatione propensioneque in Lutheri doctrinam, etiam insequuta tolerantia, ac

tus, permisit quidem suis euangelicos doctores, publice autem constituere ausus nondum fuit, vel patrui Alberti reuerentia, vel vtriusque etiam soceri, Georgii, Saxoniæ Ducis, cuius filiam, coniugem suam, anno ante patrem amiserat; & Sigismundi, Poloniæ regis; vel denique spe concilii detentus, a quo illis temporibus emendatio exspectabatur. Mortuo Saxone; quamlibet improbante socero Polono, contra quem a Melanchthonis ingenio per litteras se defendit; cum ipse integro sacramento, extremo Octobri CIↃ IↃ XXXIX vsus est, tum prouinciales suos eodem & ceteris purgatis sacris, quæ dudum optauerant, vti libere iussit. Præcucurrit Electorem b IOANNES frater, cui Noua Marchia

denique publica reformatione breuiter quidem, sed accurate scripsit Seckendorfius *lib.* 3. §. 75.

a Hæc est lib. I. epistola 55. inter Melanchthonianas, quam etiam laudatus Seckendorfius integram *d. l.* exhibuit.

b Vide eundem Seckendorfium *d. l.* §. 75.

chia cum Crosnensi Ducatu obtigerat, iam tum superiori anno siue XXXII sæculi, accitis e Saxonia theologis, cum in aula Cüstrinensi, tum per ditionis suæ regiones, sacra reformare exorsus, spretis, quæ Lebusensis episcopus contra machinabatur. GEORGIVS autem Marchio, FRIDERICI Franconici *a* filius, CASIMIRI frater, partem *b* Onolsbacensem postea sortius, & Carnouiensi ducatu ab auunculo Vladislao, Vngariæ & Bohemiæ rege auctus, dudum ab anno CIↃ IↃ XXV Lutheri doctrinam didicerat, quam & publice in comitiis Augustanis cum Saxonibus con-

a Secundo genitus: maior enim Casimirus erat, cuius eximia opera in opprimendo tumultu rusticorum fuit, qua Franconiam pacauit, Conradum, Herbipolitanum episcopum restituit, & Wilhelmum, Hennebergiæ principem, pudendis legibus circumscriptum, liberauit: Legatus Caroli Hispaniæ regis in comitiis, quibus imperator eligebatur: dux belli pro Ferdinando contra Ioannem Sepusiensem, in quo etiam Budæ morbo correptus diem obiit CIↃ IↃ XXVII.

b Anno CIↃ IↃ XXXI cum Alberto, Casimiri filio, postea Bellatore dicto, cuius tutor fuerat, ita

Digitized by Google

confessus est. Ipse Albertus, Cardinalis & Elector, iam tempori cedens, in *a* Magdeburgica & Halberstadiensi dioecesi connivere coepit, non impedita reformatione, vt tamen collegia canonicorum & monasteria in pristino statu relinquerentur.

In Vngaria autem non tam armis, quam dolo, grauior clades Christianis infertur, regia sede, Budensi vrbe, a Turcis occupata. Iam visum fuerat, quietem regno redituram esse

diuisit patrimonium, vt ipse Onolsbacensem, fratris filius Culmbacensem partem acciperet.

a Chytræus lib. 15. p. 444. ad annum CIↃ IↃ XXXIX, *Patruus etiam Ioachimi Brandenburgici, archiepiscopus Magdeburgensis Albertus subditis ciuitatibus & nobilitati publicum veræ euangelii doctrinæ exercitium in Magdeburgensi & Halberstadiensi diœcesi libere permisit: --- collegiis tamen canonicorum & cœnobiis in pristino statu relictis. Archiepiscopo autem Moguntiam migrante senatus in Salinis Saxonicis, vbi aulæ sedem hactenus habuerat, Iustum Ionam theologum, collegii omnium Sanctorum VVittenbergæ præpositum, ecclesiarum vrbis, suæ inspectioni præficit.*

se Ferdinando & Ioanne certa *a* successionis pactione conciliatis. Displicuit Turco pactum; Ferdinando, Ioannis *b* matrimonium, paullo post fœdus cum regis Poloni filia contractum, ex qua quum filius nasceretur, pater in *c* Transiluania morbo implicitus, apud Cibinium anno CIƆ IƆ XL decessit. Vidua Isabella cum Stephano filiolo ad-

a Paullus Iouius *lib* 39. *p.* 239, & ex eo Cœlius Curio supplem. 23. p. 531: *Confecerant inter se pacem Ferdinandus atque Ioannes pari desiderio quietis & otii, ambobus vtilem, sed ex eo rerum statu necessariam potius, quam honestam.* Summa autem fœderis erat, *vt si Ioannes vita excederet, Ferdinandus totius Pannoniæ imperio potiretur.* Et ex eo tempore Ferdinandus Ioannem Regem appellauit, quum antea tantum Waywodam, ex veteri Transiluaniæ præfectura, vocaret.

b Cœlebs enim Ioannes erat, quum pacisceretur cum Ferdinando, cui spem propioris successionis faciebat.

c Maylatus, princeps rebellantium, Fogeris, quo confugerat, obsidione cinctus coactusque fuit, in verba regis, filiique, futuri regis, iurare, quod ille etiam angustiis circumuentus, non detrectauit. Mortuus quidem interea Rex

adhuc Budæ ſedebat, Solimani a marito muneribus propitiati, fauore & auxilio tuta. Ferdinandus, audita Ioannis morte, traditionem *a* regni ex pacto poſcit, reginæ & filio Sepuſianum patrimonium ſufficere ratus, quod donis ipſe ac reditibus, vidua regina dignis, auctυrus eſſet. Quæ quum indigne Vngari ferrent, puerum pro *b* rege ſuo colentes, Auſtriacis armis, Rochandulfo duce, Buda vndique obſeſſa & vehementiſſime *c* oppugna-

erat, ſed *mors celata*, dum cum rebelle tranſigeretur. *Iouius d. l. p.* 241. *& hunc ſequutus Cæl. Cur. p.* 534.

a Iouius d. l. 39. p. 243. & Cæl. Curio lib. 23. p. 336. Legatus ad reginam erat Nicolaus Comes de Salma, iunior: cui illi reſpondit, ex patris Sigismundi conſilio cuncta ſe acturam eſſe.

b Corona etiam Stephani primi, ritu ſolenni impoſita infanti fuerat, ſtatim poſt ſepulturam parentis. Propterea etiam læto auſpicio regni infanti, quum ſacro fonte ablueretur, Stephani nomen indiderant. *Cælius Cur. d. l. p.* 334.

c Obſidionem multis verbis narrat P. Iouius *lib.* 39, & Coel. Cur. *Supplem. Sabellici lib.* 23. *extremo.*

pugnata fuit. Cuius rei nuntio ad Solimanum adlato, præmiſſis illico ſatrapis cum exercitu, ipſe magnis conſequutus *a* itineribus, quum Vngariæ fines attigiſſet, viciſſe iam ſuos cognouit tum terreſtri pugna, tum maxime *b* claſſe fluuiali, vrbemque obſidione liberaſſe. Ad quam quum caſtra haberet, blanditiis effecit, vt regius puer, quaſi videre geſtiret, ad ſe in caſtra efferretur, quem antequam remiſit, tot milites amicitiæ ſpecie in vrbem intrauerunt exieruntque, vt eadem die ſe captam ciuitas ſentiret, quod *c* plures ſemper remanſere, quam luſtrata vrbe egrediebantur. Reddito filio, matri imperabatur, vt in *d* Tranſiluaniam

D

a Cœl. Curio *ineunte lib.* 24. *Iouius ineunte lib.* 40.

b Vid. *lib.* 23. Curio ſub finem, vbi addit, *eo bello ſupra viginti millia Chriſtianorum capitum variis caſibus interemta.* Caſtris etiam Auſtriacorum, & pluribus tormentis muralibus & cetero apparatu bellico potitus fuit Solimanus. *Ibidem Curio libro extremo.*

c Iouius *lib.* 40. *ſub. init.* & Curio *lib.* 24. *p.* 552.

d In Tranſiluaniam tanquam patrimonium pueri.

niam abiret, Lippæ sedem in posterum habitura. Ita Buda, quam *Ofen* dicimus, Turcorum ditioni CIƆ IƆ XLI subiecta, vsque ad nostram ætatem multa damna Christianæ rei attulit. Tandem CIƆ IƆ LXX pax conuenit.

Sed quadriennio ante, quam Budam caperet, idem Sultanus Italiam oppressurus, eo vsque cum classe accessit, vt in conspectu iam a Calabriam haberet. Præmissi, vt littora tentarent Hariadenus, & Lustibeius, quum Tarentum & Hydruntum, præsidiis munita inuenirent, agrum a Tarento ad Brundisium vsque vastauerunt. Regressus

Iouius lib. 40. p. 258. *Budam Turcico præsidio custodiendam* (Solimanus) *censet, reginamque obiter monet, vt æquo animo vrbe atque arce excedere velit. Ipsam enim cum puero vltra Tibiscum in Lippa regnaturam, regione admodum pacata atque opulenta, & quod non mediocri etiam solatio esse possit, Sigismundi patris finibus propinqua, donec Stephanus puer agnoscendo regno feliciter adolescat.* Ex quibus tyranni dolus apparet, quasi tutoris nomine Vngariam occupasset, quam nunquam redditurus erat.

a Curio Secundus lib. 21. p. 467. *Solimanus*

gressus Solimanus *a* Corcyram, in agros pari acerbitate sæuiit: vrbem insulæ & *b* Angelocastrum capere non potuit, tametsi vehementer oppugnaret. Grauis idem Hispanis aliisque littoribus, ex Africa, quas iniurias vlturus Carolus in *c* Africam iterum traiecit, Algieram expugnaturus: sed

 tum

Italiam, quam habebat in conspectu, extemplo petendam ratus, & si capta prospere prouenirent, ipse etiam totis copiis traiiceret: Lustibeium & Barbarussam transfretare atque explorare Salentinorum voluntates iussit.

a Vide Cur. Secund. *d. l. p.* 470. Iouium *lib.* 36.

b Iouius *d. l. p.* 187. & ex eo Curio p. 470. *Angelocastrum, in mediterraneis insula ad quintum decimum lapidem ad vrbe* (Corcyra) *positum, frustra oppugnantibus Turcis, oppidanorum egregia virtute defensum supra tria millia humanorum capitum, quæ eo confugerant prospere conseruauit.*

c Anno CIƆ IƆ XXXXI Iouius *lib.* 40. Curio lib. 24. hanc expeditionem scripsere. Iter ex Luca, vbi cum pontifice fuerat, Imperator per Corsicam & Baleares intempestiva nauigatione fecit, & XXIII Octobris ad Algieram appulit. *Sleidan. lib.* 14. *p.* 392. *Iouius* 40. *p.* 270.

tum *a* accessu *b* infelix, tum *c* regressu, naufragium passus obsidione quoque, nimbis ac tempestatibus præpeditus nihil prorsus profecit. Sub

a Non vna calamitas attriuit fortunam Cæsaris. Quum ex Lunensi portu soluisset, vt ad Baleares proueheretur; oborta tempestas in Corsicæ portum, qui vrbi Bonifacio subest, disiectis ceteris nauibus, coegit ingredi. Quum inde Baleares peteret, alteram subiit ab Africo procellam, priore sæuiorem. Multa igitur remigum fatigatione vix in portum Magonis, qui minoris Balearis est, peruenit: inde in maiorem insulam, & tandem bidui nauigatione in Africam. *Iouius lib. 40. p. 270.*

b Nondum vniuersa classis, e diuersis portubus egressa, conuenerat, neque omnium exscensio facta erat, quum turbulenta tempestate naues adfligerentur. Onerariæ, quæ tormenta, commeatum, equos vehebant, plurimæ submersæ sunt, circiter centum quadraginta. Interea Turci & Mauri terrestrem exercitum adgressi, multos quoque trucidauerunt. *Iouius 40. pag. 272. 274.*

c Idem Iouius p. 275. *Vix dum dimidia pars militum conscenderat, quum Vulturnus & Eurus, aliique mox venti in orbem conspirantes, secundam pæne prima vehementiorem tempestatem excitarunt.* Disiectæ naues in diuersas insulas & regiones adactæ sunt; quædam in conspectu aliarum submersæ; quædam Algieram re-

Sub idem tempus inducias, inter Cæſarem & Gallum Nicææ ſub Alpibus ad mare pactas, vel caſus rupit, vel Hiſpanorum audacia, ignaro vt credebatur, Cæſare. Nam regis Galli ad Portam legatus, *a* Antonius Rinco, poſt aliquot annos reuerterat, vt cum hero ſuo conferret, a quo rediturus Conſtantinopolim, quum *b* Pado amne deueheretur, vt Venetias peteret, & inde nauigaret in orien-

iectæ; quos vehebant, in ſeruitutem Aſanagæ, Sardi hominis & quondam Chriſtiani, qui vrbis præſidio præfectus erat, expoſuerunt. Cæſar orientem verſus Buziam euaſit, tum Hiſpanici iuris ciuitatem: vnde poſt multos dies, ſedato mari, in Baleares, & hinc in Carthaginis Nouæ portum delatus fuit. *Idem Iouius extremo lib.* 40.

a Hæc quadriennio poſt inducias, anno CIↃ IↃ XXXXII patrata ſunt.

b Hoc diſuaſerat Rinconi Fregoſius, ad cuſtodiam illi tanquam miles additus, ne Hiſpanis, quamuis ſub inducias ſe committeret: ille vero elegit iter, quod obeſo ſuo corpori commodiſſimum videbatur. *Iouius lib.* 40. *p.* 268. *&* *ex eo Secund. lib.* 24. *p.* 568.

tem; prope Ticini ostium in insidias illapsus vna cum Fregosio comite & custode occiditur, & cadauera post *a* duos menses reperta, fidem sceleratæ rei fecerunt: comitum pars fuga euasit, pars Cremonam abducti in arce custodiebantur. Frustra Pontifex Lucæ primum cum Imperatore, antequam in *b* Africam nauigaret; dein altero anno *c* Buxeti, quod inter Placentiam & Cremonam oppidum est, de pace cum Gallo renouanda loquutus

a Quum Carolus imperator cum Pontifice in vrbe Lucensi esset, de cæde nondum constabat, credebaturque, captos esse, quos id circo Gallicus legatus in conuentu illo restitui postulauit. *Iouius p.* 269.

b Quam expeditionem disuasit Pontifex Imperatori, & vt arma illa contra Turcos in Vngaria conuerteret, identidem hortatus est. *Iouius d. l.*

c Anno CIϽ IϽ XXXXIII Buxeti Pontifex & Imperator congressi sunt, quamuis hic inuitus eo venit, nec, nisi multis precibus Papæ, induci ad colloquium potuit. *Erat* enim *Cæsar contracto vultu, quod nullam opem ab adfine Pontifice contra Gallos impetrasset.* Curio *lib.* 26. *post princ.*

tus eſt, nec *a* Cardinalium princeps, cum neceſſitatem pacis propter Turcicum bellum, tum eximios fructus, quos Chriſtiani ex ea perciperent, diſerte oſtentans, perſuadere quidquam imperatori potuit. Hic enim grauiter reſpondit, nihil ſe iuſta & tuta pace prius habere, vt inde aduerſus barbaros arma conuertat. Gallos autem noua odia ex antiquis ſerentes, ſuis laudibus ſemper obtrectare, nec tantum Turcos euocaſſe, vt Auſtrianis damna inferrent: ſed nunc *b* Menapios etiam

a Primum tentauerat omnia Paullus III Pontifex: quum nihil proficeret, rogauit, vt Cæſar cardinalium, quos ſecum habebat, conſilium audiret. Quorum princeps Marinus Grimanus apud Cæſarem admirabili facundia de pace ineunda diſſeruit. Orationem eius & Imperatoris reſponſionem refert Curio *d. l. p.* 612. *ſeq.*

b Dux Cliuenſis & Iuliacenſis Wilhelmus intelligitur, qui vacuam Geldriam inuaſerat contra potentiorem competitorem Carolum V, audacior factus rumore, a Gallis diſſeminato, Carolum ex Africa reducem naufragio periiſſe. Dura, Iuliaco & Ruremunda expugnatis a Cæſare, princeps eidem ſupplex factus, veniam impetrauit ea lege, vt Geldriæ poſſeſſione de-

& Sicambros sollicitare, vt Brabantiam infestent, & in diuersas partes armis distractis, victoriæ, quam speraret, impedimento sint. Obiicere, inducias Rinconis cæde violatas, cuius ipse prorsus ignarus sit, paratus contra ad pœnam sumendam, si *a* auctorem Galli ostenderint.

Quin-

cederet &c. *Sleid. lib.* 15. *p.* 432. *Chytræus* 15. *&* 16. *Io. Is. Pontani Historia Geldriæ.* Controuersia hæc publicis scriptis postea fuit agitata. Imp. enim adsertionem iuris sui in Geldriæ Ducatum & Zutphaniæ Comitatum in Comitiis Ratisbonensibus 1541 exhibuit. Quibus in Comitiis Noribergensibus 1543 Guilielmus DVX, continuam & pleniorem defensionē opposuit, quam in iisdem Comitiis legati Vngariæ Reginæ Mariæ, quæ Caroli V soror, Belgium ista ætate gubernabat, refutarunt. Omnia hæc scripta coniunctim excusa *Salingiaci* 1543. *f.*

a Latuit, cuius vel opera vel consilio contra publicam pacem & inducias nefarium scelus patratum fuerat. Inuidia in Alfonsum Vastium, qui Subalpinæ Italiæ cum imperio præerat, multorum suspicione redundabat. Hic vero se publicis libellis excusauit. Fuerunt etiam, qui *iure cæsum Rinconem* adfirmarent, *quod ei tanquam exsuli, & capitis pœna damnato, quod*

Quinque diebus eo colloquio consumtis, Cæsar in Germaniam procurrit, vt Sicambros debellet; Pontifex Romam reuertit, eo tempore, quo Hariadenus a Ponticis insulis ad *a* Tiberis ostia profectus, triduo ibi cum classe stetit, Romanis terrore perculsis, multis etiam ex vrbe aufugientibus. In Ligustico mari Gallorum classi consociatus vrbe *b* Nicæa potitur: ab arcis expugnatione reiicitur. Et quum

natale solum in Hispania vertisset, ad hostesque transfugisset, omnibus Cæsaris imperii finibus esset interdictum: insuper, inuidiosissimæ legationis munere suscepto, aduersus Christianum nomen barbaros concitatum iuerit. P. Iouius *lib.* 40. *p.* 260. 268.

a Lege Cœl. Cur. *lib.* 26. *pag.* 614.

b Idem *lib.* 27. *p.* 633. Discessum ab arce, quod Gallis pilæ & tormentarius puluis deficeret, indignante Barbarussa, & se spe rerum elusum querente, parumque absuit, quin Polino, Gallicanæ militiæ præfecto, catenas iniiceret. Seueritati iocum intermiscuit, Massiliæ Gallos vini doliis, quam apparatu bellico, nauigia onerare maluisse. *Iouius lib.* 44. *pag.* 319. Nicæam autem Gallus Sabaudo Turcarum ope voluit eripere.

aliquamdiu in *a* Telonio socii regis portu quieuisset, regressus per Italiæ oram, non pauca crudelitatis vestigia reliquit, vastatis *b* insulis Ilua, Igilio, Pithecusa, Prochyta, & direptis oppidis Telamone, Portu Herculis, ac in Bruttiis Carreato. Et ne plus damni adferret, cæli *c* tempestas & alibi Neapolitanus exercitus prohibuit. Tandem captis ex insula *d* Lipara VII millibus, & in carinarum angustias detrusis, quamuis nondum satiatus crudelitate, Constantinopolim, vt iussus erat, recessit. Eodem anno CIↃ IↃ XLIII Solimanus Strigonium & Albam Regalem, *e* nobilissimas Vnga-

a Antonino, *Telo Martius;* nunc *Toulon* vocatur, nauale Prouinciæ aut Galliæ potius regno præbens.

b Idem Curio *lib. 7. pag. 660. seqq.* & Iouius *lib. 45.*

c Tempestate a Salerno; Proregis copiis a Puteolis, quos oppugnabat, reiecta classis Turcorum fuit. *Iouius l. 45. p. 340. Curio l. 27. p. 662. seq.*

d iidem dictis locis.

e illam archiepiscopalem vrbem; quæ nunc *Gran* vocatur; hanc paruam quidem, sed regum in-

gariæ vrbes, deditione post grauem obsidionem cepit.

Insequuto anno CIↃ IↃ XLIV multas vrbes Francisco regi vi & armis Cæsar *a* eripuit, Luzenburgum, paullo ante a Gallis captum, & Comersium, Ligninium, S. Desiderii fanum, Vitriacum, Aspernectum, atque inde in Parisios moturus, obuium regem cum exercitu habet, cuius robore, & suorum angusto commeatu inductus, pacem in *b* Suessionibus fecit, vtrique exoptatam, regi, vt populationes auerteret; Cæsari, vt cum dignitate se periculo explicaret. Hæc illa Cre-

auguratione & sepultura illustrem. Obsidionem vtriusque *Io. Martinus Stella* epistolis ad fratres (in Tomo II Operis Schardiani) scripsit. Progressus tum Sultanus fuit vsque Comorram.

a Iouius hæc bella & obsidiones narrat *lib.* 45. *a pag.* 342. & illum sequutus Curio *lib.* 27. *p.* 665. *Commercy* & *Ligny* in Ducatu Barensi Galli occupauerant, *S. Dizier*, & *Vitry*, & *Espernay*, Campaniæ oppida, illorum auitæ possessiones.

b Ita Iouius locum ab antiqua gente designat, in cuius finibus tractus *le Valois*, eiusque caput Crepiacum, vulgo *Crespy*, vbi pax sancita fuit.

piacensis *a* pacificatio, qua Cæsar *b* filiam cum dote Belgicarum prouinciarum Carolo Aureliano, regis filio, promisisse fertur; aut si quid hanc adfinitatem impediret, Ferdinandi fratris filiam, quæ dotali iure Mediolanensem principatum adferret. Qua in re deliberanda *c* spatium Cæsar postulauit, vt fratris voluntatem & Philippi filii, Hispaniæ regis designati, exploraret. Propera autem *d* mors Aureliani promissione Cæsarem, quam commodum ei erat, opimiori, exsolvit. Henricus quoque, rex Britanniæ, adhuc Cæsaris contra Gallum

a so-

a Conclusa XXIV Septembris CIↃ IↃ XLIV.

b Conditiones pacis Iouius enarrat *lib.* 44. *p.* 348, e quibus hæ de regis filii matrimonio præcipuæ sunt, & difficillimæ: reliquas vide ibidem.

c Spatium octo mensium ad deliberandum vtrius nuptiis, suæ an fratris filiæ transactio stabilienda. Additi quatuor menses ad apparatum, vt sic per annum conditio extraheretur. *Iouius.*

d Mortuus Carolus Aurelianus, Henrici Delphini frater, CIↃ IↃ XXXXV.

a socius, exemplum sequutus, Morinorum Bononiam, quam obsidione ceperat, pretio Gallis CIↃ IↃ XLVI restituit, qui belli acerrime adhuc gesti finis fuit.

Sub hoc tempus Imperator Spiram venit cum frequenti Principum Senatu. In hoc conuentu *b* Cæsari auxilia contra Gallum & ex parte Turcam promissa, Caussa religionis in proxima Comitia mense Decembri habenda, reiecta, atque, vt interea Theologi vtriusque partis certam formulam reformationis conscriberent, constitu-

D 7 tum.

a Quam societatem indignabatur Paullus pontifex, tanquam initam cum rege, expilatore & euersore sacrorum, & super hæc acerbo & crudeli in insontes, & quem in gratiam Cæsaris Clemens antecessor damnauerat. *Iouius lib. 45. p. 341.* Nec vero societas Imperatori multum profuit, quod Anglus diu in Bononiæ obsidione moratus, maiora agendi occasionem prætermisit. Certe si suas copias, vt pactum erat, cum Cæsarianis coniunxisset, opprimi rex Galliæ imparatus potuisset.

b Comitia sub initium anni 1544. Spiræ indicta & x Iunii finita. *Sleidanus lib. 15. p. 446.*

tum. Sequenti anno in *a* Vangiones venit, comitiis, quæ indixerat, præsens adfuturus, nec vero per infrequentiam principum, cum legatis peragi potuit, quod Imperator proposuerat. Finem ergo actioni pridie Nonas Augusti fecit, & *b* Ratisbonam futuri anni Ianuario mense omnes principes venire iubet, nisi valetudine detineantur. *c* Eodem venerat *d* Alexander Farnesius, Paulli pontifi-
cis

a Wormatiam, Vangionum caput. Initium comitiorum ex mense Martio 1545; Cæsar autem propter articularem morbum serius venit. *Sleidan. lib.* 16.

b Vbi cum ipsis principibus, non cum legatis, deliberandum sit, etiam religionis colloquium inter quaternos vtriusque partis instituendum, quod vero pontificii recusarunt. *Sleidan. lib.* 16. *p.* 472. Recusationis caussas aperit *P. Suauis H. Conc. Trid. lib.* 2. *p.* 130.

c In eandem Vangionum vrbem, siue Wormatiam.

d Legatus extra ordinem fuit hic *Pontificis nepos & supremus administer*, vt Pallauicinus appellat *lib.* 5. *cap.* 8. *n.* 7. Ordinarius iam tum in conuentu erat *Fabius Mignanellus*, callidus ho-

cis nepos, cardinalis, vel vt Cæsaris animum de concilio & bello in hæreticos suscipiendo exploraret, vel ad hoc ipsum *a* exstimularet, cuius *b* percupidum Paullum fuisse multis significationibus apparebat. Id quod etiam comprobavit, consilium Cæsari dedisse, vt bello protestantes in ordinem cogeret, aut si nollent ad ecclesiam redire, exstirparet funditus. Quamobrem Carolus imperator cum Tur-

mo, ad regem Ferdinandum antea nuntius missus.

a Cœlius Curio lib. 28. p. 675. *Cæsar* XVII *cal. Iunii VVormatiam venit, quem postridie eius diei Alexander Farnesius sequutus est, concitandi scilicet Cæsaris ad bellum in Lutheranos suscipiendum caussa, vt postea apparuit, a Paullo pontifice patruo missus.* Adde P Suauem *Hist. Concil. Trid.* 2. *p.* 105. *Patruum* Curio pontificem Alexandri cardinalis vocat: alii *auum*, quia is Petro Aloysio, Paulli papæ notho filio, genitus erat, cui pater Parmensem & Placentinum Ducatum acquisiuerat. *Idem P. Suau. lib.* 1. *p.* 64.

b Sleidanus *d. l. p.* 468. perscriptum ait Roma fuisse. *Pontificem, etsi concilium indixerat, adeo tamen belli fuisse Lutherani cupidum, vt auxilia*

Turcis *a* inducias facit, ne Germanicis rebus impedimento sint, & *b* Poloniæ regem vt auxilium contra Lutheranos ferat, identidem inuitat. SIGISMVNDVS tum Sarmatiam regebat, admodum senex, & magnis *c* victoriis virtutibusque ab anno sæculi VII ad XLVIII rex clarissimus. Nam Tartarorum Walachorumque sæpe victor, ingenti clade Moscouos iuxta Orsham, prope Borysthenem vrbem, CIƆ IƆ XIV adfecit, damnum quod hi *d* Smolensko capto intulerant, grauiore

vice

promitteret, peditum millia duodecim; equites quingentos, &c.

a Idem Curio Secundus d. l. *Legatum Cæsar ad Solimanum de induciis impetrandis mittit, ne ab eo eius de Germanicis rebus suscepta consilia impedirentur.* Excusat inducias Cæsar Landgrauio in Nemetum vrbe, ap. Hortensium *p.* 453. & breui post Ratisbonæ in conuentu imperii, apud eundem *extremo lib.* I.

b Curio ibidem.

c Alexander Guagninus in Vita Sigismundi, & alii.

d Eodem anno ereptum Smolensko fuerat. Guagninus p. 21. *Sigismundus audiens Smolensko, arcem munitissimam a Moscouiæ duce Basilio*

vice repenſans. Moſcouis tum præerat BASILIVS, IOANNIS illius qui formam imperii induxit, filius, pater famoſi Tyranni IOANNIS BASILIDIS, cui is anno CIϽ IϽ XXXIII decedens imperiũ reliquit, quod hic magnis acceſſionibus, regnis Aſtracan & *a* Caſan auxit, nihil præterea regium molitus, ſola crudelitate notus inter poſteros.

Sed ad propiora tempora reuertamur, vnde fluxit hæc de Sarmaticis bellis narratio. Antequam Carolus Cæſar in Africam proficiſceretur, in comitiis Ratisbonæ ſanciuerat, *b* ne quid abſente ſe nouaretur, ſed vtrim-

que

captam, exercitum ad vlciscendum hoſtem duxit. Sequuntur, quæ ad prœlium ad Orsham pertinent. Ait, *cæſa Moſchorum* 42000, *capta* 2000: *exceptis, qui in fuga aquis obruti fuerint: ex Polonis & Lituanis occubuiſſe trecentos.*

a Caſanos iam tum pater Baſilius ab anno 1524 tributarios fecerat: poſt defectionem filius Io. Baſilides ſeptenni bello ſubiugauit, cui finem 1552. impoſuit: quo tempore & regnum Aſtracan in poteſtatem redactum fuit. *Guagninus Deſcriptione Tartariæ.*

b Lambertus Hortenſius *de bello German. lib.* I, *apud Schard. T.* 2. *p.* 450.

que abstineretur ab iniuriis. Spreto edicto HEINRICVS Dux Brunsuicensis, pater IVLII, conditoris Academiæ Iuliæ, *a* Brunsuigæ & Goslariæ agros Smalcaldicis adiunctarum ciuitatum, populando adfligebat. Saxo & Hassus, vim a sociis prohibituri, copiis contractis *b* Guelferbytum deditione capiunt, quum paullo ante Henricus, obsidionis metu, ad socios suos in Bauariam euaserat. Dies dictus ab Henrico fœderatis, qui vero se fortiter *c* defendunt, belli caussis adlegatis;

a Sleidanus *lib.* 14. *p.* 410. Origo controuersiæ Henrici Ducis & ciuitatum exponitur in Deductione Io. Frid. Electoris & Philippi Landgravii apud Hortled. *T.* 1. *lib.* 4. *c.* 40.

b Idem *d. l* & Hortensius: & Chytræus *lib.* 16. *pag.* 469. Gesta hæc anno CIↃ IↃ XXXXII.

c Defensio exstat apud Hortlederum, *Tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 40. ad Ferdinandum regem & proceres in conuentu Norimbergensi, data XI Aug. CIↃ IↃ XXXXII, e castris Guelferbytanis. Attingit & Sleidanus *lib.* 14. *pag.* 411. Caussis itaque demonstratis, a Ferdinando, ipsius & fratris Cæsaris nomine, accipiunt *securitatis*, quas vocant, *litteras*, quas idem Hortlederus *cap.* 43. exposuit.

gatis; etiam productis chartis, in arce Guelferbytana repertis, quibus tum aliorum pericula, tum maledicta in *a* Cæsarem & Ferdinandum prodebantur. Quum vero Cæsar vellet *b* sequestrum dare, qui Henrici regionem, donec lis componeretur, administraret; *c* ipse collecto milite, & adiunctis *d* sociis, aduersus fœderatos mouet, & *e* prœlio, prope Northemium Calen-

a Lambertus Hortensius hæc ex illis excerpsit: *cessatorem esse Cæsarem & nimium cunctari, Norimbergense fœdus non tueri. In culpa præcipue Granuellanum esse, qui a confœderatis & populis & principibus accepta pecunia corrumpatur, dignumque ob id, qui infeliciter periret, &c.*

b Decretum de hoc exstat apud Hortlederum *cap.* 40. factum CIϽ IϽ XXXXV.

c Ille Henricus Brunsuicensis in tertium adhuc annum exsul, regis Galliarum pecunia militem conscripserat, tanquam Gallo militaturum. *Sleidan. lib.* 16. *p.* 471.

d Ioanne Comite Schauenburgensi, & Ottone Comite Ritbergensi, vtroque cliente Landgrauii, a quo postea multati sunt. *Hortled. lib.* 4. *cap.* 51. *sub. fin.*

e Non tam iustum prœlium fuit, quam cessationibus atque induciis, Mauricio suasore & sequestro, aliquoties interruptum, quas quum Henri-

lenbergensis ditionis vincitur, Mauricio Saxone *a* suasore supplex cum filio factus *b* Landgrauii se potestati permittit, a quo Cassellas, inde *c* Ziegenhainum in custodiam abducitur; ex qua post biennium, conuersis Smalcaldicorum rebus, *d* liberatus tandem fuit.

Sub idem tempus Palatinatum Rheni, vt antea paullo Neoburgicum, lux clarioris doctrinæ illustravit. OTTO HEN-

cus violasset, tormentis fœderatorum coactus, etiam Panico terrore cum suis perculsus, fugam petiit. *Sleidan. lib.* 16. *Hortled. cap.* 51. *Seckendorf. lib.* 3. §. 124.

a Maligni interpretabantur, quasi libertatem Mauricius Henrico dolose promisisset, si dediturus se victori esset. Mauricius apologiam opposuit, quam tradit *Hortleder. cap.* 52. Adde *Sleidan.* 16. *p.* 476. *Seckend. addit.* 1. *extrema ad* §. 124.

b Landgrauius supremus dux militiæ fœderatæ in hoc bello erat.

c Lege Chytræum *Sax. lib.* 16. *p.* 470.

d CIↃ IↃ XLVII idem Chytræus *pag.* 842. Seckendorf. *extrema addit* 1. *ad* §. 124.

HENRICVS, *a* postea elector, mortuo fratre Philippo illam Bauariæ partem, quæ tunc *b iunior Palatinatus*, nunc Neoburgicus vocatur, solus adeptus, dudum melioribus sacris fauere cœperat, quæ quum frustra ex concilio, quod promittebatur, restituenda expectasset, ipse tandem suis CIↃ IↃ XLII

a di-

a Successionem Ottonis Henrici in Electoratu ex hac tabella perspicies: PHILIPPVS Elector mortuus 1508.

Ludouicus Elector vsque 1544 sine prole.	*Rupertus* infelix successione Soceri Bauarica. m. 1504.	*Fridericus II* Elector ab anno 1544 ad 1556 improlis.
	Otto Henricus Neoburgicus, Elector vltimus suæ lineæ mortuus 1559, successorem habuit *Fridericum III* ex domo Simerensi.	

Vide Chytræi *Saxon. lib.* 19. *extremo.*

b die Junge Pfaltz, quia ad filios Ruperti minorennes antea peruenerat, *Seckend. Luth. lib.* 3. *§.* 107. *n.* 3.

a diplomate commendauit, & sequenti anno in foedus Smalcaldicum Norimbergensi conuentu receptus fuit.

Interea LVDOVICO electori Palatino frater FRIDERICVS successit, & ipse *b* puriori doctrina pridem tinctus, quam Ottonis Henrici exemplo, etiam ex ciuium voto, *c* ineunte anno CIƆ IƆ XLVI publice profiteri coepit, quae sane magna protestantium ecclesiae accessio fuit.

Eadem spes in Coloniensi tractu florebat, *d* HERMANNO archiepiscopo & ele-

a Idem dicto loco ex archiuis.

b Fridericus, antequam fratri in Electoratu succederet, in aula Caesaris, cuius sororis filiam, Christierno Daniae rege natam, in matrimonio habebat, multum versatus, & ad negotia cum protestantibus in comitiis & colloquiis tractanda saepe adhibitus, semina verae doctrinae conceperat. *Seckend. lib.* 3. §. 31. *num.* 8.

c A. D. III Non. Ianuar. vti legatus Saxonicus apud Seckend. *d. l.* refert; vel IV idus Ian. vt Sleidanus tradit *lib.* 16. *pag.* 478. quamuis paullo ante natalitio festo in arcis templo coniugi Electoris sacra coena sub vtraque, vt vocant, exhibita fuerat.

d Huius *Hermanni* historiam reformationis ex a-

& electore, ex Wiedanis comitibus orto, euangelium in dioecesin suam reducente. Non autem in fatis fuit, vt salubres fructus ad maturitatem peruenirent. Pontificis enim iræ, a quo *b* proscriptus fuit, & Cæsaris potentiæ,

ctis & epistolis cum copiosius, tum sincerius, quam alii, sæpe laudatus Seckendorfius *lib.* 3. *Luth.* §. 107 & 108. maxime in additionibus exposuit. Electus fuit archiepiscopus anno CIↃ IↃ XV, quam dignitatem per annos XXXII tenuit. Sexto post abdicationem anno, hoc est CIↃ IↃ LII, Biuerni in villa suæ ditionis diem supremum obiit. Fratrem natu maiorem habuit *Fridericum*, anno CIↃ IↃ XXII episcopum Monasteriensem electum, sed propter euangelii, cui fauebat, in dioecesi sua tolerationem, anno CIↃ IↃ XXXII episcopatu cedere coactum, & postea Bonnensis præpositi dignitate ac reditibus contentum. Hic vno anno ante fratrem Hermannum, ex vita excessit. Propagator familiæ *Ioannes* fuit, fratrum vtroque maior, a quo, qui supersunt, illustrissimi *Comites de Wied* oriuntur.

b XVI Cal. Mai. CIↃ IↃ XXXXVI. *Sleidan.* 17. *p.* 503. sed non ante Non. Nouemb. adlatæ ferales litteræ. Tum is a pontifice ad concilium prouocauit. *Idem p.* 556. Tandem amicorum consilio cessit archiepiscopatu. *Sleid.* 18. *p.* 566.

tentiæ, pontifici fauentis, concessit tandem princeps optimus, iam senecta etiam debilitatus, nec *a* ea eruditione ac sapientia instructus, vt per se tanto par negotio esset: in eo tamen laudandus, quod meliora *b* monentibus obsequutus fuit. Prouinciales quidem, si vis inferretur, suo principi tuendo promti erant: & auxilia offerebant Protestantes: qua vero is pietate erat, noluit suos difficili dubioque bello implicare. Successorem accepit *c* ADOLPHVM, Schauenburgicum

Petrus quoque Merssæus, Minorita, in Catalogo Electorum ecclesiast. p. 134. non diffitetur. *Tum, inquit, per vicinos proceres, qui intercessores erant, factum, vt* XXV *Ianuarii* CIↃ IↃ XXXXVII *Hermannus sua sponte cesserit, &c.*

a Merssæus d. l. de Hermanno: *Erat princeps clementiæ studio & multis aliis virtutibus præclaris præcipue ornatus, natura vir bonus & liberalis, in litterarum studiis ob præceptorum suorum negligentiam non ita exercitatus, &c.*

b Vsus fuit theologis, quos ad se vocauit, Bucero & Melanchthone: a principibus, Saxonie, Hasso aliis itentidem quoque confirmatus. Vide Seckendorfium.

c Adi Merssæum *de Elector. Ecclesiast. pag.*

gicum comitem, antea coadiutorem suum: & frater ipsius *a* Fridericus in Bonnensi præfectura Ioannem Gropperum, non exigui nominis ex pontificia secta theologum: nec non decanus Coloniensis, *b* comes Stolbergius, quod Hermannum defenderat, statione sua excidit: & mox per totam regionem, archiepiscopi noui mandatu, quidquid meliorem formam induerat, ad pristinam superstitionem reuocatum est.

Mitiora fata Saxoniæ his temporibus erant, cuius episcopatibus quæ lux adfulserat, quamuis obnubilata rursus fuit, breuitatem post serenior emersit,

E ad

133. Præfuit episcopatui annos IX Adolphus.

a Sleidanus hoc adiecit *lib.*18. *p.*566.

b Sleidanus ibidem, cuius & sunt, quæ de emendatæ religionis oblitteratione sequuntur. Quod perfacile fieri potuit, præsertim in principe ciuitate, Colonia Agrippina, de qua Melanchthon questus fuit, non esse vsquam in Germania maiorem cleri, sacellorum, statuarum, reliquiarum superstitionem, adeo vt *Roma Teutonica* appellari possit. *Seckendorf. addit. ad §.* 108. *p.* 448.

ad nostram vsque ætatem diuinitus conseruata. Doctrinæ purgationi Mersburgenses præsules repugnauerant *a* ADOLPHVS Anhaltinus, *b* VINCENTIVS Schleinicius, & SIGISMVNDVS de Lindenauia, cui anno CIↃIↃXXXIV exstincto, a *c* plurimis canonicorum *d* AVGVSTVS Saxo, postea elector, subrogatus fuit, qui etiam hac conditione episcopatum suscepit, vt liber ipse a vinculis clericorum, rem publicam ciuilem administraret, *e* sacrorum curam GEORGIO Anhaltino, *f* seniori canonico, principi *g* pio &

a Adolphus Anhaltinus est, qui Lipsiensem Lutheri cum Eccio disputationem impedire conatus fuerat, mortuus CIↃ IↃ XXVI.

b Hic Vincentius mortuus CIↃ IↃ XXXV.

c Tres tantum abfuerant: reliqui omnes concordes. *Seckend. lib. 3. §. 117. pr.*

d Tum decem & octo annorum adolescens, & princeps iuuentutis.

e Cum titulo *Administratoris in spiritualibus.*

f Præterea præpositus erat tam Magdeburgensis metropolitanæ, quam episcopalis Misnensis ecclesiæ.

g De laudibus Georgii dignissima lectu sunt, quæ illustris Seckendorfius ex scriptis illius ex-

& erudito conferret, a quo etiam, quæ ad ecclesiam attinent, restituta & seruata per quadriennium & amplius fuerunt. Augusto autem administrationem abdicante, & *a* MICHAELE, Si-

E 2 do-

cerpsit lib. 3. 5.117, additione I. tota: sub cuius finem pag. 510. hæc notabiliter adiecit: *Quamquam* (Georgius, Anhaltinus princeps) *Lutherum & Melanchthonem ipse pro modestia, vt præceptores, coluerit, etiam Pomeranum aliosque magni fecerit: constat tamen, nihil ei ad solidam eruditionem defuisse, nec tantum theologiæ positiuæ fundamenta perfecte eum intellexisse, sed & sacræ philologiæ peritum, & in lectione canonum historiaque ecclesiastica versatissimum, iudicio summo polluisse, eloquentia insigni, modestia quoque singulari ornatum fuisse.* Hic & fratribus *Ioanni* & *Ioachimo* auctor fuit, vt euangelii doctrinam in ditionis suæ ecclesias inducerent: sicut in altera regionis parte patruelis *VVolfgangus* pridem fecerat cum Ioanne electore Saxoniæ, sororis marito, in comitiis Augustanis publice confessus. *Vide Camerarii vitam Georgii.*

a Michael Heldingius, fictitius episcopus Sidonis a pontifice creatus (vnde *Sidonius* vulgo appellatur) & suffraganeus Moguntinus commendatione imperatoris ad ecclesiæ Mersburgensis gubernationem postulatur, quam Augustus Saxoniæ dux superiore anno (1548) paucis ante

donienſis epiſcopi titulum gerente, à Cæſare in Mersburgenſem diœceſin ſubmiſſo, ceſſit is quidem, qua functus adminiſtratione erat; vt ſenior tamen collegii poſtulauit, *a* ne quid nouus epiſcopus in doctrina repurgata mutaret; nec alia conditione in electionem eius conſenſit: quamquam res poſtea *b* non ex voto ſanctiſſimi principis ſucceſſit: meliorem euentum poſt mortem

nuptias diebus epiſcopatum collegio reſignaſſet. *Chytræus Sax. lib.* 16 *extremo.* Vitam Sidonii a Iacobo Thomaſio deſcriptam habes Tomo primo obſeruationum Hallenſium, obſ. 5.

a Quod Michael quidem non viſus fuit recuſaſſe, & initio conciones quaſdam pias & orthodoxas in feſtis diebus habuit, vti ipſe Anhaltinus refert præfatione in conciones ſuas: & Chytræus *Sax. lib.* 17. *p.* 498.

b Addit Georgius, Anhaltinus princeps in dicta præfatione, haud multo poſt veteres errores denuo immiſcuiſſe, & palam profiteri, ſe omnia ad priorem illum, qui ſub papatu fuerat, ſtatum reducturum eſſe; renouaſſe etiam ordinationum, miſſarum & conſecrationum ſpectacula. Vide, quæ toties laudatus Seckendorfius ex dicta præfatione excerpſit *p.* 499.

tem Sidonii, vt infra dicemus, habitura.

In a Numburgensi episcopatu PHILIPPVS Palatinus, Philippi electoris filius, ab anno CIϽIϽXVII adiutor IOANNIS Schonbergii, senis episcopi, & post triennium successor, quod vna Freisingensis præsul erat, Numburgensem ecclesiam plerumque absens rexit, quo factum fuit, vt ditioni eius subiectis libertas maior in doctrina vera permitteretur. Hoc vero defuncto vita, quod ineunte anno CIϽIϽXXXXI contigit, Saxoniæ elector IOANNES FRIDERICVS, qui patri IOANNI anno CIϽIϽXXXII successerat, cum fratre IOANNE ERNESTO hortatus serio canonicos est, vt b conscio se episco-

 pum

a Quæ de Numburgensi episcopatu tradimus, debemus summi viri V.L. Seckendorfii diligentiæ, qui episcopatus illius per XVII annos cancellarius, omnia, quæ ad hæc tempora pertinent, accuratissime congessit in Lutheranismo suo, *lib.3.§.96.*

b Pridem enim canonici pacti cum Electore fuerant, nolle se insciente illo aut inuito vel coadiutorem, vel episcopum eligere. *Seckendorf.*

pum talem legerent, qui cœptam repurgationem doctrinæ non impediret. Illi vero ex suo *a* ordine IVLIVM PFLVGIVM *b* elegerant, quo reprobato Elector, tanquam remoræ futuro puriori doctrinæ, NICOLAVM AMSDORFIVM episcopum Numburgensem, Luthero manum imponente, solenni ritu constituit. Frustra intercessit Pflugius, quamquam ab *c* Imperatore commendatus, donec victis Smalcaldicis & Electore capto ipse Amsdorfius statione abiret, quam tueri deinceps se posse desperabat. Magdeburgum itaque, *d* vnde venerat, regressus, breui post

§. 96. *num.* 4. Vid. Io. Strauchius *dissert. exot. II.*

a Præpositus enim collegiatæ ecclesiæ Cizensis fuerat Pflugius, & eo ipso nomine senior collegii cathedralis Numburgensis. Variis quidem modis vincere conabatur Elector Canonicorum animos, vt dum cunctaretur Pflugius, alium eligerent: sed frustra.

b Festinanter nimis & inscio Electore, etiam dissimulato episcopi excessu.

c Vide Chytræum *lib.* 15. *p.* 453.

d Amsdorfius ab anno CIↃ IↃ XXIV Magdeburgi euangelium docuerat, & inuitis auditoribus suis

post ab *a* Electoris filiis euocatus, Isenaci consensit, sacrorum consiliarius & ecclesiarum superintendens. Tum Pflugius confirmatus, in ceteris integre, in religionis caussa *b* tolerabiliter se gessit, nemini grauis aut acerbus, cuius consilia semper *c* pacis & con-

E 4 ci-

extractus ab Electore fuit ad episcopum Numburgensem, an. CIↃIↃXXXXII. Medio tempore in Grubenhagensi etiam & Calenbergensi principatibus euangelium stabiliuit, *Seckend. l.* I. §. 168. *n.* 5. *& l.* 3. §. 31. *n.* I.

a Electoris adhuc captiui, quem redeuntem ex custodia excepit hymno puerorum, eique sesquennio post morienti adfuit, in exsequiis parentauit. Mortuus Isenaci CIↃIↃLXV octogenario maior. *Seckend. addit. extrema ad* §. 96. *p.* 395.

b Etsi enim Edictum Carolinum, quod *Interim* vocant, cuius ipse cum aliis auctor fuerat, obseruari in sua dioecesi vellet; tamen Pegauiensi cum Saxonicis consiliariis & Melanchthone, colloquio, modus qui tolerabilis erat, obseruatus est. *Seckend. p.* 395.

c Videri potest, veritatis non ignarus fuisse, nec eidem parum addictus. Cur vero eam publice profiteri noluerit, Deus nouit. Qui mitius censent, spe concordiae de religione ineundae retentum fuisse, autumant, in qua ad finem vsque vitae consiliis suis laborauit. *Seckend. d. l.*

ciliationis socia exstiterunt. Decessit anno CIↃ IↃ LXIV, ætatis vno & sexagesimo, vir doctrinæ & ingenii laude & vsu rerum vtique clarissimus. Ab huius excessu *a* Augustus Elector administrationem suscepit, quod in posteris quoque illius ad nostram ætatem vsque ita seruatum fuit.

Misnenses quoque episcopi ecclesiæ emendationem iniquius ferebant. Etsi enim *b* IOANNES Salhusius indulgentias improbabat, detestatus Tezelii impudentiam; qui tamen successit IOANNES ex Schleiniciorum gente, *c* acerbior in Lutherum fuit & in cunctos illius adsectatores. IOANNES autem Malticius, *d* nouus præsul, quum dux Hen-

a Chytræus *Sax. lib.21. p.622.*

b Ioannes de Salhausen, quum Misnensi ecclesiæ per XXXI annos præfuisset, moritur anno CIↃ IↃ XVIII. Hic prædixit finem indulgentiarum ex intoleranda institorum impudentia. *Chytræus lib.2. p.55. & Fabric. annal. Misn. a.1518.*

c Idem Chytr. *lib.7. sub fin.* Seckend. *lib.1. §.64. n.1. & §.75. add. d.*

d Electus Malticius CIↃ IↃ XXXVIII. & inse-

Henricus Georgii hereditatem adiret, conciliationem quidem & ecclesiæ emendationem *a* oblato libro tentauit, non autem sine damno veritatis, ideoque reiectus a principibus fuit. Sic creuit purior in diœcesi doctrina, nec episcopus, aut qui *b* subiecti ei sunt, impedire potuerunt, quo minus pontificii ritus & prauæ opiniones abolerentur. Tandem & hic episcopatus sub cura & tutela Saxoniæ principum adquieuit.

Et alibi episcopatus in religionis caussa mutationem subierunt. Brandenburgensis præsul. *c* MATTHIAS de Iagaw, Electori Ioachimo II ope & consilio adfuit, quum in Marchia, vt *d* supra dictum, superstitiones abrogaret.

E 5 garet.

quente anno mortuus est Georgius diues, qui duci Heinrico hereditatem reliquit.

a Liber ille autographus in Vinariensi archiuo adseruatur, cuius excerpta Seckendorfius dedit *lib.3. Luth.* §.71.*n.*10.

b Successit Nicolaus de gente Carlovitiorum anno 1540, huic Ioannes de gente Haubicia 1555.

c Andr. Angelus *in Chron. Brandenb. lib.3. p.*331.

d supra in hac historia *pag.* 67.68.

garet. Hauelbergensis *a* BVSSO, ex nobili Aluenslebiorum gente, vltimus fuit Pontifici obnoxiorum, CIƆ IƆ XLVIII mortalitate interceptus. Episcopatus Lebusensis, cuius solum nunc *b* nomen superest, id singulare habuit, vt eius antistes academiæ Oderanæ *c* cancellarius esset, quia Francofurtana ciuitas, illius sedes, in eius dioecesi erat, aliquando a *d* pontifice per XXVIII annos,

a Mortuus Busso CIƆ IƆ XXXXVIII successorem habuit Fridericum, Electoris Ioachimi II filium, qui & postea Magdeburgensem & Halberstadiensem ecclesias rexit. *Angel. Chron. Brandenb. 3. p. 340.*

b Canonicorum etiam collegio sublato, quod in ceteris episcopatibus, Brandenburgensi & Hauelbergensi mansit.

c Sic institutum confirmatumque in priuilegiis fuit a Maximiliano imperatore & Iulio II pontifice datis: more aliarum academiarum; Lipsiensis, cuius cancellarius Episcopus Mersburgensis est, quod in Administratoribus etiam hodieque obseruatur: & Caminensis præsul, academiæ Gryphswaldensis: Rostochianæ, antistes Suerinensis. Vide V. cl. Io. Chr. Becmanni *Memoranda Francofurtana cap. 2 & 3.*

d Ioanne XXII. Repetitum fulmen fuit a Clemente VI, medio sæculo CIƆCCCL, & in

nos, ob caussam huius episcopi, quem captum in custodiam dederat, sacrorum communione exclusa. Sed hæc antea sæculo XIIII contigerant. Huius episcopatus antistes restiterat cœptæ reformationi, vt *a* supra prædiximus: successores mitiores facti, quum Electorem & Marchiones cum vniuerso populo purioribus sacris imbutos esse vidissent. Suerinensis præsul *b* MAGNVS, dux Mecklenburgicus, cuius pater quoque HENRICVS euangelio fauerat, ab anno CIƆ IƆ XXXVIII ritus & doctrinam emendare cœpit. Camienen-

ipsum Marchionem, Ludouicum Bauarum, qui ciuitatem defenderat, vna vibratum. Diploma iteratæ excommunicationis autographum in curia Francofurtana adseruatur: exemplum eius summus Iurisconsultus Samuel Strykius Supplementis ad laudatissimi soceri sui Brunnemanni Ius ecclesiasticum *pag.* 759. dedit. Adde Gloss. Iur. canon. Verb. *Insurgunt* ad Cap. *Alma mater*, vlt. de Sent. Excommun. in VI. & Angeli *Chron. Brandenb. p.* 136.

a *pag.* 69. huius historiæ.

b De huius reformatione Seckendorfius *lib.* 3. *Lutheran.* 17. *num.* 16. consulatur.

nensis quoque episcopus defuncto sub initium CIↃIↃXLIV anni MANTEVFELIO præsule, acerrimo papatus defensore, melius cœpit se habere. Erat illa maiori *a* vinculo principibus suis obstricta, quam alibi moris in hierarchia erat, vt penes istos etiam nominandi episcopi ius esset, si intra tertium mensem a morte antecessoris id facerent. Tum vero in diuersa abierunt BARNIMVS & PHILIPPVS, Duces Pomeraniæ, illo Comitis in Eberstein & Neugarten impuberem filium, hoc alium quendam commendante. Quos quum Elector Saxoniæ & Hassiæ Landgrauius monuissent, vt virum tantis rebus non imparem nominarent, consensione facta, *b* Io. Bugenhagio, professo-

a Formulam, qua episcopi Caminenses Pomeranis principibus ex veteri pacto obligati erant, exhibet Seckendorfius *lib.* 3. §. 117. *num.* 4. etiam quæ de dissensu nominationis commemoramus.

b Splendidam legationem Pomerani Duces Wittenbergam miserunt, quæ, suo nomine Bugenhagio episcopatum deferret, simul testaretur, idem a canonicis & populo exoptari. Quam

fessori Wittenbergensi, qui gente Pomeranus erat, oblatum illud munus est, quo recusante, a BARTHOLOMAEVS SVAVENIVS suscepit, purgatis sacris addictus, qui post sex annos MARTINO WEIGERO resignauit. De Magdeburgensi metropolitana sede & de cathedrali Halberstadiensis & Razenburgensis ecclesiarum postea dicemus.

Sic vndique inter metus & minas protestantium doctrina creuit: ingens autem damnum ex Lutheri, principis

E 7 theo-

historiam, ab aliis neglectam diligentissimus Seckendorfius ex Vinariensi archiuo, addicione ad §. 117. pag. 511 suppleuit.

a Chytræus Saxon. lib. 16. post initium: *Caminensi in Pomerania diœcesi post Erasmum Manteufel, quem filiorum Bogislai X præceptorem fuisse diximus, rebus humanis exemtum, Bartholomæus Suauenius præesse cœpit; certis cum Ducibus Pomeraniæ, Barnimo & Philippo pactis initis, & ducta vxore. Verum sexennio post, Cæsare Carolo victore in Pomeraniæ Duces, ob societatem cum Electore Saxoniæ, Ioanne Friderico & ceteris Smalcaldio fœdere iunctis, se inclementiorem ostendente, Suauenius, quum defendi a principibus se vix posse existimaret, sponte prouinciam Martino VVeigero resignauit.*

theologi, ex vita decessu cepit. Isle-bienſis erat, quod Mansfeldicorum Comitum oppidum est, qui quum in *a* metallica re diſſiderent, in eo tandem *b* conuentum illis fuit, vt ciuis ſui Martini Lutheri compoſitionem ſequerentur. Venit eo, conſentiente Electore, CIƆ IƆ XLV cum Iuſto Iona & Melanchthone, ſed *c* nihil eo tempore profecit, manente & ingraueſcente diſcordia: iterum extremo Ianuario anno CIƆ IƆ XLVI, rogatu Comitum & Electoris venia, cum ſolo Iuſto Iona, Halenſi antiſtite, eodem profectus, per XX dies, itidem *d* parum profecit, quamuis & Wolfgangus, princeps Anhaltinus & Ioannes Henricus, comes Schwarzbur-

a Initia & cauſſas diſſidii ex MS. hiſtoria B. Seckendorfius exponit *lib.* 3. *Lutheran.* §. 133. *num.* 4. etiam comites ſingulos, illis litibus implicatos, cum ſtirpe cuiuslibet aut agnatione, tradit.

b Seckendorfius ibidem *p.* 632.

c Vide ibidem.

d In præcipua cauſſa de conciliandis comitibus, nihil; in de iure patronatus aliquid. *Seckend. ibid. num.* 6.

burgicus, adessent, vt horum quoque consilio consopiretur controuersia. Huc quum *a* non satis firma valetudine, sed tam ætate, quam lucubrationibus & hiberno itinere adflicta venisset, melius tamen, tanquam in patria, valere sibi visus est, donec post decem nouem dies vehementior *b* morbus inuasit, qui altero mane, A. D. XII calendas Martis, ætatis anno LXIII inter pias *c* preces animam Deo confisam ad melio-

a Propterea recenti dolore stimulatus Elector, epistola ad Comites scripsit, *se optare, vt virum et ætate & tantis laboribus confectum molestis illis negotiis suis non grauassent.* Seckendorf. §. 135. *n.* 1.

b A. D. XIII calend. Mart. debilior solito negotiis abstinuit: ante cœnam de pectoris compressione quæstus, cœnauit tamen cum amicis piosque sermones habuit. Post cœnam compressione acriori correptus fuit.

c Has preces Iustus Ionas notauit, præsens morituro: cui etiam ceteram narrationem de morbo & morte huius viri debemus, qui altera post obitum hora rudi epistola, vt solet in mœrore tanto, Electori, Vinariæ tum agenti, omnia perscripsit, aut potius, quod ipse luctu consternatus non poterat scribere, dictauit ei, qui ab epi-

liores sedes extraxit. Sic meritissimus vir & ecclesiæ pernecessarius placida morte, sed alieno tempore subductus est, quum alterum *a* colloquium Ratis-

stolis, Comitis Alberti erat, sua tamen manu subsignauit. Autographum in archiuo Vinariensi adseruatur, quo calumniæ & mendacia, quibus pontificii scriptores incomparabilis viri mortem proscindunt, valide dissipantur. Quam ob caussam etiam pluribus verbis, quam pro more breuitatis nostræ hunc exitum persequuti sumus. Vide *Seckendorfium* §. 133. & *Melanchthonem in Vita Lutheri*: *Mülleri Annales Saxonicos*.

a Alterum hoc colloquium Ratisbonense est, quia anno CIↃ IↃ X X X X I aliud præcesserat, sed æque irritum & breui post dissolutum, de quo Sleidanus consulatur extremo lib. 13. & ineunte 14. In priore collocutores erant pontificii *Iulius Pflugius*, *Eccius*, *Gropperus*; protestantes *Melanchthon*, *Bucerus*, *Pistorius*. Sed abruptum a Cæsare & caussa ad concilii sententiam, reiecta. Altero collocutores erant *Io. Cochlæus*, *Petrus Maluenda*, *Erhardus Billichus*, *Io. Hofmeister*: & protestantes, *Martinus Bucerus*, *Georgius Maior*, *Io. Brentius*, *Erhardus Snepfius*. Quum vero pontificii nollent singula per notarios excipi, notataque principibus transmitti; hi theologos suos reuocarunt, alia quoque in colloquii forma reprehendentes, quod præsides essent

tisbonæ institueretur, & Tritentina synodus post longa molimina initium tandem caperet, sed male *a* auspicatum. Comites Lutheri exuuias in *b* patria sepeliri volebant, sed electoris iussu Wittenbergam adductæ sunt, vbique, qua *c* transeundum erat, prodeuntibus omnibus bonis, honorifice exceptæ.

Ab

mere pontificii: collocutores protestantium infensissimi hostes, qui voce, scriptis dudum eos damnauerant. *Sleidan. lib.* 16. *p.* 481. copiosius *Seckend.* §. 132. §. 137. *n.* 5.

a Quia contra formam boni iudicii, iudicis partes sibi sumebant, qui in numero reorum erant, pontifex atque episcopi: nec more veterum conciliorum Dei verbum pro norma habebant, sed traditiones, consuetudines, placita scholasticorum, & pontificis decreta & sententiam. Adde supra *pag.* 51 *&* 61. & Seckend. §. 123. *&* 130.

b Iustus Ionas epistola ad Electorem: & huius responsio a Seckend. 135. excerpta.

c Halæ pernoctauit funus in æde S. Virginis: altero die Bitterfeldam, Kembergam, & tertio, siue VIII calend. Martias Wittebergam deductum. Nec vero in oppidis solis, sed in pagis etiam procursu hominum honorifico exceptum. Vid. *Relatio Iusti Ionæ & Mich. Cœlii de obitu & funere Lutheri Tom.* 8. *Ien. extremo.*

Ab eo tempore pax incerta & dubia in bellum calamitosum exiit. Cæsare enim milites *a* adducente, vt cogeret protestantes, aut deleret; Saxo & Hassus vicissim copias conscribunt, & vt idem *b* fœderati faciant, identidem hortantur. Obuiam eunt Cæsari, a quo *c* proscripti erant, & castra castris opponunt ad *d* Ingolstadium, inter *e* Nordlingam & Donawerdam, & ad Giengam, nec *f* occasio superandi deesse vide-

a Ex Italia etiam a pontifice missos, cum quo fœdus Cæsar percusserat. *Sleidan.* 17. *p.* 534. De fœdere pontificio *p.* 514.

b Quinam principes & socii castra protestantium sequuti fuerint, narrat *Sleidan. d. l.* qui abfuerint, *lib.* 18. *p.* 556.

c Summam proscriptionis litterarum XX Iulii CIↃ IↃ XLVI tradit Sleidanus *lib.* 17. *p.* 525. Responsionem protestantium publicam e castris ad Ingolstadium siue apologiam, *lib.* 18. *pag.* 539. Pleniora & integra habes apud Hortlederum, *tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 16, 29. & 30.

d Sleidan. *lib.* 17. *extremo.*

e Hanc castrorum propinquitatem scripsit Sleidanus *lib.* 18. *p.* 546, & vltimam ad *Giengam*, *p.* 550.

f Talis occasio ad Ingolstadium erat, eamque ad

videbatur; consiliorum autem *a* dissensione factum, vt nihil peragetur. Interea rex Ferdinandus Bohemo & Vngaro milite & Saxo *b* Mauricius Electoris regiones inuadunt, nihilque intactum relinquunt præter *c* Wittenbergam, Gotham, Isenacum. Quo nuntio adlato domum festinat Elector, vt sua recuperet; & inuicem oppidis Mauricium exuit, præter *d* Dresdam & Li-

consultandum Landgrauius proponebat: nec vero a ceteris approbata. Quod ita a multis reprehenditur, vt hic error ipsorum calamitatis & Cæsaris victoriæ initium & caussa fuisse putetur. Lege Sleidan. *ineunte lib.*18. Adde eundem *p.*550. Lamb. Hortens. *lib.*3.

a Sleidanus d. l. p.556. *Parum feliciter fuit administratum bellum. Cuius quidem mali præcipue caussa putatur, quod non ex vnius arbitrio res ageretur. Quum enim æquali essent potestate præditi Saxo & Landgrauius, non semel accidit, vt in disceptando peropportunæ delaberentur occasiones.*

b De Ferdinandi & Mauricii expeditione Sleidan. *lib.*18. *seq.* etiam iudicium hominum addit *p.* 554. de facto Mauricii.

c Sleidanus *lib.*18. *p.* 554.

d Idem dicto libro *pag.*564.

Lipsiam quamquam & hanc obsidione cinctam a tormentis vehementer conquassauit. Eodem tempore Ferdinandus Mauricio auxilia misit ductore b Alberto Brandenburgico, quem vero Ernesti Brunsuicensis ope Elector intercepit, concisis partim copiis eius, partim sacramento adactis, ne intra sextum mensem contra Smalcaldicos militarent. Nouo c vere imperator inuadit Saxonem, qui obuiam ad Albim pro-

a Iniquo tempore oppugnatio cœpta, idibus Ianuariis *Oppidum*, ait Sleidanus, *tormentorum ictibus vehementer dilaceratum fuisse*. Licet non deessent, qui culpam non expugnatæ vrbis in militiæ Duces reiicerent. *Mülleri Ann. Saxon. an.* 1547.

b Præter Sleidanum licet heic relegere Hortlederum *lib.* 3. *cap.* 65. 66. Hic est Albertus Franconius, filius Casimiri, a Cæsare laboranti Ferdinando Heilbronna in auxilium submissus, captiuus postea Gotham abductus in custodiam. *Chytræus lib.* 16. *p.* 474. Captus vna Christophorus Landgrauius Leuchtenbergensis. *Hortleder*. Facta pugna die III Martii.

c Aprili mense anni CIↃ IↃ XXXVII.

progressus *a* sustinere hostem potuisset, forte etiam profligare, si suas copias in vnum licuisset contrahere, quas dispersas in præsidiis habebat; aut socii *b* auxilia quæ fœderi debebant, etiam illo anno submisissent. Itaque numero victus multitudine, quamuis fortiter repugnans, supra *c* Mulbergam capitur, quod ripense oppidum inter Torgam est & Misnam. Sic in custodiam datus Elector, *d* damnatur capitis

a Hoc Sleidani iudicium *lib.* 19. *p.*577. & Auilæ, Hispani scriptoris, apud Hortled. *cap.*81. *p.*637.

b Hæc etiam Bohemi ex antiquo fœdere promiserant. *Sleidan. lib.*18. *extr.* & 19. *post init.* qui a Ferdinando impediti spem Saxonis destituerunt, vnde clades orta, vt Hassus legato filii apud Hortled. *c.* 70. respondit, quod pater nimis confisus esset auxilio Bohemorum.

c Iuxta Mulbergam primus impetus a Cæsareis in Electorem factus, & vado inuento Albim traiectæ copiæ. Cedens Elector multitudini, vt Wittenbergam perueniret; præuentus ab equite Cæsaris ad siluam Lochauiam (*Lochauer Heyde*) & post aliquam pugnam captus fuit. *Hortleder* ex illorum relatione, qui pugnæ interfuerant. Pugnatum die XXIV Aprilis.

d Sleidan. *c.l. p.* 577. *seq.* Scriptam sententiam

tis in castris, & vix *a* aliorum precibus seruatus a supplicio, quoquo ibat Cæsar, per quinque annos captiuus circumducitur, *b* electorali dignitate in Mauricium a Cæsare translata. Captus cum eo fuit Ernestus Brunsuicensis, sed breui post *c* dimissus: natu autem maximus Electoris *d* accepto vulnere Wittenbergam, inde *e* Gotham

Cæsaris exhibet Hortleder *Tom. 2. lib. 3. cap. 70.* dictam die decimo Maii in castris Wittenbergensibus. Sagittarius *hist. Io. Friderici.*

a Ioachimi Electoris Brandenburgici, & Guilielmi Cliuensis principis, cuius soror Saxoni Io. Friderico nupserat. *Hortled. 3. cap. 81. ex Auila, Sleidan. d. l. p. 578.*

b Sleidanus ibidem: postea in comitiis Augustanis confirmata translatio solenni ritu. *Idem lib. 20. p. 62.* Nic. Mameranus *de inuestitura Regalium Electoralis Saxonicæ dignitatis.* Mülleri *Ann. Saxon. an. 1548.*

c Cæsar dimisit Ernestum, accepta prius ab eo fide. *Sleidan. ibidem.*

d in manu & capite. *Auila.*

e Idem vtramque vrbem nominat: ex Gotha etiam legatum, Eberhardum Thannium, Cassellas misit, qui Landgrauium consuleret, quid facto opus esset. *Hortled. cap. 70.*

tham effugit: reliqui filii cum matre & patruo in præsidio Wittenbergensi erant; qui deditione facta se victori permiserunt. Hassus supererat, belli eiusdem socius, tum absens, cui Ioachimus Brandenburgicus Elector, & Mauricius gener non intolerandam *a* pacem a Cæsare impetrant, quorum *b* fide interposita, Halæ ad Salam amnem, qua Cæsar transibat *c* Hassiam petiturus, supplex eidem fit, qui veniam quidem culpæ dat, non autem libertatem. Etenim contra *d* datam fidem in *e* cœna detentus, frustra que-

a Reconciliationis conditiones vide apud Sleidan, *lib.* 19. *p.* 581.

b Per litteras fidei publicæ, auctoritate Cæsaris datis in castris Wittenbergensibus, apud Hortled. *lib* 3. *c.* 84.

c Si Hassus recusaret conditiones oblatas.

d Cæsar obiectam fidei læsionem libello excusavit, quod non plura promiserit quam liberationem a supplicio, a captiuitate perpetua, & a confiscatione bonorum. Exstat apud Hortleder *cap.* 84.

e Apud Albanum, militiæ Cæsaris magistrum, cœnauit cum Ioachimo & Mauricio Landgrauius Philippus. *Sleidan.*

rentibus, qui ſponſores fuerant, cum captiuo Electore abducitur, nec vero ſemper, vt ille, cum Cæſare eſt, ſed aliquando *a* Werdæ ad Danubium, diutius *b* Mechlinii, Brabandorum vrbe, in cuſtodia relictus. Tametſi vero Ioannes Fridericus & filii eius, electorali dignitate, eique adiunctis oppidis, & terris exciderunt: ceteræ tamen poſſeſſiones illis relictæ ſunt. *c*

Per idem tempus, quo captus elector Saxoniæ fuit, captiui principes in liber-

a Chytræus *lib.26. pag.*482.

b Sleidanus *lib.*22. *pag.*678.

c Singulas terras atque præfecturas numerat Müllerus *Ann. Saxon.* 19. *Maii* 1547. Mortuo vero Mauritio, Electoratum cum auulſis terris ab Auguſto repetebat Ioannes Fridericus, olim Elector. Quod in cauſſa fuit, vt ab vtraque parte Numburgi conuenirent qui haſce ſopirent controuerſias. Res XXIV Febr. CIↃ IↃ LIV, feliciter fuit transacta, ita, vt Ioannes Fridericus cum filiis Electoratu cederet: Auguſtus ipſorum terris ante relictis adderet vrbem Altenburgenſem cum arce & præfectura, præterea præfecturam Sachſenburgenſem, Herbislebenſem, Eiſenbergenſem cum iuribus aliis. *Mulleri Ann. Saxon. ad an.* 1554.

libertatem restituti sunt, *a* Henricus Brunsuicensis, & *b* Brandenburgicus Albertus, ille biennio Ziegenhainæ; hic bimestri spatio Gothæ custodiis adseruatus.

Fortuna Cæsaris fuit, quod æmuli reges, *c* Franciscus Galliæ, & Henricus Britanniæ eodem anno, quo Saxonem & Hassum cepit, fataliter extincti sunt, Turcus induciis stetit, quas cum ipso pepigerat. Quum vero oppressi iam protestantes viderentur altius in dies emerserunt. Magdeburgensis motus interuenerat, vnde vires & occasio *d* liberatori. Nam Alberto, Magdeburgico & Halberstadiensi præsuli, qui & elector Moguntinus & cardinalis Romanæ ecclesiæ fuerat; huic, inquam, vita anno CIↃ IↃ XLV defuncto, succes-

a De quo supra *pag.* 100. diximus. De liberatione eius Sleidanus *lib.* 19. *pag.* 583.

b Idem Sleidanus *d. l. p.* 582.

c CIↃ IↃ XXXXVII Franciscus mortuus vltima die Martii, quum XXXII annos regnasset: Henricus sub finem Ianuarii, quum regnasset annos XXXVIII.

d Mauricio Saxoniæ electori.

sor dandus erat *a* IOANNES ALBERTVS, agnatus illius, Friderici Marchionis, Franconiæ familiæ progenitoris, filius, qui Alberto adiutor tam Magdeburgi, quam Halberstadii in sacro munere fuerat. Senatus vero & ciues Magdeburgenses, *b* dudum doctrinæ purificatæ adsueti, cum canonicis litigantes eo vsque processerunt, vt per turbas illas archiepiscopus in metropoli sua *c* nequiret inaugurari. Saxo quoque Ioannes Fridericus, *d* pactione

a Fuerat antea ad Plocensem episcopatum in Polonia postulatus: postea Romæ quadriennium vixerat, carus pontifici, a quo impetrauit, vt agnato suo Alberto in Magdeburgica & Halberstadiensi diœcesi adiungeretur. *Rentschius in Cedro Brandenb.*

b Amsdorfius enim ab anno CIↃ IↃ XXIV, apud Magdeburgenses euangelium docuerat, quem precibus impetrauerant ab electore Friderico. *Seckend. lib.* I. §. 139. *add.* 4. & *lib.* 3. §. 96. *n.* 13.

c Ceterum electus ab vtroque collegio fuerat, etiam a pontifice Paullo III confirmatus. *Pomarius Chron. Sax. p.* 656.

d Sleidanus lib. 8. p. 564. de Ioanne Friderico: *Magdeburgicum etiam & Halberstadiensem epi-*

ne quadam, vt ferebatur vtriusque episcopatus regiones postulabat, quibus captiuus postmodum *a* renunciare coactus est, quando Cæsar Ioannem Albertum *b* restituit, eique *c* FRIDERICVM Brandenburgicum, Ioachimi electoris filium, adiutorem esse iussit, qui a triennio successor vix alterum annum episcopatus rexerat, quum præmatura morte præuentus, fratri *d*

scopatum ad se traducit facta cum episcopo Ioanne Alberto transactione.

a Sleidanus *lib.* 19. *p.* 578. in conditionibus, quas captiuus elector pro vita seruanda iniit, etiam hanc interponit: *Iuri Magdeburgico, Halberstadiensi, Hallensi renuntiat.*

b Idem d. l. p. 582. *Hieme superiori Magdeburgicus archiepiscopus cum Ioanne Friderico transegerat, eique ditionem cesserat: commutata vero fortuna quum & Cæsar & clerus hoc ipsum indigne ferrent, coadiutor ei datus est electoris Brandenburgici filius Fridericus.*

c Mirifici ingenii adolescens, annos natus septemdecim: sequenti anno Hauelbergensis episcopus electus: vigesimo anno ætatis, ex adiutore archiepiscopus factus, post biennium fato concessit CIↃ IↃ LII.

d Hic primus ex administratoribus vtriusque ecclesiæ, Magdeburgensis & Halberstadiensis fuit,

SIGISMVNDO administrationem reliquit.

Sed neque sic quies Magdeburgensi ciuitati rediit, quam imperator *a* pro-

fuit, qui publice Augustanam confessionem professus, eandem in collegiis & dioecesi stabilire decreuerat: prius vero quam deliberata penitus exsequeretur, rebus humanis exemtus est CIↃ IↃ LXVI. In cuius locum quum canonici Magdeburgenses plerique superstitiones abominati, *Ioachimum Fridericum* electoris Brandenburgici *Ioannis Georgii* filium postulassent, reformatio metropolitanæ ecclesiæ plenius feliciusque peracta est. Halberstadienses autem, tenacius pontifici adhærentes, *Henricum Iulium* infantem, Henrici Brunsuicensis filium, ea conditione legunt, vt administratio XII annos penes collegium esset, & ex reditibus alienum æs dissolueretur. *Chytræus lib.* 21. *p.* 636.

a Formulam proscriptionis tradit Hortleder *Tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 2, in qua caussæ loco adlegatur, quod proscriptis Saxoni & Hasso Magdeburgenses studuerint, tanquam participes Smalcaldicæ Societatis: etiam postea Magistratui suo, archiepiscopo, contra Cæsareum interdictum repugnantes, crimen læsæ maiestatis in se admiserint. Datæ sunt hæ litteræ die XXVII Iulii CIↃ IↃ XXXXVII Augustæ Vindelicorum. Aliud Cæsaris decretum contra Magdeburgicos

proſcripſit, & *a* Mauricius Saxo obſidione ad pœnam poſtulauit. Tandem *b* deditione facta, compoſitum diſſidium, abolita proſcriptio, remiſſa pars multarum, & ſecuritas reſtituta, militesque in hiberna per Thuringiam diſtributi ſunt.

Quum interea Mauricius pro captivo ſocero fruſtra Cæſarem ſollicitasſet, idque identidem feciſſent *c* principes alii; clam ille copias, quas paratas ex Magdeburgico bello habebat, *d*

 edu-

editum poſtridie iduum Decembris CIↃ IↃ L, ſub initium obſidionis *Sleidan. lib.* 22. *p.* 589.

a Mauricius rei ſummæ bellicæ a Cæſare præfectus in proſcriptione exſequenda.

b Deditio facta poſt obſidionem, per integrum fere annum extractam, ab extremo Nouembri CIↃ IↃ L vsque ad eundem menſem ſequentis anni, conſtructis caſtellis circa vrbem, in quibus milites hiemarent. *Sleid. d. l.*

c Rex Daniæ, Brandenburgicus & Palatinus electores, præterea Bipontinus, Meklenburgici, Badenſis, Wirtenbergicus. *Sleid. lib.* 23. *pag.* 727. 730. *ſeq.*

d Expeditionis initium apud Sleidan. *l.* 24. *pag.* 760. Acceſſit etiam cum copiis ſuis Albertus Brandenburgicus, Io. Albertus & Georgius

educit, & cum soceri captiui filio WILHELMO se coniungit, Augustam capit, & relictis sociis *a* Lincium petit, vt cum Ferdinando transigat, sed re infecta regressus cum omnibus suis ad Alpes irrumpit, & fusis *b* qui aditus cu-

Mecklenburgici & fœdere Chambortico conclusо, Henricus II. Rex Galliarum.

a Postulata Mauritii erant de liberando socero, de religionis componendo dissidio, de recte constituenda Rep. de pace cum Gallo facienda, de proscriptis in gratiam recipiendis. Respondit Ferdinandus & legati Cæsaris, non recusare Cæsarem, quo minus liberetur Landgrauius, sic tamen, vt statim discedatur ab armis: de religione deque republica placere, vt in proximo Germaniæ conuentu cognoscatur: vt autem Galliæ quoque regis habeatur ratio, perquam esse graue Cæsari: licere tamen, vt ex eo Mauritius rescisсat, quemadmodum velit pacisci: proscriptos etiam posse in gratiam redire, modo conditioni quam Cæsar obtulerit, obtemperent. Sed re infecta discessum est *Sleidanus lib.24. p.762.*

b Idem *p.767*, vbi etiam nobile castrum *Ehrenburg* in faucibus situm deditione captum est. Adde Wilhelmi Landgrauii litteras apud Hortled. *lib.* 5. *c.*11. bellum hoc Mauritianum describunt Corn. Crullius *in discursu Historico*.

custodiebant, ita accessu subito imperatorem perterret, vt noctu ab Aeniponte fugiens *a* Villacum Carnorum timoris plenus peteret. Mauricius ingressus vrbem, seruatis quæ Ferdinandi & ciuium erant, *b* Cæsaris, Hispanorum, & Augustani cardinalis opes diripi permisit. Hac celeritate impetratum est, vt Ferdinandus Passauium regressus & suo fratrisque nomine cum Mauricio *c* fœdus iniret, quo præter alia cautum protestantibus est, vt ne quis illos sacrorum caussa violaret, ipsique communi tranquillitate

Politico de Iustitia belli Saxonici Mauritiani, Lipsiæ 1651. 4. & Io. Friderici a Brandt *Vindiciæ Mauritianæ, Ienæ* 1617. 4, qui etiam Mauritium Electorem ab iniuriis Bodini, aliorumque defendunt.

a Sleidan. *ibidem pag.* 767. & Thuan. *lib.* 10. *p.* 101.

b Idem Sleid. *ibidem.*

c Diu multumque disceptatum in hac pace fuit, nolente Cæsare, qui per litteras agebat, in Mauricii conditiones consentire. Tandem pridie Cal. Augusti transactum fuit, quum cœpisset Passauii de pace agi die XXVI Maii CIO IO LII. Vide Sleidan. *lib.* 24. Thuan. *lib.* II.

cum pontificiis, qui catholici malunt appellari, in posterum fruerentur, quod *a* Augustanis deinde comitiis repetitum sanctissimeque confirmatum est. Antequam Aenipontem Mauricius veniret, Cæsar Ioannem Frideri-

a Anno CIↃ IↃ LV. *Ante quidem temporaria iamdum pax religionis erat conclusa. Prima* inter omnes Noribergæ decreta XXIII Iulii CIↃ IↃ XXXII cum Alberto Moguntino & Ludovico Palatino, qui Cæsaris nomine agebant, qua conuenit de pace ad concilium vsque seruanda. *Sleidanus lib.* 8. *p.* 205. & extat apud *Hortlederũ tom.* 1. *c.* 10. *f.* 64. Adprobata hæc atque constituta a Cæsare die II Augusti CIↃ IↃ XXXII. *Hortleder c.* 11. Repetita fuit & confirmata primum a Romanorum Rege, Ferdinando CIↃ IↃ XXXIV. *Hortleder lib.* 3. *c. vlt.* deinde Francofurti a Commissariis Cæsareis CIↃ IↃ XXXIX. Sancita post modum est communi Ordinum consensu Ratisbonæ CIↃ IↃ XII. Spiræ CIↃ IↃ XLII & Wormatiæ CIↃ IↃ XLV. Dissoluta vero ista bello Smalcaldico, plenius per Transactionem Passauiensem insecutamque Pacem Religionis fuit restituta, quæ vera ista atque in perpetuum duratura Capitulationibus Cæsareis & pace Westphalica denuo fuit restituta. *Christophori Lehmanni Acta Pacis Religiosæ. Io. Schilteri historia Pacis Religiosæ.*

ricum, quinquennio captiuum, e custodia dimiserat, ne id *a* hostis ad suam gloriam referret: is vero sponte sua Cæsarem in Carnos *b* sequitur, Mauricium, successorem suum, & olim a se alienatum, *c* auersatus. Tum Philippus quoque ex Mechliniensi custodia *d* dimissus fuit.

Inter hæc Galliæ nouus rex HENRICVS II, Francisci filius, imperii vrbes ad Gallicum limitem sitas, *e* Tullum & Virodunum cepit, etiam Metim cum Lotharingia in potestatem

a Sleidanus *lib.*24. *pag.*767.

b Etiam aliorsum ex Carnis, per æstiuum tempus: Augustæ demum Calend. Septembr. humanissimis verbis dimissus. *Sleidan.* 24. *pag.* 786.

c Aliter interpretatur Thuanus *lib.*10. sub finem.

d Dimissus primum, quum Traiectum Mosæ venisset, retentus iterum ab regia gubernatrice; pridie autem Nonas Septemb. discessit inde in patriam, *Sleidan. d.l.*

e Thuanus *principio lib.*11. Sleidanus *lib.*24. *p.* 761. ex quo repetunt Cælius Curio *Supplem. Sabell.* 29. *pag.* 719, & auctor relationis apud Schardium *Tom.*2. Captum autem Tullum facillima deditione: Metis etiam dolo & fraude. Vide Thuanum.

redigit, *a* principe Lotharingo, nouenni puero, in Galliam *b* abducto; nec Cæsar Metim recuperare potuit, tam *c* hostili eruptione, quam frigore, fame & morbis suorum coactus, vt solveret obsidionem. Ad quam vrbem quum hæreret, Alberto Brandenburgico, *d* Galli antea & Mauricii socio, cum ad Mosellam exercitum habenti, *e* ipsa-

a Puero Carolo, ægre ferente matre, a complexu filium divelli, & in principis, cum Cæsare auunculo bellum gerentis, potestatem abduci *Thuan. d. l.* Mater erat Christina Danica, regis Christierni filia.

b Non inhonesta abducendi species erat, vt Princeps cum Delphino educaretur, aliquando gener futurus regis. Sed vera caussa fuit, vt obses matris esset, ne cum auunculo imperatore faceret, *Sleid. lib.* 24. *Thuan. lib.* II. ad cuius fidem, expulsa breui post, confugit. *Sleidan. p.* 788.

c Cœlius Curio *Supplem.* 29. *p.* 724. Hortleder *T.* 2. *lib.* 5. *cap. vlt.* Durauit obsidio ab IX. Octobr. CIↃ IↃ L I I vsque XXVI Ianuar. *Varillas Hist. de Henry* II.

d A Gallica societate discessit, quod ipsi de stipendiis cum rege non conueniret. *Sleid. p.* 788.

e die X Nouemb. CIↃ IↃ L I I.

placatus est. Hic digressus a *a* protestantibus sociis, quum Passauii transigeretur, suis auspiciis *b* Norimbergam obsedit, Herbipolitano & Bambergensi episcopatibus multum damni attulit, Moguntiam, Spiram, Treuiros diripuit: tandem cum Cæsare in gratiam rediit, quem cum ad exercitum rediret a Gallis pæne *c* circumuentum, tam forti prælio liberauit, vt ducem quoque illorum Aumalium, fratrem Guisii, caperet, quem in Germaniam Blassenburgi custodiendum misit. Quum *d* pergeret præsules & Norimbergenses vexare, hique Mauricium

a Mauricio & Wilhelmo in expeditione Tirolensi, quibus in accessu se adiunxerat.

b Sleidanus *lib.*23. Hortled. *Tom.*2. *lib.* 6.

c Vide Thuanum *lib.*11. *p.*220. Prœlium commissum, ad Pontamussum, quod ad Mosellam oppidum est, in Lotharingiæ finibus, *Adde Sleidan.*

d Hoc ideo factum, quia duram cum illis transactionem Cæsar in castris Metensibus confirmauerat, non satis edoctus caussam: post Cameræ iudicio ad æquitatem Albertum reuocauit. Quapropter ille, neglecta pace, hostiliter rursus cœpit agere.

Saxonem & Henricum Brunſuicenſem in auxilium vocaſſent, contra iſtos quoque profectus, ad Siuershuſam, qui pagus inter Peinam & Burchdorfium eſt, quum acerrime pugnaret, *a* vincitur, victor autem *b* Mauricius poſt biduum ex vulnere finem viuendi facit, quum acie iam cecidiſſent CAROLVS VICTOR & PHILIPPVS MAGNVS fratres, Henrici filii, Duces Brunſuicenſes.

Victus Albertus, dum copias ſuas reparat, perduellionis *c* condemnatur, ex quo tempore nuſquam tutus in *d* Ger-

a Die IX Iulii CIƆ IƆ LIII.

b Vide eiusdem Mauricii vulnerati epiſtolam, ad Melchiorem epiſcopum Herbipolitanum, ipſo prælii die. *Hortled.*

c Proſcriptionis formulas ex cameræ imperialis iudicio habet Hortleder *lib.* 6. *c.* 16. 17. 18. datas Spiræ calend. Decembr. CIƆ IƆ LIII. quæ repetitæ a Cæſare ſunt Bruxellis Decembri ſequentis anni. Vide Sleidan. *lib.* 25. *p.* 729.

d In Galliam confugit, vnde fidem publicam a Cæſare petiit & impetrauit, vt legibus liceret cum aduerſariis decertare. Quod dum parabat, morbo oppreſſus & morte fuit. *Rentſchius p.* 664.

Germania, amisſis omnibus, vagatur, donec in morbum implicitus *a* Pfortzhemii vitam miſeram, & tot bellis fatigatam, *b* placide finiuit.

Hi motus Germaniæ fuerunt, quos ſtatus tranquillior inſequebatur, etiam in eccleſia poſt pacem Paſſauii felici auſpicio ſancitam. In epiſcopatibus quoque, quorum hæſerat adhuc reformatio, vt Bremæ, Halberſtadii, *c* Razenburgi, nunc ſenſim omnia faciliora fiunt, exſtinctis aut mutatis, qui veteres errores pertinacius defenderant. Cum primis in Saxonia eccleſiarum res pacatæ erant, Sidonio Michaele, Mersburgenſi præſule, CIƆIƆLXI, & Iulio Pflugio Numburgenſi CIƆIƆLXIV fatali lege ſublatis. Michaeli enim *d*

a Apud ſororis maritum Carolum, Marchionem Badenſem.

b Agnitis delictis ſuis, & veniam a Deo precatus, & ſacris Chriſtianorum refectus, ex vita placide diſceſſit a. d. VI idus Ianuarias anni CIƆIƆLVII. *Hortleder lib.* 6. *c.* 30. *ex theologorum, qui adfuere, teſtimoniis.*

c Chytræus *lib.* 21. *p.* 636.

d Vid. Georg. Hahnii Append. ad Brotuf. Chron. Mersburg.

ALEXANDER, electoris AVGVSTI, qui Mauricio fratri successerat, quatuordecim annorum filius, suffragante collegio suffectus fuit, patre administrationem pro filio ætate præpedito, suscipiente, quam etiam post mortem illius, CIↃ IↃ LXV sequutam, continuavit. Nec alia ratio Numburgensis episcopatus fuit, vt *a* supra quoque prædiximus.

Ex Germania in alias gentes vt transeamus, instituti ratio admonet. Muleassem *b* diximus, Tunetanum principem, a Carolo Hispaniæ rege & Romano imperatore restitutum fuisse. Hoc in Italiam *c* profecto, vt Cæsarem coleret, nouumque præsidium contra Turcos impetraret, qui *d* Constantinam in mediterraneis; & *e* Moha-

me-

a Vide supra *pag.* 101.

b Supra *pag.* 49. 50.

c CIↃ IↃ XXXIII, quo tempore Barbarossa Italiæ oram infestabat. Vide *pag.* 81. 82.

d Constantina; veterum Cirta. Adi Geographos, & Cœlium Curionem *lib.* 27. *Supplem. p.* 639.

e Mahomedia Turcis, Africa (*Vrbs*) Christianis dicta, est veterum Aphrodisium, aliis parua

mediam siue Africam ad Mare eripuerant; filius eius, AMIDA inuasit regnum, quod quum repeteret infelix pater, *a* captus a filio & luminibus orbatus est: nec ex carceris squalore euasit prius, quam Touartis consilio, Guletani præfecti, quum *b* Bisertæ Amida esset, ABDAMALECH, frater Muleassis rex Tunetanus factus, aut hoc post XXXVI dies exstincto, filius eius MOHAMED, XII annorum puer, sufficeretur, quo permittente, Guletam, & inde ad Cæsarem in *c* Germaniam venit, qui in Siciliam eum, publico sumtu alendum, misit, spe vltionis, dum commodum fuerit, in aliud tempus prorogata. Sed Amida, rece-

Leptis. *Thuan. lib.* 7. *Cæl. Curio Supplem.* 27. *pag.* 639, qui totam hanc tragœdiam scripsit plenius.

a Idem Curio *dicto libro pag.* 652, cuius & reliqua, quæ sequuntur, sunt.

b Biserta inter Tunis & Bonam media.

c Augustam Vindelicorum, vbi Cæsar erat CIƆ IƆ XXXXVII victo & capto electore Saxoniæ. *Thuan. lib.* 7. qui & mortem Muleassis *p.* 142. descripsit.

ceptus a Tunetanis, crudelissime in omnes *a* sæuit, qui Cæsari obnoxii, patri aut patrueli consiliis aut ope adfuerant, puero rege vix scapha in fugam elapso. Cæsar postea CIϽ IϽ L *b* Mohamediam expugnat, quæ noui belli, cum Turcis gerendi, origo fuit: qui etiam mox *c* Tripolim, quæ Christiani iuris erat a *d* Melitensibus custoditam, suæ ditioni adiiciunt.

In Anglia Henricum patrem EDVARDVS VI, *e* nouem annorum puer egregia indole, nec minus bonos *f* rectores sortitus, excepit, quorum cu-

a Curio *d.l.p.*644.

b Idem Curio *Supplem.*29.*p.*708. Thuan. *lib.*7. *p.*144. ad annum CIϽ IϽ L.

c Curio *p.*711. & Sleidan. *lib.* 22. *p.*710. ad annum CIϽ IϽ LI. Antequam Tripolim oppugnarent, insulam Meliten, quæ nunc Malta est, frustra Turci tentauerant. *Ibidem.*

d Thuanus *lib.*7. *pag.*147.

e Natus est CIϽ IϽ XXXVII die XII Octobris ex Iana Seymuria: rex proclamatus XXX Ianuarii CIϽ IϽ XXXXVII. Nondum ergo decennis erat, vt multi vulgo tradunt. *Burnet principio T.*2. *de Reform. Angl.*

f Quorum præcipuus erat Comes de Hartford,

cura effectum est, vt solenni *a* decreto pontificia sacra abolerentur, & doctis, quotquot vti voluere, *b* hospitium & præsidia in aula essent, quia ipse rex iuuenis, supra ætatem imbutus *c* litteris erat. Hoc vero post *d* sextum annum non sine *e* veneni suspicione sublato,

tum Ducis dignitate auctus vocatusque *de Somerset*, auunculus regis: protector regni constitutus: victor Scotorum; sed subrutus ab æmulo Io. Dudleio, Waruici primum Comite post Duce Nordhumbriæ & supplicio adfectus. *Thuan. lib.* 8. *p.* 169.

a Vide Burnet *Part.* 2. *T.* 1. *lib.* 1.

b Sleidanus lib. 25. p. 801. de Eduardo ita scripsit: *Certe, tantæ regem exspectationis Europa, seculis nunc aliquot, nullum habuit. Inde a teneris annis optime formatus, & institutus ad pietatem atque litteras, non Latinam modo, sed Græcam & Gallicam quoque linguam nouerat, & euangelii doctrinam vehementer amabat, & doctis omnibus hospitium dabat atque patrocinium, Germanis, Italis, Gallis, Scotis, Hispanis, Polonis.* Plura habet Burnet *sub finem Tom.* 2. *Partis* 2.

c Iam dixit pro nobis Sleidanus.

d Pridie Non. Iul. CIϽ IϽ LIII obiit rex Eduardus.

e Anglorum annales & exterorum in hoc fere consentiunt, lento veneno regem periisse:

lato, magna rerum conuersio subsequuta est. Dudlei enim Nordhumbrii ope, qui Somersetum euerterat, Henrici sororis neptis *a* IANA Suffolcia, nurus Nordhumbrii regina declaratur, quasi *b* heres ab Eduardo, exclusis sororibus, nominata, quarum maior MARIA, populi fauore nixa *c* Ianam cum

quamuis non insolens sit præmatura illorum mors qui ingenio, doctrina, & sapientia ætatem tantis passibus anteuertunt. Thuanus *lib.* 13. *ineunte*, mortuum dicit ex humore acri in pulmones destillante, quo in dies confici, & in hecticam paullatim euadere conspiciebatur.

a Burnet *Part.2. Tom.2. principio.* Vocatur & *Ioanna.* Idem nomen.

b Vere quidem scripta heres ab Eduardo fuerat, sed victo & persuaso artibus Nordhumbrii, de quibus Thuanus *d. l.* Sorores enim vitio natalium excludi perhibebat: Immo metuendum, quin exteri per harum matrimonium in Anglia euehantur: inde nouæ leges & instituta.

c De supplicio Ianæ notabilia sunt, quæ Thuanus d.l. p.255. scripsit, & quæ ipsa in supplicio loquuta fuit. Qui auctor vocat *titulis maiorum illustrem feminam, sed virtute & ingenii nobilitate illustriorem, quæ dum vitrici & imperiosæ matris ambitioni obsequitur, a regno ad suppli-*

cum *a* marito, & Nordhumbrium capite multat. Hæc pontificia sacra *b* reducit, & acrius tuetur, postquam PHILIPPO, Hispaniæ regi, Caroli filio, nupsit, quod pontifex Paullus IV remuneraturus, Hiberniam regni dignitate ac titulo auget: liberalis in alieno, & quod *c* duo reges, & ipsa hæc regina, iam ante vsurpauerant. Sterilitate autem coniugii factum, vt spes irrita esset, quam

cium rapta, aliena culpa pœnas luerit. Græce & Latine docta fuit. *Ibidem.*

a Hic erat *Gilfordus*, quartus filius Nordhumbrii ducis.

b Non reducit modo, sed protestantes etiam grauiter adfligit. *Burnet. T.2. & Thuan. lib.17.pr.* Et iusiurandum, a patre Henrico constitutum, quum a papa deficeret, suis remisit. *Thuan. dict. loc. pag.225.*

c Henricus VIII & filius Eduardus. Antea reges Angliæ titulo *Domini Irlandiæ* contenti fuerant: Henricus vero, XXXIII anno regni sui, postquam abdicauerat pontificis auctoritatem, Hiberniam quoque regnum, auctoritate senatus seu parlamenti, constituit. *Burnet. pag.518.* Sarpius seu Suauis *Hist. Concil. Trid. lib.5. pag. 354.* arcanum pontificis consilium egregie manifestat. Adde V. C. *Chr. Becmanni Notit. Dignit. Diss. I. cap. I. n.8.*

quam *a* Angliæ potiundæ maritus & socer conceperant. Huic post quinque annos *b* defunctæ soror ELISABETA XXV annorum virgo, *c* asperis multis, & duris casibus ad prudentiam, regno parem, formata, succedit, quæ rursus sacra commutat, pontificiis in perpetuum eliminatis.

Phi-

a Eo cupidiores erant coniungendæ Angliæ, quo plus potentiæ illorum hosti accreuisse videbatur ex Scotia, cuius regina Francisco II, Galliarum Delphino, desponsata, in soceri aula educabatur, cui legitimis nuptiis etiam coniuncta fuit VIII calend. Mai. anni CIƆ IƆ LVIII. *Thuan. lib. 20. p. 390.*

b Obiit Maria Anglica mense Nouembri CIƆ IƆ LVIII. Godwin Ann. *lib. 3.* Larrey *hist. d'Angleterre tom. 3.*

c De his Cambdenus *in Appar. Hist. pag. 24. seq.* In carcerem enim contrusa fuerat tanquam socia coniurationis in reginam, & postea quoque, quamuis liberata fuerat, ipsis coniuratis innocentiam eius testantibus; non tamen sine custodia fuit, quæ illam religionis caussa suspectam, obseruaret. Vitam scripsit Gregorius Leti. Vide *Annales Rerum Anglicarum*, sub Henrico VIII *Eduardo VI, & Maria gestarum.*

Philippo pater cum Belgio Hispaniam concesserat, qui Gallicum bellum persequutus, Sancti *a* Quintini fanum, in Veromanduis situm, *b* obsedit, & Gallorum exercitum, qui vrbi auxilio venerat, ad internecionem cecidit. Actum fere de regno fuisset, si victor mouisset in Parisios; sed huius vrbis obsidionem, & *c* aliarum, persequutus, tempus vires reparandi hostibus ipse dedit. Pax breui post ad *d* Cameracum inita, qua mutuo ablata *e* redde-ban-

a Thuano est ipsa Augusta Veromanduorum *p.* 370: etiam Valesio *in Notit.* Galliæ: alii ex ruinis eius in propinquo loco natam dicunt.

b De obsidione Thuanus *lib.* 19. consulatur: etiam de clade iuxta illam, Gallorum.

c Castelli & Hanæ (*Chastelet* & *Han*) quas Thuanus *d. l. pag.* 367. describit.

d Vulgo *Chasteau en Cambresis*: Thuano *lib.* 20. *p.* 399. Cœnobium in agro Cameracensi locus pacificationis, cœptæ Octobri CIↃ IↃ L VIII. Galli enim integram regionem Le Cambresis vocant. Capita pacificationis tradit idem Thuanus *lib.* 22. *p.* 430, & plenius Cœlius Curio Secundus *lib.* 29. *p.* 741.

e Etiam Quintini fanum, siue *Saint Quentin*, in Picardia.

bantur, præter *a* Caletum, quod mansit in potestate Gallorum; & *b* Tarvennam Morinorum, quæ solo ante quinque annos æquata, reddi nec potuit, neque post ex ruinis resurrexit.

Interea Carolus Cæsar fortunæ suæ pertæsus, quum *c* valere imperio dixisset, monasterium haud longe ab

a Caletum, *Calais*, Anglorum fuerat ex longo tempore, quo aditus in Galliam aperitur: paullo ante ereptum a Gallis, quod quum nollent pacificatores Anglis reddere; amissio mœrorem & morbum reginæ auxit, &, quod multi credunt, mortem accelerauit.

b Hæc vrbs Artesiæ, munita situ & opere, Gallico præsidio suo Belgicas Caroli regiones multum infestauerat, quam rex Galliæ, & arcem Tarbellorum *(Acqs)* ad Pyrenæos, duos puluinos appellauit, quibus innixus in vtramque aurem secure dormiret, intelligens duo contra Hispanorum potentiam propugnacula. *Thuan. lib.* 12. *sub init.* & *Freigius Paralip. ad Aemil. pag.* 9.

c Imperio & regnis se abdicauit anno CIↃ IↃ L V I, & a. d. xv. calend. Octobr. soluit nauem Sudeburgo, Seelandiæ arce, & prono cursu in Cantabriæ portum, Laredunum delatus est. *Thuan.* 17. *sub fin.* & *Guil. Godelæuei Histor. Abdicat. Car. apud Schard.*

ab *a* Emerita Hispaniæ situm subiit, vbi altero anno inter sacra studia, quibus tum vnice vacabat, mortalitatis suæ *b* finem fecit.

Tanti principis obitum multæ illustres mortes comitatæ. Paruo *c* tempore

a Sic Curio Secundus locum definiuit Supplem. *lib.* 29. *p.* 733. Thuanus d. l. a Placentia eius situm denominat: vt inter vtramque appareat esse. Monasterium erat D. Iusti Castiliæ finitimum, in templo Cathedrali Legionensi sepultus.

b Excessit vita Carolus V. a. d. XI. calend. Octob. CIↃ IↃ LIIX. Exequiæ quas fratri suo Augustæ Vindelicorum celebrari iussit Ferdinandus I, singulari scripto describuntur *Augustæ Vindelicorum* 1559. 4, cum harum recensione prodiit *Iulii, Numburgensis Episcopi de morte Caroli V Oratio* 1559. 4 *Georgius Amerpachius threnodiam* scripsit *de morte Caroli V.* In Tomo III Freheri extat *Io. Ant. Viperani laudatio funebris habita Messanæ* 1558. *Mortem Caroli V euangelicam* singulari dissertatione descripsit *Io. Fridericus Mayerus, Lipsiæ* 1682. 4. Quibus addimus *Io. Burcardi Menckenii de naeuis Politicis Caroli V* dissert. *Lipsiæ* 1706. 4.

c Curio Secundus IV. *Non. Septembres*: Rittershusius XIV Aprilis: Thuanus *Februario* Eleonoram exstinctam tradunt. Nos Curionem

pore antecesserat ELEONORA, Galliæ regina, Francisci vidua, fratrem in Hispaniam prosequuta: breui post illum soror altera *a* excessit, MARIA, Ludouici Vngari vidua, per multos annos Belgii gubernatrix: necnon altera *b* MARIA, Cæsaris nurus, Brittanniæ regina: ex paruo interuallo sequuti *c* HENRICVS rex Galliæ, & *d* PAVLLVS IIII pontifex Romanus.

Sub hoc tempus, anno CIↃIↃLX, noua expeditio in Africam tentata, vt Tripolis, a Turcis capta, ab Hispanis reciperetur. Quod quum male cessisset, pretium operæ erit, rem altius repetere.

sequuti sumus, quem vide *Supplem.* 29. *p.* 740. Hæc & Emanuelis Lusitani regis vidua fuerat.

a XV Calend. Nouemb. eiusdem anni. Atque sic non totum mensem fratri superstes fuit. *Thuan.* 21. *pag.* 403. Huius etiam exequias Augustæ insimul celebrari voluit Ferdinandus.

b a. d. XV Calend. Decembris. *Burnet.*

c a. d. VII Idus Augusti. anni sequentis CIↃIↃLIX. *Thuan.* 22. *extr.*

d XI Calend. Septemb. eiusdem anni. *Thuan.* *pag.* 449.

re. Anno CIƆ IƆ X *a* Nauarrus Petrus classi præfectus, Hispanorum ditionis hanc vrbem fecit, quum antea *b* Tunnetani regni pars fuisset, aut proprio paruisset principi. Carolus autem rex Hispanorum, idemque imperator Romanus, S. Ioannis illam equitibus, quibus *c* Meliten tribuerat, *d* custodiendam dedit, qui vsque ad *e* medium sæculi etiam præsidio tenuerant. Quum vero Turcicum piratam, Barbarussæ successorem, (Draguti nomen erat) Hispani persequuturi *f* Monasterium, Aphrodisium, & insulam Meningem cepissent; altero anno Turcus cladem vlturus, *g* Meliten quidem frustra tentat, at Corcyram expugnat, *h* Tripolim de-

a Paullus Iouius *epit. lib. 9. extr.* Thuan. *lib. 7. p.* 147.
b De la Croix *Tom. 2. Africa p.* 136.
c Vide supra *p.* 33.
d de la Croix *d. l.*
e ad annum CIƆ IƆ L I. *Thuan. 7. extr.*
f Thuanus *lib. 7. pag.* 140, *seq.* & Curio *supplem.* 29. *p.* 808.
g Cæl. Curio ibidem *pag.* 711. Thuan. 7. *pag.* 146.
h Thuanus *sub finem lib.* 7.

deditione capit. Carolus triennio post Aphrodisium (quæ Africa etiam & Mahomedia dicta fuit) euersis munimentis, *a* deserere iussit: Philippus, Siciliæ *b* proregis hortatu, anno nono, quam amissa erat, recuperaturus Tripolim, multo damno adfectus est nec quidquam præter Gerbim insulam, quæ & *c* Meninx fuit, occupauit, vnde breui post rursus excidit, & *d* præfectus insulæ Constantinopolim abductus, vix multa *e* Busbequii opera, Ferdinandi ad Portam oratoris, liberari tandem potuit. Eodem tempore *f* Caruen-

a Thuan. *lib.*14. *extrem.* anno CIƆ IƆ LIV.

b Ioannis Cerdæ. De expeditione illa Thuanus 27. *p* 504.

c Meninx & Lotophagitis, vetera nomina; recentius Gerbis, eiusdem insulæ, in sinu Syrtico.

d Cui Sandæo nomen erat, vir fortissimus. *Thuan. lib.*26.

e Vide Thuanum *ibidem p.* 511.

f Caruenna Thuano *d. l.* 26. quæ & *Caruan*, & *Caireuan*, siue *Cairoan*, in Byzacena siue Tunetana regione: quondam Caliphatus sedes: veterum *Tudra Thysdrus* videtur fuisse. Nec confundenda cum alia huius nominis in Cyrenaica.

uennæ regnum, adhuc suo regulo vsum, a Dragute occupatur, vt sic omnis ora Africæ, quæ super mediterraneum mare est, in Turcorum potestatem deuenerit, præter Mauretaniæ partem, quæ Fessanum, & quod ei in austrum subiacet, Maroccenum regnum tenet, quem tractum ad nostra vsque tempora Saraceni possident.

His temporibus Samosateni, Sabellii, Photini, Ariique doctrina magno ecclesiæ damno resuscitatur. Nam anno CIO IO XLVI compertum fuit, apud *a* Vicentiam Italiæ esse, qui Trinitatis confessionem negarent, e quibus quum *b* duo capti, & Venetiis supplicio adfecti essent, reliqui diffugerunt, pars in Turciam & *c* orientem, Lælius

a Historiam hanc tradit Andreas Wissowatius, Fausti Socini ex filia nepos, cuius integram narrationem Chr. Sandius *Append. Hist. eccles. p.* 86. seq. exhibuit.

b Iulius Treuisanus & Franciscus de Ruego, de quibus narrator d. l. *capti, Venetiis suffocati sunt.*

c Idem Wissowatius: *partim sub Turcarum imperium, vbi cuiusuis religionis libertas permitti-*

autem Socinus, Senensis iurisconsulti filius, in Helvetiam, vbi etiam, post alias *a* excursiones, diu latitauit, & Tiguri CIↃ IↃ LXII diem suum obiit. Prius quidem idem virus Michael *b* Seruetus, Tarraconensis, in variis locis sparserat, sed serius deprehensus & quum pergeret Christo maledicere, nec meliora *c* docentes audiret, Geneuæ CIↃ LIII *d* combustus est. Nec vero

tur, contulerunt se, Thessaliam & Damascum profecti; partim in Heluetiam.

a Bis inde in Poloniam excurrit, sed plus temporis exegit Tiguri, vbi & mortuus est. *Idem.*

b Seruetus, medicus professione, iam ab anno CIↃ IↃ XXV & voce, & scriptis libris, Trinitatis mysterium oppugnauerat. *Hornius Hist. eccles. p.* 200.

c In quibus cum primis nominandus Io. Caluinus est, Geneuensis ecclesiæ & scholæ insignis doctor, qui tamen eius doctrinam postea, quod ei ex illius nece inuidia conflaretur, proposuit & publicato libello confutauit, prout author est Thuanus *lib.* 12. *p.* 241. & P. Suauis *Hist. Conc. Trid. lib.* 5. *pag* 349; quem vero Hornius excusat. p. 201.

d Supplicium scripsere Sleidanus *lib.* 25. *p.* 812. & Thuanus *c. l.*

vero flammis illis impia doctrina eius deleri ita potuit, vt non latius manaret: quam opera sua in primis iuuere *a* Valentinus Gentilis, Consentinus, & Georgius *b* Blandrata, Pedemontanus, sed non idem semper sentientes, nec eodem etiam fato & fortuna vsi. Ille enim cum Arianis faciebat, & cum coepto nollet desistere, in Bernatium vrbe *c* capitis poenam, perinde ac Ser-

G 3 ve-

a Valentinus Gentilis, Italus natione, Consentia Bruttiorum, siue, vti nunc vocatur, Consenza Calabriæ citerioris, oriundus, religione Arianus, cuius dogmata tradit Sandius, & ipse Arianus, *lib. 3. Hist. Eccles. pag.* 437. Ex discipulis eius præter Blandratam, famosiores fuerunt, Io. Paullus Alciatus, Mediolanensis, professione medicus; Gregorius Paulli, Cracouiensis ecclesiæ minister: & Iacobus Palæologus, Romæ postea ob eandem caussam flammis peremtus. *Sand. c. l.* Scripsit historiam Gentilis singulari libro Bened. Aretius.

b Blandratam Maimburg Hist. Arianismi lib. 12. p. 344. dicit *Piemontois, & medicin comme Servet.*

c Periit Gentilis vel *capite truncatus*, vt Sandius *d. l. pag* 428; vel *combustus*, vt Hornius refert p. 202. Thuanus lib. 38. extremo, *supplicio*

vetus, luit: hic autem in Dacos profectus, vt *a* principi medicinam faceret, nihil prætermisit, quo suam de Christo opinionem & longius proferret, & principis *b* fauore in Dacia stabiliret. Erat ibi *c* Franciscus Dauidis, im-

capitali adfectus. Incidit pœna eius & mors in annum CIↃIↃLXVI.

a Ioanni Sigismundo, Transiluaniæ principi, cui antea Stephani nomen ex spe & omine fuerat, vt patri suo Ioanni Sepusiensi in Vngaria succederet. Nepos is Sigismundi, Poloniæ regis ex filia erat, vnde alterum nomen adhæsit. Vide supra *pag.* 71. 73, & Cœl. Curionem in fine supplementorum.

b Qui Ioannes ille Sigismundus fertur Arianus fuisse. Sandius H. E. lib. 3. pag. 430, *Anno* 1571. *obiit Ioannes Sigismundus, princeps Transiluaniæ, Arianus, qui fuit filius Ioannis Scepusii regis. Soror quoque Ioannis Sigismundi fuit Ariana.* Adde Wissowatium apud eundem *in Append. p.* 89.

b Hic fuit Samosatenianus, sed peior ceteris, quo omnem adorationem Christo denegaret. Blandrata autem ex Ariano Sabellianus & Samosatenianus factus, Sandius Hist. eccles. pag. 428. de illo: *Georgius Blandrata etiam per Val. Gentilem Arianus factus dicitur: & Blandratæ discipuli eo processerunt, vt palam nomen & do-*

impudentior ceteris suæ societatis, adeo vt penitus negaret, adorandum vllo modo Christum esse: contra quem Blandrata *a* Faustum Socinum, Lælii fratre genitum, ex Heluetia arcessit, quocum postea, *b* successore principe regnum capessente, in Poloniam discessit, idemque de Christo docere non desiit, quod eo facilius etiam perfecit, quo *c* plures ibi Vnitarios inuenit.

 Hæc

ctrinam Arii tuerentur, teste Aretio cap. 1. histor. de Valentino Gentile, Blandrata tamen postea in deliria Sabellii & Samosateni incidit, teste ipso Valentino Gentile.

a Faustus Basileæ per quatuor annos commoratus, a Blandrata in Transiluaniam euocatur ad refellendum Franciscum Dauidis. Venit eo CIƆ IƆ LXXVIII, & sequente anno in Poloniam migrauit. Wissowatius *d. l. p.* 89.

b Stephano Bathori, rege Polonorum electo.

c Wissowatius *d. l.* refert, Belgam quendam circa tempus, quo Lælius Socinus ex Italia excesserat, in Polonis scrupulum de Trinitate mouisse, quem auxerit Modreuius, a secretis regis Sigismundi Augusti. Lælius quoque Socinus in Polonia aliquoties fuerat; nec non Blandrata, antequam veniret in Transiluaniam. Exinde

Hæc in Sarmatis, Dacis & Heluetia: in Germania protestantes *a* principes Numburgi CIↃ IↃ LXI conuenerunt, vt tum alia transigerent, tum maxime de forma confessionis suæ, quæ *b* non eadem

Fratres Poloni. Cum postea Racouia ipsorum habitationi concessa, proprium ibidem instituerunt Gymnasium, ex quo Catechismus Racouiensis originem habet. Tandem CIↃ IↃ C LXXXV occasione libri, cui titulus: *Tormentum throno Trinitatem deturbans*, ex omni Polonia fuerunt eiecti. Nunc apud Transyluanos adhuc Clausenburgi sedem habent. Arnoldi *Hist. Eccles. & Hæres. p.* 2. *lib.* 16. *c.* 33. *& lib.* 17. *c.* 13.

a Conuenerunt ineunte anno Fridericus Palatinus, & Augustus Saxo, electores: Philippus Hassus, Io. Fridericus Saxo, Wolfgangus Palatinus Rheni, Ernestus & Philippus Brunsuicenses, Vlricus Mecklenburgicus, Christophorus Wirtenbergensis, Carolus Badensis, Georg. Ernestus Hennebergicus: Legatos eo miserunt Pomerani, Anhaltini, & Io. Albertus Mecklenburgicus: quidam tantum litteras, vt rex Daniæ, & Luneburgenses *Chytræus lib.* 20. *p.* 586. huius conuentus historiam vernaculo sermone nobis tradidit Georgius Paulus Hönn, *Francofurti* 1704. 8.

b Variabant exempla Augustanæ confessionis vel casu, seu scribarum inconsiderantia: vel studio

dem apud omnes erat, certi aliquid definirent. Primo itaque exemplo, rejectis interpolatis, iterum principes subscripserunt: atque ex eo tempore discrimen Augustanæ confessionis sinceræ, & variatæ, innotuit, grauiorum motuum in posterum origo, postquam a Principes quidam, Augustanæ antea addicti, Heluetiorum confessioni apertius accesserunt.

G 5 Eodem

Melanchthonis, quod plerique interpretantur, vt Heluetiæ confessionis socios protestantibus conciliaret. Huic enim Philippo illa mutatio imputatur, sed priuato, inconsultis, quorum caussa communis agebatur. Elector sane Ioannes Fridericus id ægre in pluribus articulis a Melanchthone factum ferebat, vt est apud Seckendorf. *lib.* 3. §. 60. *num.* 5. anno CIↃ IↃ XXXVII. Non enim recens hæc mutatio erat, quum Numburgi ad primum exemplum principes prouocarent. Notabilior præ ceteris erat forma anno CIↃ IↃ XXXX edita quæ multos in decimo præsertim articulo offenderat.

a Electori id Palatino jam tum in conuentu Io. Fridericus Saxonicus obiiciebat. *Chytræum* p. 587. vide, qui præsens in conuentu fuit, & singula adnotauit.

Eodem tempore auctoritate Friderici III Palatini & Christophori, Ducis Wirtenbergici Maulbrunnense institutum Colloquium, Caluinianos inter & Lutheranos circa controuersiam de Eucharistia. Quo cum non conuenerit, origo fuit manentium inter vtrosque dissidiorum. *a* Inter hæc, Tridenti concilium haberi cœperat: post *b* primam indictionem, ob infrequentiam; dilatum, aliquando etiam in partes scissum. Etenim anno CIↃ IↃ XLVII Itali episcopi Bononiam secesserunt, aeris intemperiem & luis metum *c* caussati: manentibus cunctis, quos Cæsar miserat, a quo frustra Bononienses *d* reuocantur: nec restitui con-

a Vid. Epitomen Colloquii Maulbrunn. inter Theologos Heidelbergenses & Würtenberg. Tubingæ 1565. editam.

b Indictum fuerat CIↃ IↃ XXXXII, sed bellorum interuentu dilatum vsque ad annum CIↃ IↃ XXXXV, & sequentis anni Ianuario demum initium cepit. *Sleidan. lib.* 14. & 16. *Suauis lib.* 2.

c Quæ Cæsarei cum Pontificiis de hoc disputarunt, vide apud Pallauicin. *lib.* 9. *cap.* 14.

d Pallauicinus *lib.* 9. *cap.* 18. legatur.

concilium in locum potuit, antequam Paullus III, qui inceperat illud, *a* desiisset viuere. Cuius successor demum IVLIVS III, cui, legato antea pontificis ad concilium, Montano nomen erat, Tridenti instaurauit. Inuitati protestantes non semel erant, qui vero nec ipsi venerunt, neque etiam *b* legatos misere, quod *c* liberum con-

a Mortuus est Paullus III a. d. IV idus Nouemb. CIↃ IↃ XXXXIX. Nec vero statim restitutio facta, sed diploma redinctionis satis superbum (quod Suauis *lib.* 3. *p.* 269. recitat, & Cæsari displicuisse tradit) datum fuit XV Nouembris, vt vix mense Maio CIↃ IↃ LI repeti conuentus Tridentinus potuerit. *Idem Suau. lib.* 4. *ineunte.*

b Venerunt quidem eo legati Brandenburgici, dein Wirtenbergenses, & ipsi Saxones, omnes anno CIↃ IↃ LI; sed quum vidissent, nihil agi, quod in libero concilio debet; singuli a principibus suis reuocati sunt. *Sleidan. lib.* 23. *Curio Suppl.* 29. *p.* 714. *fin. &* 715. *qui accuratius singula perscripsit: & Pallauicin. lib.* 12. *cap.* 9. *&* 15. Post hæc caussas, cur ad Concilium nequiuerint comparere singulari scripto Imp. exposuerunt, quod extat inter Goldasti *Reichshandlungen p.* 194.

c Quod etiam ex Landgrauii subscriptione Halæ vrgente Cæsare, facta, elucet, quam Sleidanus

cilium postulauerant, in quo Papa non iudex esset, sed æque, vt alii, ex diuinis litteris iudicaretur: & quamuis fidem suam interposuerat Cæsar, tamen Mauricius Saxo cum aliis respondit, Constantiensi se synodo moneri, nisi *a* Basileensis exemplo vna patres synodi cauissent, non tutos suos in eo loco fore. Dum itaque trahitur concilium, Cæsar Augustæ CIↃ IↃ XLVIII per *b* Iulium

lib. 19. p. 584. docet fuisse, *liberi, pii, & generalis concilii decretis, quo quidem in concilio non minus reformetur caput, quam reliqua membra, velle se parere, sicut Mauricius & Brandenburgicus facerent.*

a Vide Curion. *Supplem. pag.* 711. Ad hoc quid patres concilii responderint, vide apud Pallavicinum *lib.* 12. *cap.* 15. *num.* 9. quamquam hoc non tam ex actis, quæ de hoc *perpauca* sint, quam coniectura sua proferat.

b Hos auctores nominatim referunt Sleidanus *lib.* 20. P. Suauis *lib.* 3. *p.* 260. At Pallauicinus *lib.* 10. *c.* 17. non auctores, sed censores facit. *Quis illius* (libelli) inquit, *fuerit auctor, incertum est: sed ipsum Cæsari obtulerunt nonnulli principes, qui vel nimia pacis cupiditate hallucinati, vel quæstionum ad religionem spectantium imperiti spem cum eodem Cæsare conceperant, fore, vt in vna eademque doctrina possent hære-*

lium Pflugium, Numburgensem antistitem, Michaelem Sidonium, posthæc Mersburgensem; & Ioannem Islebium Agricolam, theologum Brandenburgicum, conscribi formulam curat, quam pacate omnes in Imperio sequerentur, donec in synodo diremta esset controversia. Idcirco *Interim* libellum dixere, qui pontificius totus erat, præter vtramque speciem sacræ cœnæ, & sacerdotum matrimonium, quibus vti protestantibus permittebat. His libellum, vt regulam, Cæsar obtrudebat, quamuis plerique *a* reiiciebant, etiam captiuus *b* Saxo, cui cum liberationis spe commendabatur. Nec Pontifi-

tici cum catholicis concordare. Illum Cæsar recognoscendum dederat tribus viris sacrarum litterarum scientia insignibus Iulio Pflugio, Michaeli Sidonio, probo vtrinque catholico: & Ioanni Agricolæ Islebio hæretico, Septemuiri Brandenburgici concionatori,&c. Vide Hortlederum *tom.*2. *lib.*4. *c.*4.

a Vide de his Sleidanum *lib.* 21. *post princip.*

b Per litteras captiuus Elector Cæsari respondit, quas integras tradit Chytræus *lib.* 16. *p.* 489. *seq.*

ciis ille liber placebat, qui nescio *a* quid mali, *b* Anglorum exemplo moniti, ex illo libello & sibi & pontifici metuebant. Tandem vero CIↃ IↃLXIII pridie Nonas Decemb. concilium finitur a PIO IV pontifice, Paulli IV successore, postquam a prima indictione per viginti & amplius annos, viginti quinque sessionibus, sub quinque pontificibus, *c* MARCELLO adnumerato, extra-

a P. Suauis lib. 3. pag. 260, *Eius* (libri Interim) *exemplar, vbi Romam adlatum, omnes in stuporem dedit, quod princeps secularis in conuentu ordinum, magna parte secularium, de re religionis non solum in vno aliquo articulo, sed in omnibus fere capitibus statuere sustineret.*

b Idem paucis interiectis: *Subuerebantur, ne Caesaris hoc factum, esset prooemium tragoediae illius, quam in Anglia concitaret Henricus* VIII.

c Hic Iulio III successerat CIↃ IↃ LV a. d. v. idus Aprilis, nomine suo non mutato, qui vero nihil in concilio perfecit, XXII pontificatus die morte praeuentus: at egregiam voluntatem habuisse, Petrus Suauis tradit lib. 5. p. 352. De concilio dicebat, *antea minus successisse, quod rectam nunquam institissent viam,* Item: *E decessoribus suis, quinque successione perpetua, ipsum emendationis nomen abhorruisse - - - quod persuasum haberent illius auctores, aucto-*

tractum fuerat. Sed nihil fructus ad ecclesiam ex hac synodo perlatum, quum neque in fidei doctrinis, neque in moribus clericorum emendatum quidquam fuerit. Sancita etiam in eo sunt, quæ antehac inaudita fuerant, traditiones diuinis scripturis, & apocryphos libros canonicis æquari; & vulgatam Bibliorum Latinam versionem authenticæ scripturæ auctoritatem habere, quam vero a mendis *a* purgandam esse ipsi patres in concilio confitebantur. Mitior quidem Pius IV antecessore fuit, & Ferdinandum pro imperatore agnouit, quod magno fastu *b* Paullus IV negauerat: tamen concilii decreta, qualiacunque erant, in consisto-

ritatis pontificiæ extenuationem solummodo spectare: se vero longe aliter sentire, nihil æque facere ad auctoritatem eam vel conseruandam vel amplificandam, &c.

a Vide P. Suauem *lib.* 2. *p.* 140.

b Thuanus *lib.* 21. *p.* 404. *seq.* Caussa superbæ negationis, quod resignatio Caroli, & translatio imperii in Ferdinandum fratrem inconsulto pontifice facta.

sistorio confirmat, & orbi, *a* qua Pontifici paret, cum imperio commendat; licet non par *b* apud omnes veneratio sequuta fuerit. Hæc triennio post Martinus Chemnitius ad examen reuocauit, quo plus lucis veritati attulit, quam

a Vendunt quidem pro œcumenico & generali, qui pontifici obnoxii sunt: nec vero ex tota christianitate episcopi aut theologi interfuerunt: & ex iis qui adfuerunt, multi fuere personati & titulares, v. g. Vpsaliensis & Armachanus archiepiscopi &c. de quibus *Curio Secundus Suppl. 28. p. 683.* consulatur.

b Galliæ rex in ipso concilio contra illud per legatum protestatus est, neque pro publico seu generali, sed magis pro conuentu quodam priuato habuit, *Sleidan. l. 22. p. 711.* Nec finiti concilii decreta, etiamsi a pontifice confirmata essent, a catholicis Gallis recepta æque sunt, ac ab illis nationibus, non tam dissensu in rebus fidei, quam rerum ceterarum, quæ ad iura & priuilegia ecclesiæ Gallicanæ pertinere ferebant, quibus derogatum in vltimis synodi decretis putabant. *Pallauicin. lib. 24. c. 10. n. 15.* Vid. & Pauli Sarpii *Historia Concilii Tridentini* Innocentii Gentilletii *Examen Concilii Tridentini.* Io. Henr. Heideggeri *anatome concilii Tridentini contra Pallauicinum.* Vid. Cæsar Aquilinius *de tribus Historicis Concilii Tridentini.*

quam qui operoso conatu defensum iuere, Andradius, Vega, aliique, & vniversus, tum recens patre Loyola natus, Iesuitarum ordo, a pontifice Paullo III, anno *a* CIↃ IↃ XL confirmatus.

Inter hæc late in Gallis diffusum euangelium erat, in dies illorum numero aucto, qui vel primam Augustanam, vel Heluetiam confessionem, postea ibidem præualituram, sequebantur, nouo, nec certum vnde, *b Hugonotorum* notati nomine. Nec de plebe tan-

a Thuanus lib. 37. p. 691.

b Idem Thuanus lib. 24. p. 472. *Hugonoti ridiculum simul & odiosum nomen ab eo loco* (Cæsároduno) *innotuit, quo, qui antea Lutherani dicebantur, passim postea in Gallia vocari cœpere. Huius autem hæc origo fuit, quod quum singulæ vrbes peculiaria nomina habeant, quibus marmones, lemures, manducos, & cætera huiusmodi monstra inania, anilibus fabulis, ad incutiendum infantibus terrorem, vulgo indigitant; Cæsaroduni* Hugo rex *celebratur, qui noctu pomœria ciuitatis obequitare & obuios homines pulsare & rapere dicitur. Ab eo Hugonoti appellati, qui ad ea loca ad conciones audiendas ac preces faciendas itidem noctu, quia interdiu non licebat, agminatim in occulto conueniebant.* Cæsaro-

tantum homines, sed principes quoque sacrorum purgationi fauebant, in quibus Burbonii erant ANTONIVS Navarræ rex, eiusque frater Ludouicus CONDAEVS. Hos contra GVISII fratres, CAROLVS cardinalis, & FRANCISCVS, bellicarum rerum præfectus, emerserunt, quos adfinitas regis audaciores faciebat. Quum enim Henricum II certamen *a* ludicrum peremisset; filius FRANCISCVS II successit, qui MARIAM, Scotiæ reginam, Guisiorum sorore natam, in matrimonio habebat, sub quo Condæi, ducis Hugonotorum *b* insidiæ, quibus Guisios

dunum in Turonibus est, vulgo *Tours*, ad Ligerim, quod inde Turonum ad portam Hugonis fuit dictum.

a Hastiludium vocant, idque in sororis Margarethæ nuptiis, Philiberto Emanueli Sabaudo principe elocatæ, institutum erat. Adde supra *pag.* 150.

b Quæ tales erant, vt supplicaret pars regi pro libertate religionis: quam si negaturus esset, ceteri Guisios interficerent. Ambosiæ peragere facinus conuenerat. Nomen Ducis initio non editum, sed dux mutus constituitur Gotfriedus Barrius Renaudius, alias Forestus, qui grandi

ſios oppreſſurus erat, produntur, ipſeque captus fuiſſet capite, niſi *a* mors regis tumultum diremiſſet. Qui enim fratri ſucceſſit CAROLVS IX, nouem annorum puer, ætatis cauſſa ſub matris, Mediceæ CATHARINAE imperio erat, quæ vt potentius regnare poſſet, Guiſiorum æmulos excitauit, quaſi ipſa non iniqua religioni nouæ eſſet. Augebat ſpem *b* Poſſiacenſe colloquium;

pecunia ob falſi crimen fuit multatus & relegatus. Modum detectionis Thuanus aperit *lib.* 24. *p.* 470.

a Anno CIↃ IↃ LX mortuus ex vlcere in capite, quum ageret XIIX annum ætatis, regni alterum & matrimonii.

b Poſſiacum (*Poiſſy*) oppidum, haud longe a S. Germani fano ſitum, vbi rex & regina mater cum principibus adfuere. Inter Reformatorum collocutores erant Theodorus Beza, Aug. Marloratus & Petrus Martyr, Tiguro euocatus. Poſtulabant Reformati, vt futuræ diſputationis hic eſſet modus, ne antiſtites huic conſilio ſint præſides, ſed rex cum conſiliariis totam rem ſua auctoritate moderetur, omnes controuerſiæ ex verbo Dei componantur, omnia a notariis excipiantur. Cœpit autem IX Septembris in præſentia Regis Nauarræ, Ducis Aurelianenſis, Ducis Condæi &c. *Thuan. lib.* 28. Adde *Com-*

um; & edictum, quod a mense quo editum, *a* Ianuarium vocatur, quo libertas protestantibus concedebatur. Quod quum male haberet *b* III viros, hoc est Momorancium, Fr. Guisium, & Santandreanum, primos ministros aulæ & purioris religionis infensos hostes; funestissimum bellum erupit, cui *c* Vassiacensis tumultus quo inter sacra Hugonoti

mentar. de Statu relig. sub Carolo IX. Part. I. *lib.* 3. *a princ.*

a Habetur in dictis commentariis Parte I. extrema. Anno CIↃ IↃ L V I I edictum Castrobriantæum publicabatur, quo nouæ religionis adseclæ, nisi facta in Romanam ecclesiam fide, a muneribus publicis prohibentur. Contra quod apologiam edidere Protestantes. Aliud erat, quod mense Iulio CIↃ IↃ L X publicatum, vt omnes pacati viuant, nec religionis prætextu fieret iniuria, nec arma, nec milites, nec conventus haberent, vsque dum aliter in concilio vel generali vel nationali determinatum. *Commentarii de Statu Relig. p.* 6.

b Ita & Thuano appellati, *lib.* 29. &c.

c Vassiacum (*Vassy*) in Campaniæ finibus haud longe ab Ionuilla. A Guisiis eorumque comitatu I Martii CIↃ IↃ L X I I tumultus excitatus, & amplius sexaginta trucidati. *Thuan.* 29. p. 559.

gonoti trucidati ſunt, proluſit. Periit *a* rex Nauarræ in *b* Rothomagi obſidione: Guiſius in *c* Aurelianenſi per inſidias, vt credebatur: plures medio tempore ad VIII millia *d* Drocenſi prœlio, quo Condæus & Momorancius diuerſarum partium duces, capti, & Santandreanus occiſus eſt. *e* Pax itaque CIↃIↃLXIII eſt inita, quæ *f* quarto

poſt

a Qui a fratris partibus ſeceſſerat, ſocius iam Guiſiorum.

b Rothomagus, *Roan*, quam obſidionem Thuanus ſcripſit *lib.*33.*p.*627.

c Thuan. *lib.*34.*p.*650. Traiectus Guiſius ſclopeti ictu a Poltroto Meræo, nobili Engolimenſi. Cuius ſupplicium in Commentar. dictis eſt & *ſub fin. Part.*2.*p.*133. Apologiam Colinius & Beza quos Poltroti confeſſio ſuſpectos fecerat, ediderunt. *Thuan. d.l.p.*641. *Schard. T.*3.

d Drocum, *Dreux*, XV leucis a Lutetia occaſum verſus. Prœlium ſcripſit Thuan. *lib.*34.*p.*640.

e Conditiones pacis vide apud eundem *lib.* 34. *extremo.* Tales erant, vt nobilibus merum habentibus Imperium liber vſus religionis, reliquis in familiæ ſaltim vſum concederetur. In ſingulis præfecturis vrbs aliqua libero vſui deſtinaretur.

f Inter I & II bellum nihil memorabile geſtum, niſi quod Angli ex Portu gratiæ (*Haure de Grace*)

post anno exspirauit, quum rumor increbuisset, regem & regis matrem *a* Baionæ id cum Hispaniæ regina decreuisse, vt hæretici exstirparentur. Elusi itaque protestantes, multas *b* vrbes capiunt & *c* Lutetiam arctius includunt, inter quam & Dionysii fanum commisso *d* prælio Momorancius, regiorum dux cadit. Post alias obsidiones, pugnas, deditiones *e* Rupella quoque fœderatis accessit: & quum *f* Autricum obsideretur, pax conuenit CIϽ IϽ LXVIII, sed eodem anno dissoluta,

quo

quem Condæi permissu pro auxilio præstito tenebant, ab regio exercitu cui ipse Condæus intererat, coguntur excedere. *Comment. de Stat. Relig. lib.6. extremo.*

a Quæ sita est ad mare Aquitanicum in Hispaniæ confinio. Philippus eo non venit, forte, vt occultius fœdus esset. *Vid. Commentar. sub Carolo IX lib.7. ad ann.* CIϽ IϽ LXV *p.*61.

b Vide Thuanum *lib.*42.

c Ibidem *pag.*784.

d Thuanus eodem *lib. pag.*785. *seq.*

e Idem *pag.* 788.

f Autricum, Carnutum caput, nunc *Chartres*, clara vrbs in Belsia.

quo tertio bello pugna *a* Bassacana dux Condæus oppetiit, in cuius locum protestantium imperator HENRICVS, Nauarræ rex electus est, qui post mutuas clades, auro ab Elisabetha regina, milite a *b* Palatino adiutus, in Parisios mouens, pacis conditiones hosti extorsit, quæ tertia fuit inter regem & Hugonotos pacificatio, qua his *c* quatuor munitæ vrbes securitatis caussa relictæ sunt.

Quos itaque armis non possunt pontificii delere, dolo & blanditiis, inauditæ crudelitati commistis inuadunt. Ad id sacra coniugalia instituuntur, & regis Caroli *d* soror Henrico Nauarro nu-

a Bassacum, *Bassac*, abbatia in Santonia prouincia, vna leuca ab Iarnaco. Pugnam scripsit Thuanus *lib*.45.*p*.844.

b Bussieres *lib*.19.

c Rupella, *Rochelle*; Montalbanum, *Montauban*; Cognacum, *Cognac*; & Caritæum, *Charité*. Thuan. *lib*.47.*p*.898. Pax facta CIƆ IƆ LXX, sed ea saltim ex caussa conclusa, vt eo melius per insidias opprimi possent Reformati

d Margareta, postmodum repudiata: nisi ipsa pontificis diplomate inducta hæreticum maritum deseruit, vt Bussieres tradit *lib*.21.*cap*.5.

nubit, qui quod caput Reformatorum erat, eiusdem confessionis nobilissimus quisque ad nuptias inuitatur, vt omnes vno die & quasi vno ictu trucidentur. In his ante IX Calend. Septembr. CIↃ IↃ LXXII exsecrandum facinus collatum erat, vt quum signum *a* matutinis precibus daretur, omnes Hugonoti cæderentur, tantum sponso, Nauarræ rege, eiusque fratris filio, Condæo iuniore, seruatis. Initium cædis a *b* Colinio factum, dein' promiscue per septem dies in vrbe & *c* oppidis circumiectis sæui-

a Quæ cum *Vesperis Siculis* idcirco conferri possunt, de quibus Hist. Med. æui p. 149.

b Colinius Amiralis, *Coligny*, præcipuus dux fuerat protestantium, quamuis Nauarri auspiciis res gereretur.

c Ortum malum Lutetiæ, manauit in prouincias, & Meldis, *Meaux*; Aureliani, Tricassibus, *Troyes*; Andegaui, Biturigibus, *Bourges*; Lugduni, Tolosæ, & Burdegalæ, *Bourdeaux* non minus, quam in vrbe regia sæuitum. *Thuan. lib.* 52. *Comment. sub Car. IX. lib.* II. *VValsingham Memoires let.* CXCV. *Soulier Hist. du Calvinisme.* De eadem laniena sigillatim extant *de furoribus Gallicis Vera & simplex narratio Ernesti Varamundi, Edimburgi* 1573. 4. *Illustrium*

sæuitum adeo, vt breui tempore triginta millia ferro peremta fuerint. Sponsus & fratris filius metu adacti, pontificiis se sacris addicunt, deserendis rursus, quum fortuna permiserit. Ingens reliquorum fuga in *a* munitas vrbes & in exteras nationes, qui testes fuerunt infamiæ, quam catholici Galli nunquam delendam sibi inusserunt.

Dum debellatum cæde credebatur,

H fu-

aliquot Germanorum carmina de laniena Parisiis patrata, Vilnæ 1575. 4. Omnes factum detestabantur. Grauius illam ferebat Maximilianus II Imp. fœdam hanc lanienam, prout ipse adpellat, multis verbis in litteris suis ad Latzarum Schwendium improbans apud Goldastum, *Const. Imp. tom. II p.* 383. Solo Gregorio XIII Papa excepto, qui ita de hac laniena lætatus, vt monetam cudi faceret, ferias celebraret solennes. Extant nummi post lanienam Parisiensem cusi apud Luckium *Sylloge Numismatum elegant. p.* 243. Hinc etiam Gabr. Naudæus *c.* 3. inter alia arcana Status hoc factum referre minime dubitauit. Cui tamen singulari dissertatione respondet Io. Cypriani in dissertatione, *de Statu & Motibus Galliæ in lanienam Parisinam desinentibus, Lipsiæ* 1676. 4.

a Thuanus *lib.* 53.

subito bellum idque quartum resurrexit, initio in *a* Septimania facto, vbi primum consternatis in præcordia virtus redibat. Sed quod omnis spes protestantium in munimentis erat, validissima illorum *b* Sancerra & Rupella vno tempore obsidebantur, & Sancerranis ad horribilem famem redactis, Rupella per octo menses non sustinuit modo, sed *c* fregit etiam hostes, qui fortunæ suæ imputabant, caussam dari soluendæ obsidionis, regis *d* fratre, castrorum præfecto, ad Poloniæ regnum inuitato. Pace igitur facta CIↃ IↃ LXXIII, præter Rupellam [& Montalbano & Nemauso nominatim cautum fuit:

a Occitania inferior, aut pars eius, & ora littoralis, dicta medio æuo Septimania.

b Sacrum Cæsaris, in Bituricensi prouincia in colle ad Ligerim situm. De obsidione Thuanus *lib.* 53. Famem cum Saguntina conferunt scriptores. Vide Baudrand. &c.

c Defensione & eruptionibus XII millia hostium deleuisse, fertur.

d Henrico Andio, id est Andegauensi Duce, *Duc d'Anjou*, tertio filio Henrici II, qui post Henricus III inter Galliæ reges cognominatus est.

fuit. a Sancerræ communi tantum formula, qua perseuerantibus in religione promissa fuit securitas.

Quintum bellum in sequenti anno exarsit, quo noua factio *b politicorum* orta fuit, qui catholicæ quidem confessionis erant, sed aulæ facta detestati, hoc vnice agebant, vt Guisii & Itali homines, quibus mater regis vtebatur, a rebus gerendis remouerentur: idcirco protestantibus in communi se caussa coniunxere. Pugnatum in Septimania & Pictionibus: sed medio tumultu rex Carolus *c* mortem obiit, quo nuntio accepto HENRICVS rex Poloniæ in Galliam clam aufugit, vt fratris

a Thuanus *lib.* 56.

b Thuanus lib. 57. p. 60. *Politici siue Malecontenti.* Sæpe laudatus auctor Comment. de statu relig. sub Carolo IX, lib. 12. p. 134. *Politici (nouum hoc nomen ex nouo negotio sub hoc tempus natum) consilia agitabant, quorum finis erat, vt liberi ordinum conuentus haberentur, & regni res in meliorem statum restituerentur.*

c Mortuus Carolus III calend. Iunii CIↃ IↃ LXXIV, *Commentar. d. l. extr. Varillas Hist. Caroli IX.*

tris locum occuparet, a quo *a* quinta pacificatione CIↃ IↃ LXXVI transactum est. Eodem anno sextum pax turbata HENRICO Guisio Francisci filio, concitante, auctore *b sanctæ unionis*, sed breui post *c* Bergeraci in Petrocoriis CIↃ IↃ LXXVII restituta quies, & quæ dura in edictis erant, emollita; quæ ambigua, reducta in certum, & ius æquabile inter omnes confirmatum.

Septimum bellum CIↃ IↃ LXXIX ortum, sequenti anno ab rege *d* componitur, qui ab *e* Henoticis sibi metuebat. Hi enim orbitate eius contemta, cum

a Thuan. *lib*.62. *pag*.170.

b Originem sanctæ vnionis siue Ligæ scripsit Bussieres *lib*.20. *cap*.20. Capita erant hæc: defendere religionem Catholicam, firmare Henricum III & libertatem regni conseruare. Vera caussa, omnia ad se trahere conabatur Guisius.

c De Bergeracensi pace Thuanus *lib*. 64. *pag*. 201. Hac etiam secreto articulo agebatur de Principatu Arausionensi Nassouiis conseruando.

d Thuanus *lib*.72. *pag*.363.

e Sic Græco nomine Thuanus vocat vnionis siue ligæ socios.

cum Philippo religionis ſpecie conſpirabant, vt *a* Nauarrus a ſucceſſione excluderetur. Inde octauum bellum originem duxit, quod varie geſtum victore Nauarro ad *b* Cotracum Aquitaniæ: *c* amiſſis autem auxiliis, quæ ex Germania & Heluetia adducebantur. Creſcebat factio Henoticorum, regis auctoritas minuebatur, qui vt conſuleret ſibi, optima conditione factionis duces, *d* Guiſios fratres, ſibi conciliat, & quum ſecuri iam eſſent, in Bleſenſibus comitiis CIↃIↃLXXXVIII vtrumque iubet *e* interfici. Nec horum ſanguine exſtincta fuit ſeditio, ſed vires adquiſiuit, vt rex a *f* pontifice etiam pro-

a Quia reuerterat ad religionem reformatam, metu inter laniena furores a ſe deſertam.

b Coutras, oppidulum Aquitaniæ. *Buſſer.* 21. *cap.* 11.

c Diſſoluebatur exercitus, ducibus deſtitutus. *Buſſer. d. l. c.* 13.

d Henricum, de quo diximus, & Ludouicum cardinalem, Franciſci filios, Claudii nepotes.

e Thuanus *lib.* 93. *p.* 246. 248. Buſſieres *lib.* 21. *cap.* 20.

f Monitorium vt vocant, Romæ adfixum a ponti-

proscriptus, cogeretur tandem cum Nauarro *a* depacisci, quo Hugonoti, hostes antea, auxilio sibi contra factiosos essent. Sic quidem ab externa vi tutior factus, non autem ab intestinis insidiis, quum *b* pridie eius diei, quo *c* Lutetiam oppugnaturus erat, vt ad officium reuocaret; ab iuniore monacho, *d* Iacobo Clemente, Dominicano, litteras ex vrbe adferente & arcanum gestiente addere, rex cultro ita confossus fuit, vt altero die animam exhalaret. Percussor ab accurentibus, ira su-

fice Sixto V fuit, cui nisi intra decem dies rex Galliæ pariturus esset, fore, vt grauissimas ecclesiæ censuras incurreret. Respondet Hottomannus *fulmine bruto.* Immo Henotici publice Parisiis enuntiabant, regem corona excidisse, id quod Sorbonici etiam profitebantur. *Io. Boucherius de iusta Henrici III abdicatione e Francorum regno, Lugduni* 1591. 8. Cui respondet Guilielmus Barclaius *libro V contra Monarchomachos.*

a Thuanus *lib.* 95. & Bussieres *lib.* 21. *cap.* 24.

b IV Nonas Augusti CIↃ IↃ LXXXIX.

c Hæc enim cum multis aliis vrbibus defecerat a rege, & a partibus Henoticorum stabat.

d Thuanus *lib.* 96.

superante prostratus multisque confossus vulneribus est, corpusque distractum equis & flammis vltricibus absumtum, ne quid scelerati hominis superesset.

Exstincta sic Valesia gente, Burbonia *a* proxima successioni erat: cuius capiti HENRICO, quem toties memorauimus, regi Nauarræ, nihil æque obstabat ad hereditatem cernendam, quam sacrorum vt putabatur, peregrinitas. Qui extra *b* factionem erant, pontifici cetera deuoti; Nauarro Galliæ regnum mutandæ religionis conditione offerebant: factiosorum princeps, *c* Dux Cenomanensis

H 4

a Stirps communis Valesiæ & Burboniæ gentis est in Ludouico IX siue Sancto; per cuius filium Philippum III siue Audacem Valesii; per alterum, Robertum, Burbonii propagantur. Vide Genealogos.

b Id est, vnionem & Ligam. Duces enim militiæ post longas contentiones Henrico regnum offerebant, si intra semestre spatium Catholicam profiteretur religionem. Huius quidem spem faciebat Nauarræus, nullo vero destinato tempore.

c Carolus Duc de Maine, Meduanus Thuano,

ſis *a* Burbonium cardinalem, Nauarri patruum, proclamabat regem, ſe autem vicarium regis, ſiue eius *b* Locum vt aiunt, tenentem. Hiſpani etiam vacuo regno inhiantes, Philippi filiam

ISA-

Guiſiorum frater, Franciſci filius. Maximam partem conſtituebant Henotici. Populus, omnia fere *Parlamenta*, vrbes maiores, Clerus, *Hiſpani*, Papa, Principes Catholici, exceptis republica Veneta & Florentina, cum iis faciebant. Sed disſidebant inter ſe Ligæ capita, nec ſufficiens erat Cenomanenſis auctoritas. Regis partes tuebantur Nobilitas & Miniſtri aulæ potiores, Hugonottæ etiam; Verum hi iam diffidere incipiebant.

a Et huic cardinali nomen *Carolo* erat, ætate iam prouecto, & quadrimeſtri iam cuſtodia detento. *Thuan.* 97. Mortuus inter has turbas CIↃ IↃ XC: *Idem lib.* 98. Tali autem adgnatione inuicem iungebantur

Carolus
Borbonius

Antonius R. Nauarræ	Ludouicus Borbonius
|	|
Henricus IV R. Galliæ & Nauarræ.	Carolus Cardinalis.

b Lieutenant general du Royaume.

ISABELLAM CLARAM EVGENIAM Henrici II neptem, vt Galliæ regina declaretur, omni studio & maximo sumtu laborant: sed in *a* sponso rege quærendo dum conueniri non potest, ingenti spe sua excidunt. Interea rex Nauarrus ad *b* Iuriacum Meduani victor, Lutetiam quoque obsidebat vltima *c* famis perferentem, & capta vtique vrbs fuisset, nisi *d* Dux Parmensis, Belgii gubernator, eam liberatum advenisset. Omnibus ergo frustra ten-

a Hispani commendabant Ernestum Austriacum, Maximiliani II filium: Galli externum principem recusabant; quo spes iuniori Guisio, (Carolo nomen erat) Henrici filio succreuit, quam Meduani inuidia perturbabat. *Thuanus lib.* 106.

b Iuriacum appellat *Busfieres lib.* 22. *cap.* 8. Baudrand *Iury*, Latine *Iberium.* Thuanus *lib.* 98. prœlii locum designat *Andreæ fanum.* In hoc consensus, Normanniæ oppidulum esse prope Eburam flumen. Commissum prœlium. CIϽ IϽ XC.

c Thuanus lib. 99. pag. 364. *Plus* XII CIϽ *trimestri fame periisse memorant.*

d Cui quum rex obuiam iuit cum exercitu, liberantur Parisini. *Thuan.* 99.

tatis persensit rex nouus Henricus, nisi religione mutata, nihil tutum sibi in regno fore. Quare CIƆIƆXCIII *a* pontificiis sacris se initiandum præbet, quo facto, ei se *b* oppida dedebant, ipseque *c* Carnuti inunctus rex Galliæ fuit, HENRICVS IV ordine in annalibus regum appellandus. Prima cura erat, Hispanos ex Gallia exterminare, pro cuius possidendæ spe tot frustra sumtus impenderat. Quo bello durante, aut vix dum geri cœpto, adolescens quidam, mercatoris filius, Io. Castellus, *d* cultro regis iugulum petens, inclinantis os & dentem strinxit, quo ab Iesuitis didicisse confesso, licere

a Thuanus *lib.* 107. Missæ primum in fano S. Dionysii adfuit. *Perefixe Histoire de Henry IV.*

b Initio facto a Meldis & Vitriaco, quorum exemplum plura breui post sequuta sunt.

c Carnutum, *Chartres*, caput Belsiæ ad Eburam fluuium, vbi rex inunctus fuit, quia Rhemi quorum propria solemnitas inaugurationis est, in potestate factiosorum erant. *Thuan. lib.* 108.

d Vide Thuanum *lib.* 111. *pag.* 651. Factum id est anno CIƆIƆXCIV exeunte, VI Calend. Ianuar. & quidem Lutetiæ Parisiorum

re regem interfici, quem pontifex non adprobasset & præmia quoque facinori manere; non tantum ipse *a* supplicio punitus est, sed patres etiam *b* Iesuitæ, doctores impietatis, ex Galliæ regno eiecti, nec prius, quam nouem annorum exsilio peracto, vt restituerentur, impetrarunt. Hæc ciuilia Gallorum bella fuere: quibus non dissimilia sunt, quæ Belgas inter & Hispanos gerebantur, quod vtrorumque origo eadem, religio siue sacrorum cura; sed dissimilior exitus, quum regium heic iugum excussum sit & libertas reipublicæ stabilita, secus, quam in Gallia fiebat, vbi sacri belli scintillæ non ita exstingui potuere, quin alio tempore in flammas rursus erumperent. Sed antequam

H 6

a Manu amputata, qua parricidium tentauerat, a quatuor equis membratim discerptus fuit, & partes laceræ combustæ. *Thuan. d.l. p.* 653.

b Thuanus *d.l.* Columna quoque seu pyramis in porta maiore palatii erecta, cui Castelli & Iesuitarum scelus inscriptum erat, quæ demum cIↃ IↃ C V rogatu Iesuitarum, superiori anno restitutorum, euersa fuit. *Thuan. lib.* 132. *ineunte, & lib.* 134. *p.* 1087.

quam ad motus Belgicos veniamus, per ceteras orbis partes quam breuiter potest, decurrere nobis liceat.

Annus CIↃIↃLXIV agebatur, quum Ferdinandus imperator, filium MAXIMILIANVM II. vnanimi ordinum consensu successorem habuit. Hic superstite patre *a* Bohemiæ & Vngariæ, idemque Romanorum rex electus, bellis non admodum distinebatur, nisi mediocri *b* Turcico in Vngaria & in Germania Gothano. Huius fax Grumbachius erat, nobili genere in Franconia natus, miles antea *c* Alberti Marchionis, propter quod bonis exutus a Würzburgensi antistite, tanquam iniu-

a Primum Bohemiæ rex creatus CIↃIↃLXII; eodem anno & Romanorum rex & sequenti, Vngariæ declaratus.

b Duce Lazaro Swendio, quò bello amittuntur Iula (*Gyula*) in Dacorum confinio, & Sigethum: recipiuntur Vesprinum & quod prope Comorram est, oppidum Dotis siue Tata. *Thuan. lib.* 39. *ad an.* 1566. *& Histor. Sigethi capti apud Schard. T.* 4. *p.* 25. Pannonicum hoc bellum singulari tractatu scripsit Petrus Bizarus.

c De quo supra *pag.* 131. *seqq.*

iurius in dominum, cui clientelæ nexuu obnoxius erat. Quod victurus damnum, percussores *a* episcopo immisit, qui eum quum ex vrbe in arcem adscenderet, globulis ignitis traiecerunt. Suspectus cædis Grumbachius, manifestior factus, quum seruus eius ex percussoribus vnus, in Lotharingia caperetur. Nec auctorem pœnituit facti, sed furiosior indies, rebellium globum, plerosque Alberti milites ad octingentos collegit, quibuscum *b* Herbipolim irrumpit, diripit, & a canonicis transactionem ac pecuniam extorquet. Quapropter proscriptus a Ferdinando, ad Saxonem *c* Io. Fridericum se rece-

H 7 pit,

a Melchiori Zobelio. Exstat descriptio huius tumultus quæ origo belli Gothani fuit, apud Schardium Tom.3. ineunte.

b Noctu effractis portis, de improuiso vrbem cæpit. Plenior historia huius rei est apud eundem Schardium, *Tom.4.pag.35.*

c Io. Fridericum, Io. Friderici electoris filium, Gothæ in permunita arce Grimmenstein habitantem. Consilia erant, vt Ioannes Fridericus primum Saxoniæ Elector, post Cæsar declararetur, nobilitas omnis Principum potestati subduceretur. Adhibita remedia magica.

pit, quem miris artibus deceptum habebat, vt tueretur perduelles, suamque munitam arcem præsidium illis & receptaculum præberet. Frustra monitus incautus princeps, in eandem pœnam incucurrit, quam illi quos receperat, perfidia merebantur. Itaque Maximilianus, patri interea defuncto suffectus, receptores æque ac receptos, hostes imperii & pacis publicæ iudicauit. Saxo Augustus, vltor hostilitatis *a* constituitur, qui Gotham capit *b* CIↃ IↃ LXVII, arcem Grimmenstein euertit, ac *c* supplicium sumit de rebellibus; ca-

a A Cæsare & ordinibus imperii in comitiis decreta Augusto exsecutio fuit.

b Obsidio cœpta XXX Decembris CIↃIↃLXVI, vrbs capta XIII Aprili, CIↃIↃLXVII. Vid. Christ. Schlegel *de antiquis nummis Gothanis*.

c Guilielmus Grumbach & Christianus Brück, cancellarius Io. Friderici, quadrifariam dissecti sunt: Guil. Steinius capite truncatus prius, quam pariter scissus in partes est; reliqui & præfectus arcis decollati: laqueo punitus puer, cui angeli personam rebelles ad principem decipiendum imposuerant. *Relatio de bello Goth. apud Schard. Tom. 4.* Auctorem habet Hubertum Languetum. *Thuanus lib. 2. Hortleder de*

captiuum autem principem imperatoris legati in Austriam mittunt, vbi in custodia per reliquam vitam detentus, quam post XXVIII annos miseram finiuit.

Pacem reipublicæ restitutam turbauit ecclesiarum discordia: Lipsiæ enim & Wittenbergæ quum plures essent ex Melanchthonis schola profecti, quem *a* supra diximus Heluetiæ & Augustanæ confessionis conciliandæ percupidum fuisse; *b* hi occulte primum, deinde apertius defenderunt, quæ a Lutheri doctrina discrepabant. Quod quum Augustus intellexisset, consilio cum aliis collato, formulam componi iussit, qua controuersiæ illæ, & si quæ *c* aliæ inter protestantes essent, ex diui-

caussis B. Germ, lib. 2. Mülleri Ann. Saxon. *ad a.* 1566. 1567.

a *Pag.* 153.

b Præcipui erant, vti ab Huttero in F. C. *p.* 10. nominantur Casp. Cruciger, filius; Henr. Mollerus; Chr. Pezelius; & Peucerus, gener Melanchthonis.

c Vt de Libero arbitrio, Synergistarum: de Pec-

vinis litteris diiudicarentur, quam qui suæ & sociorum ditionis sequi nollent, publico munere carerent, tamquam suspecti doctrinæ nouitate. Bergæ igitur, quod cœnobium est Magdeburgici agri, a sex *a* theologis examinantur *b* antea concepta, & anno CIↃ IↃ LXXX Dresdæ publicatur *Concordiæ formula*, cui

cato, Flacianorum; de Lege Dei, Antinomorum nouæ opiniones.

a Hos nominat Hutterus *d. l.* nempe Iac. Andræ, Martin. Chemnitium, Andr. Musculum, Dau. Chytræum, Nicol. Selneccerum, Christoph. Cornerum.

b Ante variis in conuentibus de componendis religionis articulis fuit actum, Wittebergensi 1570, Dresdensi 1571, Torgensi 1574, in quo potissimum articuli Torgenses fuerunt propositi, ex quibus deprehenderentur orthodoxi, quos Wittebergensium quidam subscribere denegarunt, exinde captiui ducti; inter quos ipse Peucerus historiam carceris sui scripsit. Demum XII theologos Augustus Lichtenbergam ad Albim conuocauerat, qui prima consilia componendarum litium dederant, quibus vsus elector, iisque scribendam pacificationem iniunxit, quæ maiori cura postmodo a sex nominatis examini subiecta & editioni parata fuit. *Hutter. d. l. prolegom.*

cui electores, principes, ciuitates subscripserunt, etiam octies mille tam scholarum, quam ecclesiæ Lutheranæ administri. Exerunt tamen quidam Augustanæ confessionis, qui nollent illam formam acceptare, nec vero omnes ex eadem caussa, *a* qui dissensus partim sublatus postea, partim ad nostra vsque tempora conseruatus fuit. Interea Maximiliano, principi pio atque pacifico, CIↃIↃLXXVI vita defuncto filius RVDOLPHVS successerat, morum placida compositione non minus, quam pater beneficus: nec bello implicatus, nisi quod Turcis in Vngaria ambiguo Marte prosequuti sunt.

a Reformati omnes dissentiebant. Inde Rudolphus Hospinianus scripsit *Concordiam discordem*, cui *Concordia Concorde* respondet Hutterus. Aliorum argumentis obuiam iuit Apologia F. C. a Tim. Kirchnero, Nic. Selneccero & Mart. Chemnitio composita. Vid. Thomasii *Hist. der VVeisheit und Thorheit.* Arnold. *hist. Heres. p.* 2. *lib.* 16. *c.* 18. Prodierunt haut ita pridem ex officina Genschiana Acta Formulæ Concordiæ, sed parum completa.

sunt, aliquoties a Christianis *a* victi, captis aut amissis vrbibus, eisdem ferme *b* pares.

Pium IV, pontificem maximum qui Tridentinam finiuit synodum, excepit CIↃ IↃ LXVI. PIVS V, qui COSMVM Mediceum, Florentinum principem, *magnum c Etruriæ ducem* creauit inuito Romano imperatore, in cuius fide Etruria est: qui vero postea *d* adfinitate

a Victi Turci a Georg. Serinio, CIↃ IↃ LXXXVIII; iterum in Croatia CIↃ IↃ XCIII. *Thuan. lib.* 88. & 104.

b Amissa Sisseg, Vesprinum, Palota, Turcis occupantibus: Strigonium (*Gran*) post operosam obsidionem a Christianis CIↃ IↃ XCV receptum: Iauarinum (*Raab*) eodem anno, perfidia præfecti vt credebatur, Turcis deditum: post III annos receptum: Hatwan captum & desertum. *Thuan. lib.* 114, 115 & 121.

c A. CIↃ IↃ LXIX, vt controuersiam tolleret, quæ inter Ferrariensem & Florentinum de primatu erat. *Thuan. l.* 46.

d Quum Franciscus Cosmi filius, Ferdinandi I. Rom. Imp. filiam Ioannam duxisset, confirmauit Maximilianus CIↃ IↃ LXXIV ei titulum, parenti a pontifice Pio V donatum. *Thuan. lib.* 60.

tate ductus, eosdem titulos filio confirmat. Pium V pontificem GREGORIVS XIII sequutus est CIƆ IƆ LXXII, quo anno prodigium in cælo apparuit noua *a* stella in astro Cassiopeæ, qua admonitus quasi antistes, rationes temporum ad cœli motum & æquinoctia *b* reduxit, & emendatos fastos Christiano orbi commendauit. Rem laude non indignam acceptabant pontifici: plerique protestantes recusabant, id *c* principum munus esse rati, non

a Non cometa, sed fixarum æmula, VI idus Novemb. primum visa, magnitudine Iouem & fulgore æquans: post sensim ita minuta, vt initio anni CIƆ IƆ LXXIV omnino videri cessaret, *Thuan. l.* 54. *Tycho singul. tract.*

b Anno CIƆ IƆ LXXXII opera Aloysii cuiusdam Lilii.

c Vt Cæsaris, à quo Iulianum calendarium est; & Caroli M. qui Teutonicas mensium appellationes instituit: & ipsius Constantini, quo præsente & imperante cyclus paschatis in Nicena synodo confectus est. Nec obest, Cæsarem fuisse pontificem M. penes quem anni & fastorum cura fuerit. Vide Bernegg. ad Sueton. Iul. c. 40. & Io. Andr. Bosium *de P. M. vet. Romæ c.* 4. *n.* 7.

non Romani pontificis. Post Gregorium CIↃIↃLXXXV exstinctum SIXTVS V, obscuro loco natus, per quinquennium præsul, Latinam versionem, vt Tridentini decreuerant, suscepit corrigendam, *a* magnumque quoque collegit thesaurum, non nisi extrema necessitate aperiendum *b* quem VRBANVS VII tredecim dierum: hunc GREGORIVS XIV, decem mensium; & Gregorium INNOCENTIVS IX duum mensium pontifex sequutus est. CLEMENS demum VIII viuacior antecessoribus, opus Biblicum a Sixto purgatum *c* denuo correxit & transgressus se-

a Titulus erat: *Biblia ad præscriptum concilii Tridentini emendata Romæ* 1590. *f.* tribus tomis.

b de hoc Gregorius Leti in vita ipsius *p. II. p.* 279.

c Non obstante decreto Sixti V, sub indignatione omnipotentis Dei & SS. Apostolorum interminati, ne pro alia, quam legitima & authentica, sua, quam parauerat, editio haberetur. Vide præfat. Clementinæ, & Thomæ Iamesii, Angli, *Bellum papale, seu Concordiam discordem Sixti V & Clementis VIII circa Hieronymianam versionem.*

sæculum, quod enarramus, quinto sequentis anno ex vita emigrauit.

Hæc in Italia, quam iterum Turci vergente sæculo terrent, *a* Rhegium Bruttiorum vrbem oppugnantes. Mortuus erat Solimanus in Sigethi quod Vngariæ est, obsidione CIϽ IϽ LXVI, eiusque filius & heres SELIMVS II CIϽ IϽ LXXI *b* Cyprum Venetis ereptam suæ ditionis fecit: ad *c* Naupactum vero ab Hispanis & Venetis nauali prœlio, eodem anno victus, quum post triennium excessisset, filium AMVRATHEM III successorem habuit: & hic, qui Tartaros Crimen-

a Vide Thuanum *lib.* 109. *pag.* 611. ad annum CIϽ IϽ XCIV.

b Bellum Cyprium quinque libris scripsit Antonius Maria Gratianus, episcopus Amerinus, & Paulus Paruta, Venetorum historicus. Adde Thuanum *lib.* 49.

c Naupactum, hodie *Lepanto*. Hoc est illud prœlium, quod etiam apud *Echinades* insulas commissum dicitur, quia inter has insulas & Naupactum pugnatum est. Dux Hispanicæ classis Ioannes de Austria: sociæ naues Pontificis, Venetorum, Sabaudi & reipublicæ Genuensis. *Thuan. lib.* 50.

menses adiunxit potius, quam subiecit imperio suo, filium MOHAMEDEM II, CIↃ IↃXCV. *Daci*, hoc est, Walachi, ad *a* Turcos degressi, rursus eisdem, ad quos defecerant, CIↃ IↃ LXXV *b* repugnant, sed eo euentu, qui illos ad nostra vsque tempora Turcorum stipendiarios fecit.

Daniæ regem Fridericum, CIↃ IↃ XXXIII extinctum excepit filius CHRISTIANVS III, cui multa contigere aduersa, Christophoro Oldenburgico & Lubecensibus captiuum Christiernum restituere conantibus, cui multæ etiam fauebant prouinciæ. Auxiliis tamen Gustaui, Suecorum Regis firmatus, Hafniam CIↃ IↃ LVI ad obsequium redegit, atque re omni composita, in regna sua introduxit religionem euangelicam. Huic CIↃ IↃ LXIII demortuo successit filius FRIDERICVS II, qui cum ERICO XIV, Sue-

a Iacobus, Polonorum ope occupauerat Walachiam expulso tyranno: mox ipse Turcis accedit. *Thuan*.28.*p*.547.

b Idem Thuan. *lib*.58, *a pag*.78.

Suediæ rege, Gustaui filio & anno CIↃ IↃ LX successore, æquatis vtrimque damnis, *a* bellum gessit, anno CIↃ IↃ LXXX excedens vita, regnum filio CHRISTIANO IV reliquit: Suediæ autem rex Ericus, in proceres sæuus & *b* sordido matrimonio pollutus a suis pellitur CIↃ IↃ LXIX, & quem ipse *c* captiuum tenuerat, IOANNES frater rex proclamatur, a quo *d* vicissim Ericus in carcerem detruditur. Ioannes,

a Per nouem annos bellum extractum. Vide Loccenium *in Erico*, Thuanum *lib.* 36. Compositum sub Ioanne rege Stetini CIↃ IↃ CXX.

b Cum concubina, lictoris filia inito. *Locen. p.* 376. Historiam eius singulari dissertatione exposuit Imm. Weberus, *Gieſſæ* 1711. 4.

c Loccenius lib. 7. Histor. Sued. in Erico p. 358, *quasi perduellem aut in regis caput coniurantem capitis & fortunarum* (fratrem Ericus) *damnauit.* Sed inuidia ex meliori ingenio & moribus Ioannis nata. *Idem in Ioanne, init.* Plurimum Ioannes debet Ponto de la Gardie, cuius vitam Claudius Arrhenius scripsit egregie.

d Loccenius in Erico extremo: qui addit, *post nouem annorum custodiam mortalitatem expleuiſſe.*

nes, Sigismundi Poloni gener, Russorum *a* victor, decessit CIↃIↃXCII, cuius filius SIGISMVNDVS, in pontificia religione institutus, vt rex Poloniæ in Stephani Bathori locum sufficeretur, excidit paterno regno, quum in *b* sacris quædam nouaturus esset; idque patruo illius, CAROLO, Sudermanniæ Duci post initium sequentis seculi collatum fuit, in cuius posteris ad nostra tempora permansit.

In Polonia Sigismundo, de quo *c* supra diximus, CIↃIↃXLVIII filius SIGISMVNDVS AVGVSTVS successit, in quo CIↃIↃLXXII Iagellonidarum stirps excisa fuit, eique, *d* HENRICVS Valesius, Caroli IX Galliæ regis

a Varia fortuna gestum bellum, sed tandem ad Suedos propendente. *Loccen.*

b Iesuitas certe post se reliquerat, quum in Poloniam rediret, papismum propagaturos. *Loccen. pag.* 424. Accesserunt & aliæ caussæ, & bellum contra patruum Carolum, qui abdicato successit. *pag.*88.

c Vide supra *pag.*171. 172.

d Gesta Populi Poloni sub Henrico Valesio singulari libro scripsit Andreas Maximilianus Fredro.

gis frater, subrogatus eodem anno, deseruit regnum, cum patrio, fratris morte vacuefacto, commutandum. Quod indignati Poloni, abdicato Gallo, STEPHANVM Bathori, *a* Transilvaniæ principem, sibi regem constituunt, qui quum CIƆ IƆLXXXVI ex vita excessisset, nulla prole ex Sigismundi Augusti sorore suscepta, ad SIGISMVNDVM, Ioannis Suedi e Catharina, altera Sigismundi Augusti sorore filium, delatum regnum est, cui interea CIƆ IƆLXI quum Sigismundus Augustus imperaret, *b* Livonia coniuncta & Curlandia nouum *c* Du-

I

a Pars senatorum Maximiliano Cæsari Poloniæ regnum offerebant, qui vero cunctabundus, locum Bathorio præoccupandi dedit, eo gratiori Polonis, quod Annam Iagellonicæ stirpis virginem, Sigismundi regis filiam, quamuis ætate prouectam, ducturus vxorem erat. *Thuan. lib.62. sub init.*

b Liuonia adhuc ordinis Teutonici fuerat a magistro recta, qui a magistro Prussiæ pendebat, nexu tandem illo, pecunia data solutus. *Supra pag. 18. seqq.*

c Vltimus magister, & primus inde dux Curlandiæ, fuit Gotthard Ketler. De vtraque prouin-

Ducem, clientem Poloniæ, ex ordinis magiſtro creatum, accepiſſet.

Angliæ ELISABETA imperabat, quum *a* MARIA Scota, Franciſci Galliæ regis vidua, Henrico *b* Darlæo nupta, IACOBVM, poſtea VI Scotiæ regem, peperit.

Hic Darlæus, poſtquam Dauidem *c* Rizium, muſicum artificem, reginæ familiarem interfecerat, noctu ipſe in lecto

cia, Liuonia & Curlandia, Thuanus *lib.* 28. conſulatur.

a Vide ſupra *P.* 140. *not.* Erat filia Iacobi V & Mariæ Guiſiæ; neptis Iacobi IV & Margaretæ, Henrici VIII Angliæ regis, filiæ, vnde cognatio cum Eliſabeta regina.

b Et hic Darlæus, (qui & *Stuartus* cognominatur, quod maiorum ipſius cognomen erat, & Buchanano *Hiſt. Scot. lib.* 7. *pag.* 208, adminiſtratorem, ſiue regni Seneſchallum ſignificat) Hic, inquam, Henr. Darlæus & ipſe ex regio ſanguine comes erat, pronepos Alexandri; qui frater regis Iacobi III, proaui Mariæ fuit; a qua Dux creatus, poſt regia dignitate auctus CIϽ IϽ LXIV. *Buchanan. lib.* 17. *pag.* 606. *ſeq.*

c Italum hominem, Pedemontanum genere, qui reginæ ſimul ab epiſtolis Gallicis fuit abſente ſecretario. *Camden. Hiſt. Eliſ. pag.* 114.

lecto CIↃ IↃLXVII a Bodwellio quodam *a* strangulatur, cui quod regina nuberet, patricidii *b* suspecta, tumultu orto & elapso nouo marito, regno se abdicare coacta, in custodiam datur, vnde in *c* Angliam euasit, sed ibi

 quo-

a Buchananus *lib.* 18. & Thuan. *lib.* 40. ex illo: Coniurati puluere pyrio domum euerterunt, quasi casu fuisset necatus, cuius tamen nulla vestigia in corpore erant.

b Buchananus *d.l.* multa de suspicionibus tradit, quæ ad verbum repetit Thuanus *lib.* 40. Camdenus autem excusat reginam, & mali originem in Murauium comitem, illius nothum fratrem, confert, qui, vt ipse regnaret, per subornatos tum reginam ab rege alienatam, tum fictis rumoribus inuisam populo reddiderit, in id corrupto etiam largitionibus historico Buchanano. Hunc tamen sequuntur Thuanus & Iacobus Meluil, qui reginæ a secretis, in Memoriis suis nuper demum euulgatis, omnem Mariæ historiam exacte exponit. Vide Camdenum *Hist. Elisab. ad annum* CIↃ IↃ LXVII *principio*: & *Append. Epistolar. pag.* 356. *Io. Lesle lib.* 9. *hist. Scot.*

c Hamiltonium primo euasit, vbi plures ex nobilibus fautores inuenit, qui cessionem illius, tanquam metu coactæ, irritam pronuntiabant. Sed collecto milite se vindicatura vincitur a Mura-

quoque Elisabethæ iussu *a* custoditur; cui quum *b* iterum iterumque insidias fecisset, neque res nouas moliri desineret; a senatu *c* damnatur & conniuente potius, quam iubente Elisabetha capitis *d* supplicio CIↃ IↃ LXXXVII adficitur.

Philippi Hispaniæ regis non semel mentionem fecimus. Addendum memoratis, CIↃ IↃ LXV, *e* Meliten, equitum Ioannitarum insulam, a Turcis quatuor mensibus oppugnatam, obsidione liberasse. Interiecta victoria ad Echinadas, de qua, *f* diximus, Tunetum CIↃ IↃ LXXIII recuperaturus, classem, Ioanne Austrio duce, in Africam

vio; ex quo tempore in Angliam aufugit. *Camden. ad ann.* CIↃ IↃ LXVIII.

a Quia & antea Angliæ regnum, quasi legitima heres, adfectauerat, insignibus quoque Anglorum vsa. *Camden.*

b Lege Camdenum, passim.

c Idem Camdenus *P.3. pag.* 470. 479 *seq.*

d Ibidem *pag.* 522. & pluribus verbis Thuanus *lib.* 86.

e Maltæ insulæ tentationem scripsit Thuanus *lib.* 38

f Supra *pag.* 188.

cam misit, qui vrbem etiam *a* cepit & nouum munimentum struxit, sed antequam perficeretur, tam illud cum vrbe, quam Guleta, Turcis occupantibus, *b* amittuntur, qui finis fuit Hispanicæ in Tunetano regno possessionis. Parum etiam felix erat classe sua instructissima, dicta invincibili, quam CIↃ IↃ LXXXVIII contra Elisabetam misit. *c* Hac enim tempestatibus partim, partim etiam hostili impetu disiecta, irrita fuit expeditio. Vltimis annis nouo bello Gallico Philippus lacessi-

a Tunis capta facile, quia Turci præfectis suis diffisi, metu deseruerant. Rex Amida parricida, octogenarius iam, cum filiis Neapolim missus in custodiam, & Mahomed frater in eius locum suffectus. *Thuan. lib.* 55. *p.* 1040. Bisertam quoque Hispani occupauerunt. *Id.* 2. *p.* 5.

b Thuanus 58, ad ann. CIↃIↃLXXIV.

c Caussa belli tum Catholica erat Religio, quam ex omni Anglia deturbare conabatur Elisabeta, tum etiam, ne auxilia Belgis præstaret. Accedebat Sixtus V, qui Elisabetam excommunicauerat. *Thuanus lib.* LXXXI. *Grotius I Ann.* *Strada de B. Belg. dec.* 2. *lib.* 9. Naumachiam istam ligato sermone scripsit Io. Tolmerus.

tus pacem *a* Verbini Suesionum CIↃ IↃXCVII facit, & ipse contra quem bellauerat, Henricus IV, sequenti anno *b* Nannetense edictum promulgat, quo libertas protestantibus confirmatur: quo tempore Philippus mortem obiit ætatis anno LXXI, imperii XLIII, successore relicto PHILIPPO III, quia *c* Carolum filium ob insidias structas &

a Pax a *Veruins*, Picardiæ oppido denominatur. Eius conditiones & leges tradit Thuanus *lib.* 120. *principio*, & Grotius *Hist. Belg. lib.* 7. *pag.* 320. Caussa pacis erat, quod Philippus morti vicinus parem Henrico filium non iudicaret.

b A loco sic adpellatum, qui hodie *Nantes* dicitur. Post multas altercationes hoc edictum regio sigillo firmatum Idibus Aprilis CIↃ IↃ XCVIII, eius promulgatione in tempus, quo legatus pontificius regno excessit, dilata. Dan. Chamier proposuisse dicitur edictum. Vid. *L'irreuocabilité de l'edit de Nantes. L'Histoire de l'edit de Nantes.* Edicti articulos vide in *Continuat. Thuani lib.* 4. *p.* 156.

c Thuanus totam tragœdiam clare perscripsit *lib.* 43. Erat XXVII annos natus, quum veneno tolleretur. Credebatur de patris nece cogitasse. Certiorem caussam reddit Thuanus *lib.* CXX suspiciones scilicet de religionis commercio cum Belgii proceribus & Colinio, Gallorum

& ingenii ferocitatem ipse veneno tolli iusserat, infelix in eo pater, etiam in bellis plerisque, sola Lusitaniæ hereditate vel fortuna fauente, vel perficiente potentia felicior. Portugalliam ex superioris sæculi anno XCV ad XXI huius, quod describimus, EMANVEL rexerat, auctor *a* Indicæ nauigationis, quam coloniis & munimentis filius IOANNES III auxit & SEBASTIANO, ex filio *b* Ioanne nepoti trimulo CIↃ IↃ LVII tatis concedens, reliquit. Qui quum adoleuisset, iuuenili ausu, spretis *c* qui dissuadebant,

classis supremo præfecto. Ionstonus *Hist. Britann. lib. 8. pag. 252.* omnem caussam in Ioannem Austriacum reiicit ipsi inimicum. Alii familiarem consuetudinem cum nouerca Isabella, ipsi primum in matrimonium promissa obiiciunt, quæ & paullo post non sine veneni suspicione extincta. *L'Abbé de St. Real Vita Don Carlos.*

a Vide *Histor. Medii aeui pag.* 202. & Hieronymum Osorium, qui XII libros concinno sermone scripsit de gestis Emanuelis.

b Filius triennio ante patrem defunctus est vita.

c In quibus etiam rex Hispaniæ Philippus erat. *Thuan. lib. 65.*

bant; in Africam exercitum traiecit, vt Maroccenum regem Mohamedem, a patruo Meliki pulsum, in regnum armis restitueret: sed acie *a* victus, captus, interfectus, & nobilissimo quoque in pugna cæso, tristem sui memoriam & exemplum temeritatis reliquit. Quæ Portugalliæ clades CIƆ IƆLXXVIII accidit. HENRICVS igitur, patruus magnus exuto cardinalis habitu, rex Portugalliæ factus, post biennium ex vita decedens, litem cognatis suis reliquit, vtrum *b* sororis filius, Hispaniæ rex, an fratris Eduardi filia Bragancii ducis coniux, ex iure & lege suc-

a Lege Thuanum dicto libro.

b Emanuelis, Portugalliæ regis liberi, præter *Ioannem*, Sebastiani auum, fuere *Isabella*, vxor Caroli V imperatoris, mater Philippi: *Henricus* cardinalis, postea rex: *Eduardus*, pater Catharinæ, Ioannis Bragancii vxoris: *Beatrix*, Carolo Sabaudo nupta & *Ludouicus*, dux Pacis Iuliæ, pater Antonii nothi. Caussam Philippi egit Michael ab Aguirre *de successione regni Portugallici*, & Hieronymus Conneftaggius *de Portugalliæ coniunctione cum regno Castellæ, per Philippum II.*

succederet. Sed, vt fieri solet, potentior Philippus ius *a* armis sibi præripuit & ANTONIO, alterius fratris Ludouici notho filio, qui regnum *b* inuaserat ad *c* Alacantaram oppresso, Castellæ regno Portugallicum subiecit. Qui, quum fœderatos Belgas a commerciis suorum arceret, plus suis damni, quam illis intulisse, euentus probauit, dum ipsi sibi ab Indis petiere, quas orientis merces a *d* Lusita-

a Duce Albano, ex Belgis reuocato. Grotius Annal. Belg. lib. 3. p. 67. *Eius opera Regi Lusitaniæ accessit, per quem Batauos amiserat. Tanto facilius regna quæruntur.*

b Plebis magis, quam nobilium auspiciis rex Antonius declaratus, optimo quoque ab inaugurationis solemnibus se subducente, quod non difficile erat, euentum, qui sequutus est, præsagire, *Thuan. lib.* 70. In gratiam eius prodiit scriptum *de Iure Successionis regiæ in regno Lusitaniæ, deque legitima Regis Antonii successione Middelburgi* 1591. 8.

c Prœlium Thuanus *d. l.* descripsit. Antonius fugatus & exsul factus Lutetiæ CIƆ IƆ X C V. exstinctus est.

d Vt olim Venetiæ, ita adhuc Lisbona orientis diuitias Europæ dispensauerat.

nis ante acceperant. Sed ab origine Belgicorum tumultuum oriendum est.

PHILIPPVS ad regnum capessendum *a* abiturus MARGARETHAM *b* Parmensem, notham sororem suam, regendo Belgio imposuerat, quæ Antonii Perenotii cardinalis Granvellani consiliis vsa, ceteros proceres ac senatores offendit, in quibus GVILIELMVS erat, princeps Arausiacus & Egmundus ac Hornanus, comites. Qui questi apud regem, obtinuerunt tandem, vt cardinalis *c* reuocaretur: sed quod ipse instituerat, Vlricus Viglius & Carolus Barlamontius persequebantur, vt in Hispanos odium nihil minueretur, sed prope res tumultum esset, quum minis, poenis protestantes vrgerentur, vt ad sacra repetenda, quæ se-

a Anno CIƆ IƆ LIX abiit Philippus in Hispaniam.

b Ita dictam, quia Octauii Farnesi, *Parmensis* ducis vidua erat. Solemne enim Belgis fuit, illustri femina gubernatrice vti, Maximiliani I. filia, & Maria Caroli V. sorore & Vngariæ regina.

c Anno CIƆ IƆ LXIV. Grot. Annal. Belg. *lib.* I. *p.* 16. Strada *lib.* 7. *p.* 27.

deseruerant, se conferrent. Plus, quam cccc nobiles viri, *a* fœdus inierunt de tuenda religione, a gubernatrice *b* petentes, vt duriores leges in caussa sacrorum latæ, refigerentur: qui quod nihil impetrarent, contemti ab illis, qui circa regnatricem erant, & *c* *Geusii* appellati, quod mendicos sonat; etiam ad regem legati infectis rebus reuerterentur; concitatior populus factus, *d* templis direptis sancta simulacra fregit, quem motum gubernatrix milite, principes viri oratione suppresserunt. Qui prudentiores erant, magnum malum ominati, in exteros

I 6 ex-

a Id fœdus *compromissum* dicebant, quod inuicem promittebatur de libertate & religione tuenda.

b Supplicum litterarum formula gemina est apud Schardium in Maximiliani II rebus *pag.* 47. 60.

c Grotius Annal. I. p. 20. *Geusiorum nomen, quo quum ambesas fortunas fœderatis alii exprobarent, ipsi in honorem traxere, parum fausti nominis appellatione professi, fidem sibi in regem ad mendicitatem vsque constitutam.* Bizot Historie Metall. d'Hollande *sub init.*

d Grotius *Annal.* I. *p.* 22. Strada *lib.* 5.

exsulatum ibant, & ipse Arausionensis in *a* Germaniam secessit, nihil moderatum ab Hispano milite, qui aduentare nuntiabatur, sibi & patriæ exspectans. Hunc Ferdinandus Albanus *b* adducebat, qui statim Egmundum Hornanumque, quasi auctores tumultus prehendit & maiestatis damnatos *c* supplicio capitis adfecit. Nec mitior in socios fuit, quos vndecunque *d* suspectos ad pœnam trahebat, *e* XII viris constitutis, quem *sanguinis senatum* appellabant. Plenum exsiliis mare, plenæ bustis vrbes & patibulis damnatorum, & tam tristis vbique facies, vt

a Nassouiam ad fratrem. *Grot. lib.* I. *extr.*

b Iter Albani (*Duc d' Alba*) Meursius in Guilielmo *lib.* 4. *ineunte* scripsit. Ex Hispania naui Genuam delatus, collecto in Italia milite per Allobroges & Burgundos in Belgas perrexit.

c Idem Meursius *lib.* 4. *Guilielmi p.* 46. Grotius *lib.* 4. *post princ.* Bruxellis in foro supplicium sumebatur.

d Nobiles magno numero capitis pœna Albanus adfecit, ante supplicium Hornani & Egmundi. *Meurs. lib.* 4. *Guilielm. pag.* 45, 46.

e Grotius *lib.* 2. *post init.* & Schardius *in reb. Maximil. II. p.* 63.

vt qui viderant, quid vltimum in libertate esset, iam sentirent, quid in seruitute extremum. Ingens hæc nouis rebus materia, vnde defectio ciuitatum, quæ ducem & vltorem *a* Guilielmum poscunt, qui & antea, & frater Ludouicus, id *b* tentauerant, sed repulsi ab Albano, nouam occasionem circumspiciunt, quam etiam inuenere, quum exules Belgæ, piratica se tolerantes, *c* Brilam oppidum CIↃ IↃ LXXII occupauerunt. Ludouicus quoque,

I 7 Gui-

a Dordraci fœdus initum, & Arausionensis dux constitutus. *Grot, lib. 2. p.* 36.

b Guilielmus in Brabandia: in Frisia Ludouicus, vbi Arembergium gubernatorem vicit, ipse vero post paullo ab Albano fugatus, fratrem Adolphum in priore pugna amiserat. *Grot. 2. p.* 30

c XXIV nauigia erant, quæ duce Guilielmo, comite de Marca, oppidum maritimæ oræ, quam neglexerat Albanus, Brilam ceperunt. *Grotius annal. 2. p.* 35. *& Meteran. lib.* 4. qui addit, non id propositum fuisse nauiculariis, sed vento destitutos, & elapsis nauibus, quibus inhiabant, hoc tandem, ne nihil agerent, consilium cepisse, quod displicuerit Arausionensi, inde verito, ne Albanus hoc impetu excitatus maiora consilia impediret: loci tamen opportunitate considerata factum approbasse.

Guilielmi frater, Montes, Hannoniæ vrbem *a* astu cepit, *b* difficiles Albano ad recuperandum. Quem quum rex sensisset, non esse prouinciis *c* pacandis, ei CIↃ IↃLXXIII successorem dedit, mitiore ingenio hominem, REQVESENIVM, qui Ludouicum Nassouium, copias nouas adducentem prope

a Pauci primo intrauerant alieno habitu, quasi vini mercatores, qui portam pluribus aperuere, hortaturis ciues ad defectionem, offensos nimietate tributi, hoc est, decimarum, quas Albanus exigebat. Capta vrbs XXVI Maii CIↃIↃLXXII *Metran. lib.* 4. *pag.* 154.

b Strada lib. 7. pag. 267. *Potitus vrbe ante mensem obsidionis tertium Albanus, quamuis eodem tempore obsideret vrbem, & ipse ab Orangiano exercitu obsideretur.* Fregit Ludouicum non tam fratris Arausionensis labor irritus, qui soluturus obsidionem cum exercitu venerat, quam fama lanienæ Parisiensis, quia Gallico auxilio, Colinio accurante, adhuc vsus fuerat. Dedita vrbs XIX Septemb. eiusdem anni.

c Propter nimiam asperitatem, quippe ipse iactare solitus, quinque annis, quibus Belgicæ præfuit, XVIII hominum millia carnificis ministerio se sustulisse. *Grotius lib.* 2. *pag.* 43.

pe Nouiomagum *a* cecidit, impedire autem non potuit, quo minus *b* Mittelburgum expugnaretur, classe Hispanorum, quæ auxilio veniebat, prœlio a sociis lacerata. Disiectus hinc, vrbem Leidam obsedit, nec vero, vt dederet se, vel extrema *c* fame coegit. Hoc CIↃ IↃLXXVI subita morte intercepto, ad *d* senatum summa rerum est delata, qua tempestate *e* Gandaui pax conueniebat, vt legibus Albani abrogatis, Hispanus miles abduceretur. Paruit rex necessitati & fœdus ratum habuit, spe non incertus, ab *f* Ioanne notho fratre, quem gubernatorem mittebat, cuncta recuperari posse. Hic mi-

a Cæditur Ludouicus Nassouius cum Henrico fratre & Christophoro Palatino. *Grotius* d.l.

b Ab Arausionensi oppugnatum & sociis. Vide Meteran. *lib*.4. & Grot. *d.l.*

c Lege Cunæi orationem I. Nec vero deditio facta, sed mari terris immisso, & Panico terrore ex casu muri, soluta obsidio. *Grot*.2.*pag*.45.

d Grotius *d.l.pag*.46.

e Articulos pacificationis vide apud Meteranum *lib*.6. *ad ann*. CIↃ IↃ LXXVI.

f Don Iuan de Austria.

mitiora præ se ferens, & Gandauensem pactionem subscriptione sua probans, paullo post, quum *a* Namurcense castellum ex improuiso occupasset, tantum in se odium citauit, vt novo tumultu *b* castella Hispanorum diruerentur. Guilielmus ad præfecti dignitatem a *c* Brabantis vocatus: cum alii Arscotanum præferebant, qua dissensione factum, vt Austriacus *d* MATTHIAS gubernator CIƆ IƆ LXXVII eo pacto eligeretur, vt cuncta senatus consilio & ductu Guilielmi administraret. Sed horum copias Farnesius

a Specie securitatis suæ occupauit, quasi insidias ex litteris ignotis metueret, futurum esse, vt captiuus in Seelandiam abduceretur. *Meteran. lib.7.p.270.*

b Grotius lib. 2. pag. 48. *Deiectis passim arcibus seruitus exuta.* Et Meteranus *lib.7.p.277.* nominat Gandaui, Vltraiecti, Ryssélii, Valentiennæ &c. castella.

c Lege Grotium *lib. 2. sub finem*, vbi etiam de Duce Arscotio habes, & electione Matthiæ.

d Rudolphi imperatoris frater, post successor, *nullo palam imperatoris adsensu, ne Hispanum offenderet.* Grot. d. l.

sius *a* Alexander, Parmensis dux, qui auxilium Ioanni ferebat, ad *b* Gemblacum vincit, quem ordines vt vlciscantur, Henrici III, Galliarum regis se fidei tradunt, qui vero non sibi, sed FRANCISCO fratri *c* Alenconio duci, acceptabat: quem discordia prouinciarum impediuit, quo minus aliquid & se & fratre dignum perficeret. Sub *d* idem tempus subita vi morbi Ioannes exstinctus, Parmensi gubernacula reliquit, qui omnia contra pactum, Gandaui initum agebat, id-

a Belgicæ quondam rectricis filius: Caroli imperatoris nepos. Hic auxilia ex Italia adduxerat.

b Gemblacum vel Gemblimiacum Brabandiæ, *Gemblours*. Origo cladis, quod *exercitus Belgarum, ducum discessu in dies minuebatur.* Grotius *lib.3. post princ.* Add. Meteran. *lib.8.*

c Alenconium Normanniæ oppidum, vnde Franciscus Valesius *Duc d' Alençon* appellatus.

d CIƆ IƆ LXXVIII. Grotius *lib.3. pag.60.* Ioannem Austriacum fortunæ suæ iratum non ægre mortem subiisse tradit: nec sine veneni suspicione periisse, qui ex maioribus ausis, quam pro natalium conditione, aulæ inuidiam collegerat.

idque hoc facilius, quo maius *a* dissidium prouinciarum erat in caussa religionis. Cui vt consuleret Arausionensis & simul patriæ libertati, conventum CIↃ IↃ LXXIX Traiecti Batavorum egit, quo *b* quinque prouinciæ fœdus iunxerunt, (Groningensis, & quæ trans Isalam est, post accessere), quæ origo est fœderatæ in Belgis reipublicæ. Tentata quidem insequenti anno pax fuit Coloniæ, *c* auctoritatem interponente Rudolpho Impera-

to-

a De hoc egregie Grotius *lib.*3. *pag.*57.

b Geldria, Hollandia, Seelandia, Frisia & Vltraiectina. Summa fœderis apud Grotium est, *pag.* 63. Auctor fœderis Guilielmus Arausionensis, vt vnum faceret Remp. inducias, tributa, pacem, bellum.

c. Acta pacificationis prodierunt *Antwerpiæ*, 1580.8. Obtinebatur potissimum Arausionensis, bene præuidens, omnem cum rege pacem in suam perniciem fore. Diuulso hinc Belgio, tot inter partes medius ipse, atque eo cunctis inuisus, ne pariter hostibus & inimicis dederetur, haut temere metuebat. Pacis leges cultum latinæ religionis, solitum in principem obsequium, Gandauensis fœderis comprobationem continebant.

tore. Verum, cum iam omnia in nimium discrimen adducta, irrita fuit. Quum pergerent Hispani prouincias vexare, nec pactis starent & fœderibus atque sic nulla spes pacis superesset; *a* auctor sociis Guilielmus fuit CIↃ IↃLXXXI, vt ab Hispanis deficerent, & Philippi nomen tanquam hostis eiurarent, quo tempore *b* Matthias honorifice dimissus fuit. Rursus accitur ex Gallia rector, idem Franciscus Valesius, cuius breui post pœnituit, quum id agere deprehensus est, vt singularem sibi *c* potenti-

a Grotius *annal. lib.* 3. *pag.* 70.

b Idem dicto libro *pag.* 71.

c Valesius adpetebat matrimonium Elisabethæ, certis etiam conditionibus de eodem agebatur, vtcunque religio diffideret. Sed, siue dolo instituta simulatio, seu fraternæ offensiones impedimento fuerunt. Reuersus ex Anglia, solenni ritu & magnifico cum adparatu Brabantiæ Ducis & Flandriæ Comitis titulum adsumsit, certis tamen legibus adstrictus. In Hollandos & Selandos nullum, nisi nominis ius temporarium habebat. Arausionensis sibi munitissimas gentes reseruarat, etiam nomen eius actis præscriptum, Comitis quoque titulus a

tiam muniret; quod quum non posset in republica perficere, in Galliam reuersus, moerore haud multo post exspirauit. Rebus sic vbique adflictis CIↃ IↃ LXXXIV grauius damnum, mors Arausionensis principis accessit, Delphis, a *a* Burgundione quodam, globulo traiecti. Filio MAVRICIO, decem octo annos nato, *b* Hollandiæ Seelandiæque præfectura; Hohenloio, expertæ militiæ duci potestas vicaria data: summum regimen foris *c* petebatur, quod quum Galliæ rex recusa-

plerisque delatus. Lege Grotium *Ann.* 4. *pag.* 77.

a Balthasare Gerhard, cuius supplicium fuit, igni-to forcipe carptum in quatuor partes discindi. *Meteran. lib.* 12. Auctor cædis honoribus, diuitiis, impunitate etiam ante peccatorum singulari edicto contra Arausionensem publicato inuitatus. Aduersus noui moris edictum Arausionensis apud Ordines Belgicos & Christianos principes libello se defendit, adiuuante Petro Villerio, homine Gallo subacti ingenii. *Grotius Ann.* 3. *pag.* 71.

b Grotius *lib.* 4. *p.* 86.

c Mortuo Mauritio, omne concidebat obsequium, vt sine externæ potestatis firmamento restitui

cusaret, intestinis bellis distentus; ab Angliæ quidem regina *a* missus cum auxiliis, qui res turbatas ordinaret; nec vero fructum inde respublica cepit ob *b* dubiam fidem auxiliorum.

non posset. Plebs enim procerum auctoritatem cæperat contemnere, & miles obsequio imparatus. Legati ex *Gallia* & Anglia aduentabant, consolaturi de morte principis & auxilia promissuri. Sed dubitabatur, vtrius regimen præferreretur. Tunc primum arcanum patefactum, Belgas sub domino esse posse, non sub Hispano. Nam minora multa postulabantur, quam a Francisco, & quæ secretiora legati habebant mandata, ex offensæ metu statim aperiebant.

a Robertus, comes Leycestrius. Elisabethæ quidem omne delatum Imperium. Sed prudens fœmina detrectabat ob inuidiam interuersæ dominationis. Fœderis leges erant, vt auxilia mitteret, quæ propriis stipendiis militarent, præfectus militiæ cum Anglis duobus summo senatui interesset, naues classi adderet, & pro impensis pignoris loco esset Brila & Flissinga.

b Leycestrii ducatu non solum Graue & Venlo amissa, sed Dauentria etiam & oppositum Zutphaniæ munimentum manifestius ab Anglis prodebantur. *Grotius Annal.* 5. *p.* 97, 102. & 103.

ALBERTVS Austriacus, qui fratri *a* ERNESTO successerat, nec *b* dotis titulo, quam Isabella Clara Eugenia, Philippi filia adferebat, persuasit foederatis, vt in ipsius se fidem darent, quod Hispanorum suspecta adfinitas erat. Potentiores etiam facti *c* orientis commercio, ad quod viam *d* interdicto rex aperuerat; & extremo seculo

a Ernestus Rudolphi imperatoris frater, regis Hispaniae auspiciis breui tempore Belgio praefuit, immissus CIↃ IↃ XCIV, mortuus sequenti anno. *Thuan. lib.* 109. *seqq. Grot. Hist. Belg. lib.* 3. & 4.

b Albertus, minimus filiorum Maximiliani II, cardinalis, post gubernator Belgii & maritus filiae regis Hispani, quae opulentam dotem adferebat Burgundiam & Belgicas prouincias, quia fore sperabatur, vt Belgae foederati facilius Germano se principi restituerent.

c Primum quatuor naues CIↃ IↃ XCV supra caput Bonae spei praeteruectae in Indiam orientalem venerunt. *Thuan. lib.* 117. *pag.* 777. Eodem tempore in septentrionem longius progressi, sed glacie detenti cursum sistere cogebantur. *Ibidem pag.* 779. Repetita orientalis nauigatio maiore successu CIↃ IↃ XCVIII. *ibidem lib.* 121.

d De quo interdicto supra *pag.* 201.

culo apud *a* Nouum portum victores, nihil pensi externa auxilia habebant, eoque res ipsi suas adduxerunt, vt Hispani post Ostendæ *b* operosam magis, quam vtilem obsidionem *c* proniores ad inducias essent, quam ipsi fœderati, quæ tandem per XII annos seruandæ *d* post initium sequentis sæculi conuenerunt.

Historiis exactis, illustrium mortes, integram gentem exscindentes, adiungemus. Huius generis fuit excessus GEORGII ERNESTI Henneber-gici,

a Prœlium apud *Nieuport* scripsit Meteranus *lib.* 21, Grotius Hist. *lib.*6. ad annum CIↃ IↃ C, & singulari tractatu Ant. Nouiomagus.

b Vtpote per triennium extractam ab CIↃ IↃ CI vsque CIↃ IↃ CIV.

c Vide Grot. *lib. ult.* Meteranum *lib.*28. Nec prius fœderati in conditiones ab Hispanis propositas consensere, quam illis extortum fuit, vt agerent TANQVAM *cum libera republica, in quam nihil iuris sibi arrogent,* vti articulo I induciarum expressum est *Contin. Thuani lib.*2. *p.*32. Plura de his induciis singulari libro scripserunt Io. Meursius & Dominicus Baudius.

d Induciæ promulgatæ sunt Antwerpiæ XVIII Calend. Mai. CIↃ IↃ CIX.

gici, cum quo antiqua gens, inde ab anno CIↃCCCX in principem locum euecta, CIↃ IↃLXXXIII exspirauit, Saxonum vtraque domo Ernestina & *a* Albertina ex pacto successu cedente, qui Meinungæ commune regimen prouinciæ administrandæ constituerunt. Sub idem tempus exstincta fuit *b* Hoiensium comitum gens in vltimo OTTONE, possessionibus ad Luneburgenses & Brunsuicenses duces, ex parte etiam ad Hassos delatis. Coloniensis dioecesis alios motus habuit, quib⁹ non familia, sed conatus, protestantibus septemuiratum addendi, exspirauit. De Hermanni rebus *c* supra dictum: nunc GEBHARDVM *d* Truchsesium, Colo-

a Pactum erat cum Ernestina sola CIↃ IↃLIV; bello autem Gothano interueniente, Augustus pro sumtu impenso hereditatis partem poposcit, & quincuncem obtinuit. *Imhof Notit. Proc. lib.* 4. *c.* 3. *n.* 13. Mülleri *Ann. Sax. ad a.* 1554.

b Horum exitum & possessionis diuisionem descripsit Chytræus *Sax. lib.* 25. *p.* 756.

c Vide *pag.* 95. *seqq.*

d Fuit Baro de *VValburg*, cognomento *Truchses.*

Colonienſem archiepiſcopum memoramus, Reformatorum confeſſionem ſequutum *a* vxorem duxiſſe illuſtri Mansfeldenſi genere natam. Tuebantur proteſtantes, IO. CASIMIRVS Palatinus fortiter, languidius Lutherani: atque ſic factum, vt Pontificii Hiſpano milite præualerent, & eiecto Gebhardo ſucceſſorem darent ERNESTVM, Boiariæ ducem, adhuc antiſtitem Leodienſem.

Magnus etiam XVI ſæculo litterarum prouentus fuit, & renatarum mater Italia tulit Petrum Bembum, Philippum Beroaldum, Aldos Manutios, auum & nepotem & inter vtrumque Paullum, Aldi maioris filium, minoris patrem, Cælium Rhodiginum, Nicolaum Machiauellum, Cœlium Curionem Secundum, ſed hunc in Heluetiis, vbi exſulauit, clariorem: Marium

K Cor-

Merſſæus *pag.* 157, qui in hoc electore deſinit, antequam mutaret religionem.

a Totam hiſtoriam vide apud Browerum *Annal. Trev. lib.* 22. *p.* 419. & Michaelem ab Iſſelt de bello Colonienſi,

Corradum, Carolum Sigonium, Petrum Victorium, Fuluium Vrsinum, Paullum Iouium, Io. Franciscum Picum Mirandolæ comitem, Franciscum Guicciardinum, Guidonem Pancirollum, Hubertum Folietam, Octauium Ferrarium, Sanctum Pagninum, Andream Alciatum, Hieronymum Cagnolum, Paulum Parutam, Petrum Martyrem, Polydorum Vergilium, Sebastianum Castalionem, Franciscum Robortellum, Onuphrium Panuininm, Bernardinum Scardeonium, & ne quis sexus a laude cessaret, *a* Olympiam Fuluiam Moratam. Et Gallia habebat quorum se nominibus efferret. In quo numero sunt Stephani, *b* Rober-

ber-

a Virorum nomina satis nota & celebrata: hæc doctissima femina, Fuluii Morati Mantuani filia, nupsit Andr. Gruntlero, medico, cum quo Suinfurtum in Germaniam profecta, inde Heidelbergam, vbi obiit anno CIↃ IↃ L V, ætatis X X I X. Exstant politissimæ eius epistolæ Latinæ, etiam Græci quidam sermones & carmina, testes ingenii atque pietatis.

b Theodorus Iansenius ab Almelouen vitas Stephanorum scripsit.

bertus, Henricus, Carolus; Adrianus Turnebus, Guilielmus Budæus, Paulus Aemilius, *a* Guilielmus & Martinus Bellaius, Iacobus Ludouicus Strebæus, Andreas Tiraquellus, Carolus Molinæus, Petrus Ramus, Dionysius Lambinus, Gentianus Heruetus, Guilielmus Postellus, *b* Marcus Antonius Muretus, Ioannes Bodinus, Iacobus *c* Sadoletus, Iulius Cæsar Scaliger, Elias Vinetus, & qui iuris scientiam politiori doctrina ornatiorem fecerunt, Iacobus Cuiacius & Franciscus Hotomannus, ac indignus *d* supplicio, quod

K 2 pas-

a Hic Veronensis quidem patria, ast Parisinus in æde Deiparæ sacerdos, quem tanto magis Galli sibi vindicant, quod in eorum historia scribenda vel xxx annis insudauerat.

b De hoc, eiusdemque scriptis plenius *Obs. Halenses Tom.* I. *obs.* 21. *& tom.* 4. *obs.* 12.

c Sadoletus, episcopus Carpentoractensis, sed patria Mutinensis, cuius memorabilis est epistola ad Melanchthonem, quæ in Vita eiusdem a Camerario scripta inuenitur.

d Brissonius CIↃ IↃ XCI, quum Lutetia ab Nauarro obsessa erat, capite punitus fuit a sexdecimanorum, quæ intra vrbem erat, turbulenta factione. *Thuan. lib.* 102.

passus est, Barnabas Brissonius: quibus accedunt Pithœi fratres, Petrus & Franciscus, licet *a* alter sæculo, quod explicamus, cum Is. Casaubono supervixerit. Ex Anglis clarent Thomas Linacer, Thomas Morus, Io. Fischerus, Robertus Barns, Thomas Crammerus, Rogerius Ashamus. Ex Scotis Georgius Buchananus. Hispania tulit Aelium Antonium Nebrissensem, Antonium Augustinum Cæsaraugustanum, & Petrum Ciacconium Toletanum, Ioannem Ludouicum Viuem Valentinum, Alphonsum Ciacconium, Antonium Gueuaram, ex sequiori sexu Aloysiam Sigæam, laudatissimam feminam. Nec Germania nostra expers huius gloriæ fuit, quam attulerunt ei Ioannes Reuchlinus, Philippus Melanchthon, Ioachimus Camerarius, Martinus Bucerus, Vlricus Huttenus, Petrus Mosellanus, Eobanus Hessus, Guilielmus Xylander, Bilibaldus Pirckheimerus, Conradus Peutingerus, Hen-

a Franciscus Pithœus mortuus CIↃ IↃ CXXI; Petrus CIↃ IↃ XCVI.

Henricus Cornelius Agrippa, Theophrastus Paracelsus, Io. Trithemius, Ioannes Cuspinianus, Iohannes Auentinus, Ioachimus Fortius Ringelbergius, Beatus Rhenanus, Iacobus Wimphelingius, Petrus Lotichius, Georgius Sabinus, Simon Schardius, Michael Neander, Reinerus Reineccius, Fridericus Sylburgius, Ioannes Sleidanus, Georgius Spalatinus, Godescalcus Stewechius, & ex Iudæis R. *a* Elias Leuita. Belgarum in primis laus immortalis floret, Erasmi *b* Roterodami,

 Adria-

a Seipsum enim vocat *Askenasi*, hoc est, Germanum. Sebast. Munsterus opuscula eius multa latine vertit: Romæ autem aliquamdiu vitam elegisse & scripsisse constat.

b Vt vulgo appellatur. Non autem Roterodami, sed Goudæ natum Erasmum fuisse, vir clarissimus & amicus noster Th. Ians. ab Almeloveen in *Amœnit. Philolog.* ostendit. Auctor vero additionum ad Guicciardini Belgium p. 192. de Gouda dicit: *oriundus in hac urbe magnus ille Desiderius Erasmus, Goudæ enim conceptus & utero gestatus, Roterodami (quo, cum ad pariendum vicina esset mater, se certa de caussa contulerat.) in lucem editus.* Vid. Baylii Dictionarium.

Adriani Iunii, Iusti Lipsii, Gerhardi Geldenhaueri, Suffridi Petri, Francisci Raphelengii, Læuini Torrentii, Guilielmi & Theodori Canterorum fratrum, Heluetia habuit *a* Cœlium Curionem Secundum, supra a nobis laudatum; dedit Huldericum Zwinglium, Io. Oecolampadium, Conradum Gesnerum, & Aldi ac Stephanorum æmulos, Hieronymum Frobenium & Io. *b* Oporinum: vicina Brisgoia Vlricum Zasium, humanioribus æque doctrinis & legum singulari peritia tinctum: & Henricum Glareanum itidem Friburgi docentem. Borussiam Nicolaus *c* Copernicus, & Daniam Tycho

a Italus fuit, in Taurinis natus, in Italia aliquando doctrina clarus: pulsus inde religionis caussa, Basileæ per XXIII annos humanitatis litteras docuit; exstinctus CIↃ IↃ LXIX. *Thuan. lib.* 46.

b Hunc quoque Thuanus lib 43. extremo in claris viris & bene meritis ponit, qui quum vita migrasset, *academiæ humeris* (Basileensis erat) elatus fertur CIↃ IↃ LXVIII. & sepultus in templo maiore iuxta Erasmum & Sebastianum Munsterum.

c Copernici & Tychonis vitam scripsit Petrus

cho de Brahe tanquam sidera illustrarunt, quæ in cæli & astrorum motu scrutando omnium solertissimi fuere. Ignoscant præclaræ animæ, si quas festinata breuitas a prætermisit. De singulis hæc ingeniis: vniuersis formandis nouas officinas, nouas academias institutas laudamus. Sæculi, quod enarrauimus, altero anno Wittenbergensem Fridericus sapiens, sexto Francofurtanam Ioachimus I, ambo electores, condiderunt. Annus erat XXVI, quum princeps Philippus simile opus Marpurgi moliretur, quod trigesimo quinto perfectum fuit: quadragesimo quarto anno Regiomontana orta, opus Alberti Brandenburgici, primi Borussorum

Gassendus: Ille CIƆ IƆ LXXXI mortuus: hic CIƆ IƆ CI.

a Quam facile enim hoc fieri potest, sicut inter scribendum iam exciderant *Petrus Faber*, *Franciscus Modius*, *Hieronymus Magius*, *Ioannes VVowerius*, & alii, quorum etiam nonnullos sequenti sæculo laudabimus, quia vergente sexto decimo & ineunte septimo decimo pariter clari & insignes, vt ipse *Lipsius*, *Schottus*, *Scaliger* Iosephus fuerunt.

ſorum ducis: & *a* medio fere ſæculo, epiſcopo Auguſtano auctore, academia Dillingenſis: at octauo quinquageſimo Io. Friderici electoris filii Ienenſem conſummarunt, *b* decem ante annos cœptam. Rex quoque Philippus, æmulatus Germanos, Duaci Flandriæ anno LXII & LXVIII. Argentoratenſis ciuitas intra mœnia ſua, & Batauiæ ordines LXXV anno Lugduni litterarum ſacraria conſtituerunt. Certatum in hoc ſtudio eſt, & ſequuto anno LXXVI Iulius Brunſuicenſis Helmſtadienſem, & LXXIX Norimbergenſis ſenatus Altorfinam, & LXXXV Franekeranam Friſones ſtatuerunt.

a Anno CIↃ IↃXLIX Conditor Dillinganæ erat Otto Truchſeſius, epiſcopus & cardinalis Auguſtanus *Middendorp. de Academ. pag.* 523.

b Extat de eo Io. Stigelii oratio de cauſis, quare conſtituantur Academiæ, habita in Academiæ inauguratione 2 Febr. 1558. Acceſſit eiuſdem epiſtola, narrationem continens celebratæ inaugurationis pompæ.

HISTO.

HISTORIA
SAECVLI XVII CHRISTIANORVM.

NOuum sæculum nouas turbas, mox in grauius bellum erupturas, attulit. *a* Donawerdæ, quæ libera ciuitas imperii erat, Auguſtanæ confeſſioni addicta, abbas coenobii, quod in illa eſt, ſua publica ſacra, proceſſionem vocant, præter ſolitum CIƆ IƆCVII peragere tentabat, quod quum vulgus impediret, eo res adducta fuit, vt proſcripta ciuitas & priuilegiis exuta, Boiariæ adiudicaretur. Inſolens pœna proteſtantibus videbatur, qui fœdus idcirco (*vnionem b* vocabant) ad vim, ſi inferretur, propellendum inie-

a Thuanus *lib.* 138. late tumultum & quæ ſequuta ſunt, expoſuit. Burgoldenſis *ad Inſtr. Pacis p.* 2. *p.* 62.

b Vnio hæc dicta euangelica, quæ ex reformatis potiſſimum conſtabat, qui ſecuritatem petebant ſuæ religionis. Caput erat Fridericus IV, Elector Palatinus: auxilia offerebat Henricus IV, Rex Francorum. Conuentus era

inierunt, cui aliud pontificii, quod *Ligam* dicebant, opposuere. Quo *a* tempore IO. GVILIELMVS, dux Cliuensis & Iuliacus, sine prole decedens, agnatis litem hereditatis reliquit. Maximilianus I. Imperator Alberto Saxoni, Ernesti electoris, fratri, auxilii bellici *b* præmium, successionem Iuliaci & Bergensis ducatuum promiserat. Mortuus est GVILIELMVS sine virili prole CIↃ IↃ CXI, cuius ne Saxones heredes essent, gener IOANNES Cliuensis obstabat, quem, ne Gallis accederet, *c* Carolus V, saluo vtriusque patris iure, confirmauit. Ioannis filiam Sibyllam IO. FRIDERICVS,

Halæ Sueuorum. Conclusa CIↃ IↃ CXI. Vnioni opponebant Catholici Ligam, cuius caput Maximilianus, Dux Bauariæ, Palatini æmulus: conuentus VVürtzburgi. *Lundorpii Acta Publica tom.* I. *lib.* I. *c.* 16. *Ludolphi Schaubühne lib.* 10. *c.* 2.

a Eodem anno CIↃ IↃ CIX Vnio & Liga ortæ, & lis de Iuliacensi successione Io. Guilielmo mortuo, nata.

b Quod in Belgicis bellis pro Maximiliano gestis nec non Vngaricis meruerat.

c Eo vsque controuersia extracta fuit.

cvs, electoris Saxonici filius, eo pacto CIↃ IↃ XXV duxit, vt, si Ioannes ex Iuliaca nullum filium susciperet, Cliuensis aeque & Iuliacensis penes *a* Saxones esset hereditas. Conditio irrita fuit, filio nato GVILIELMO, qui adultior factus, ducta Ferdinandi filia, a soceri fratre Carolo V impetrauit, vt ad feminas etiam successio pertineret. Eius filio IO. GVILIELMO, CIↃ IↃ CIX defuncto, lis *b* inter sorores aut posteros illarum orta est. Primae, Borussorum duci ALBERTO FRIDERICO nuptae, filiam Annam *c* IO. SIGISMVNDVS Brandenburgicus ele-

a Primum Alberto animoso eiusque posteris, spes successionis facta: postea ad Ernestinam quoque domum extensa.

b Singulorum argumenta vide apud Spenerum *Op. Herald. part. spec. lib.* 1. *cap.* 13. §. 8. *p.* 81. & Burgoldensem *disc. ad Instrum. P. p.* 1. *d.* 32. Ludolph. *Schaubühne lib.* 9. *c.* 2. & *lib.* 10. *cap.* 2.

c Electori *Ioachimo II.* successit CIↃ IↃ LXXI filius *Io. Georgius*: huic CIↃ IↃ XCVIII itidem filius *Ioachimus Fridericus*: & tandem huius filius *Io. Sigismundus* CIↃ IↃ CVIII.

ctor, IOACHIMI FRIDERICI filius, IO. GEORGII nepos, in matrimonio habebat: secunda superstes PHILIPPO LVDOVICO, Palatino Neoburgico coniuncta erat: tertia itidem superstes, IOANNI Bipontino. a Multa his

con-

a Controuersiæ rationem sequens schema monstrabit.

Guilielmus *Dux Bergensis & Iuliacensis* m. 1511.

Maria, *Ioanni III. Cliuensi nupta*

Guilielmus, m. 1592.	Sibylla, *nupta Io. Friderico El. Saxoniæ*	Anna *nupta Henrico VIII. Angl. R.*

Carol. Fridericus, *m. 1575 ante patrem*	Io. Guilielmus, *patri succeßit, sed m. sine liberis* 1609 *inde controversia*	Maria Eleonora, *nupta Alb. Friderico, M. Brand.*	Anna, *nupta Philippo Ludovico, Neoburgico*	Magdalena, *nupta Ioanni Bipontino.*	Sibylla, *nupta Carolo Marchi. Burgoviæ.*

Anna, nupta *Ioanni Sigismundo Electori Brandenburgico.*

contentio fuit tam inter se, quam cum Saxonibus, vt Belgæ etiam, quibus tum otium erat, in societatem litigantium venirent. Hispani enim *a* Neoburgicum, Spinola duce; fœderati Brandenburgici partes tuebantur, *b* occupata, ademta, recuperata multa

a Præsertim posteaquam *VVolfg. Guilielmus*, Philippi Ludouici filius, ad pontificiam religionem a Lutherana transierat. Ab hoc Palatinatus Neuburgicus ad Pontificia sacra reductus est, & illustre gymnasium Laningamum, aui *VVolfgangi* Palatini opus, a patre *Philippo Ludouico* mirifice auctum (ad quod magni nominis professores theologos, ibi coniunctos & collegas, aluit *Philippum Heilbrunnerum* & *Georgium Zaemannum*) CIↃ IↃCXVIII dissolutum fuit. Plura & egregia de hoc gymnasio tradit eiusdem rector; & iuris professor, D. *Georgius Cleminius*, funebri laudatione incluti Philippi Ludouici CIↃ IↃCXIV Augusto mense humanis rebus erepti. Pietas iubet, aui mei *Christophori* & proaui *Iacobi Cellarii*, Augustani, qui eiusdem gymnasii professores fuerunt, memoriam meritis ipsorum dignam, occasione inuitante, non præterire.

b Vide continuationem Thuani in singulis his annis per diuersos libros.

per vices sunt, vt fieri in bello solet, nec *a* conuentibus ad transigendum institutis componi certamen potuit, donec tandem ita duæ partes conuenirent, vt Brandenburgicus cum Marchano comitatu Cliuensem ducatum, Neoburgicus Iuliacum & Bergensem possideret, reliquis ius suum tantum titulo vsque ad hunc diem contestatis. *b*

De induciis *c* supra diximus, quæ non vt sperabatur, prostrata erexerunt, sed acriori stimulo, vt solet secundis rebus, fœderatorum animos explorarunt. Iacobus Arminius, Lugdunensis professor, a trita suorum doctrina in *d* quibusdam partibus recesserat, cui quum Franciscus Gomarus, col-

a v. g. Erfurti, Numburgi, Iuterboci, Vesaliæ, Coloniæ &c. De singulis idem Thuani continuator legatur.

b Lis tamen de hac successione in aula Imperatoria adhuc agitur, cum per Instrumentum Pacis ad Ordinarium Processum caussa remitteretur.

c Sub finem sæculi superioris, *pag.* 215.

d In quinque articulis, de Prædestinatione, Redemptione per Christum facta, Libero ho-

collega eius se obiiceret, vtroque mutos adsectatores nacto, scissa non modo ecclesia fuit, sed ipsa fœderatorum respublica tumultu pæne dissoluta. Neque cum *a* Arminio sepulta fuit discordia, sed vehementius excitata, plerisque nobilium Arminii sententiam, Gomaranam ceteris cum multitudine sequutis, vnde sectarum nomina, Arminianorum & Gomaristarum, quæ mox in *b* Remonstrantium Contraque Remonstrantium vocabula transierunt. Nec inter singulos homines hæc acris contentio stetit, *c* ciuitates quoque commouit, vt partium

tium

minis arbitrio, Conuersionis gratia & Perseuerantia in fide; quibus propius putatur ad Lutheranam confessionem accessisse.

a Mortuus Arminius CIƆ IƆ CIX.

b Quia Arminiani CIƆ IƆ CX super quinque illis articulis controuersis libellum supplicem Ordinibus *Remonstrantiæ* nomine exhibuerant, cui Reformati *Contraremonstrantiam* opponebant; inde vtrique parti nomina hæserunt.

c Hornius Histor. Ecclesi. nomina dat *Leidæ*, *Alcmariæ*, *Roterodami*, *Hagæ*, *Neomagi*, *Bomeliæ*, *Tielæ*, *Camporum*.

tium studiis dissiderent & seditione aliquando ac tumultu res ageretur. Partium duces erant, Remonstrantium quidem Ioannes Branefeldius: Contraremonstrantium Mauricius Nassouiensis, sub illud tempus *a* PHILIPPO fratri in Arausionis principatu succedens. Qui eo rem apud ordines adduxit, vt Remonstrantium *b* principes in custodiam darentur. Religionis caussa *c* concilio commissa, quod *d* Dordraci congregatum, reie-

ecta

a Philippus Guiliesmus, Guiliesmi filius, qui ex Louaniensi academia captiuus in Hispaniam abductus fuerat; liberatus, patris in Arausionensi principatu successor, mortem improlis obiit mense Februario CIↃIↃCXVIII.

b Barnefeldius, Hugo Grotius & Hogerbetias. *Contin. Thuani lib.* II. *pag.* 842. *ad ann.* CIↃIↃCXVIII.

c Habita quidem anno CIↃIↃCXI collatio Hagiensis de quinque articulis controuersis, sed nullo successu. *Vid. Grotii Pietas Ordinum Hollandiæ.*

d Cœpit concilium Cal. Nouemb. CIↃIↃCXVIII: finitum sequentis anni mense Maio. Antea de concilio disceptabatur. Remonstrantes, ne supprimerentur, petebant concilium Prouin-

cta Arminii doctrina, confessionem Belgicam & Heidelbergensem catechesin confirmauit. Paucis post diebus Grotio ad *a* captiuitatem damnato (ex qua vxoris ope *b* euasit) Barnefeldius, septuagenario maior, capitis *c* supplicio adfectus est. Multis id iu-

ciale, contraremonstrantes nationale, Barnefeldius nullum. Ludouicus XIII Rex Gallorum fauebat partibus Remonstrantium, Iacobus I Angliæ Rex cum Contraremonstrantibus faciebat. *Vid. Acta synodi nationalis Dordracenæ. Ducis de Rohan discours sur la diuision de Hollande. Mich. le Vassor Histoire de Louis XIII. Aubery Memoires pour seruir à l'histoire d'Hollande.*

a In arce *Löwenstein* per omne vitæ tempus ferendam.

b Cista inclusus, librorum specie, *Gorcum* nauigio deuectus, in Brabandiam euasit post biennium captiuitatis CIↃ IↃ CXXI, & Antwerpia literis ad ordines missis, fugam suam & indicauit, & naturæ legibus defendit. *Scripsit inde Apologeticum eorum, qui Hollandiæ VVestfrisiaque & vicinis quibusdam nationibus ex legibus præfuerunt ante mutationem, quæ euenit anno* CIↃ IↃ CXVIII *Contin. Meterani lib.* 38. *Theatr. Europ. Tom.* I. *p.* 580.

c Barnefeldius paucis post finitam synodum die-

iudicium displicebat, nec inuidia caruit Mauricius: & in ipsius synodi forma erant, quæ ab Arminianis *a* notarentur, qui non ita oppressi decretis sunt, vt opiniones suas tueri & nouis etiam post concilium *b* augere non perseuerarent. Hæc

bus, hoc est III Idus Maias Hagæ Comitis capite plexus est. Finitum autem concilium erat pridie Nonarum. Separatim extat *sententia lata & pronuntiata aduersus Ioannem ab Oldenbarneuelt, antea Aduocatum prouinciæ Hollandiæ & VVestfrisiæ: & executioni mandata XIII. Maii 1619. in area interiore Aulæ Hagæ Comitanæ.* Sic etiam *Sententia aduersus Aegidium Ledenbergium, Ordinibus Vltraiectinis ante a secretis, & in cadauer eius executioni mandata die decimo quinto Maii* 1619. *Sententia aduersus Rumoldum Hogerbetium antea Syndicum Leydensium XVIII. Maii* 1619, quibus condemnationis caussæ satis speciose exponuntur. *continuator Meterani lib.* 36, *& Theatr. Eur. T.* I. *p.* 286. Ludolphs *Schaubühne lib.* 19. *c.* 4.

a Nec ab Arminianis solum notata, sed ab ipsis quoque Reformatis nonnullis. Qua de re epistolæ exstant Anglorum, Halesi & Balcanquallii, ex synodo datæ ad regis Britannici legatum Dudleium Carldonium, Hagæ Comitis commorantem.

b Recentes Arminiani in aliis etiam articulis, su-

Hæc domi Belgis fata: foris felicius rem gerebant, nouis terris in America repertis, & breuiore freto, *a* quam Magellanicum est, quod austri maria coniungat, Iacobo Maire duce, eodem anno inuento. Decrescit intestinum malum, quo propior finis induciarum est. Armis enim resumtis, non vacat discordias fouere. Acriter vtrimque pugnatur, neque *b* Bredam liberare Mauricius potest obsessam ab Hispanis: &

pra illos quinque dissentiunt in eo præcipue, qui de S. Trinitate est, Socinianos quoque in ecclesiæ communionem admittentes. Vid. Benthem *in Holland. Kirchen und Schulstaat* c. 18.

a Belgium nouum in America & fretum le Maire anno CIↃ IↃ C X V I I inuenta. *Contin. Meterani lib.* 34.

b Ambrosius Spinola Bredam CIↃ IↃ C X X V obsedit, & post nouem menses CIↃ IↃ C X X V Iunio ineunte ad deditionem coegit. *Theatr. Europ.* T. I. p. 838. Obsidionem hanc speciali tractatu scripsit Hermannus Hugo, *Antwerpiæ* 1629. *f.* Cum vero Fridericus Henricus, Arausionensis Princeps eandem anno 1637. reciperet, Marcus Zuerius Boxhornius illud in Historia Bredana describit, *Lugduni Batauorum* 1640. 4.

& quùm frustra *a* Antwerpiæ arcem tentasset, in morbùm implicitus CIↃ IↃ CXXV excessit, fratri FRIDERICO HENRICO militare imperium & ceteras dignitates relinquens. Hic *b* Grollo capto, & post biennium, *c* Ducis Silua, impetum Hispanorum fregit, quorum iam res accisæ erant, classe argento diuitiisque onusta, apud Havanæ portum a Petro *d* Heinio, classis

a Astu capere Antwerpiensem arcem parabat, scalis, pontibus, machinis mira arte confectis, missisque quater mille militibus, qui noctu in propugnacula descenderent. Sed vnius scalæ, quam ventus sternebat, in pontem cadentis sonitu res prodita, & depulsi, qui clam tentabant inuadere, III. idus Octob. CIↃ IↃ CXXIV, *Theatr. Eur. T. I. pag.* 832.

b CIↃ IↃ CXXVII. *ibidem pag.* 1127.

c Hæc obsidio in grauissimis numeratur, cœpta extremo Aprili CIↃ IↃ CXXIX, deditione finita calendis Septemb. *Theatr. Eur. T. 2. p.* 89. *seq. Horn. Orb. Pol. pag.* 161.

d CLXVIII tonnis auri æstimata illa præda fuit, capta CIↃ IↃ CXXVIII mense Septembri. Havana portus insulæ Cuba in America. *Contin. Meterani lib.* 45. *& Theatr. Eur. T.* 1. *extremo. Commelin Histoire de Frederic Henry*

sis Belgicæ præfecto intercepta.

Sed in Germaniam reuertendum, in qua pestifero bello contentiones prolusisse, supra indicatum est. His caussa Hassiaca accedebat, quum a GVILIELMO, Philippi filio CIƆ IƆ XCII exstincto, MAVRICIVS filius successerat; GEORGIO, filio minimo natu, CIƆ IƆ XCVI LVDOVICVS Darmstadinus: medius filius Philippi, LVDOVICVS

VICVS

de Nassau; Bizot Hist. Metallique d' Hollande. Leben Tapferer Seehelden p. 602.

a Philippus magnanimus mort. 1567.
- Guilielmus *Cassel.* m. 1592. – – Mauricius *Cassel.*
- Ludouicus V *Marp. & Giss.* m. 1604. sine prole.
- Philippus *Reinfels.* m. 1583 sine prole.
- Georgius *Darmstad.* m. 1596.
  - Ludouicus *Darmstad.* m. 1626.
  - Philippus *Buzbach.*
  - Fridericus *Homburg*, unde Homburgenses.

VICVS maior, CIϽ IϽ CIV decessit testamento facto, vt ex æquo heredes essent Cassellanus Marpurgicæ partis: Gissenæ Darmstadinus, hac addita conditione, vt qui religionem mutasset, hereditate excideret. Mauricio, approbanti sortem, Darmstadini fratres reclamabant, non in familias, sed in capita diuisionem exemplo postulantes, quo *a* PHILIPPI iunioris hereditas anno CIϽ IϽLXXXIII æqualiter diuisa fuerat. Mauricius testamentum obiiciebat: Darmstadini *b* religionis mutationem, quia sub idem tempus Lutheranam confessionem cum Reformata Mauricius commutauerat. Quam quum *c* Marpurgi quoque in ecclesiam inducere vellet, tumul-

a Qui Reinfelsæ sedem habuerat.

b Ideoque exclusum hereditate volebant vi testamenti, quod patruus fecerat.

c Anno CIϽ IϽCIV reformatio & tumultus Marpurgensis contigit. Per idem tempus & paullo post in aliis Cassellanæ ditionis prouinciis & oppidis hæc reformatio instituta, vt anno CIϽIϽCVIII Smalcaldiæ, in patria mea. Vid. Leonh. Hutteri *Concordia concors* c. 58. Wilh.

tumultu exorto, haud procul abfuit, quin sacrorum *a* ministri, quos nouos miserat, exturbati trucidarentur. Quæ caussa fuit, vt Gissæ Ludouicus nouam litterarum *b* sedem statueret, & Marpurgo *c* professores Lutheranæ confessioni addictos in eam aduocaret. Nec vero finita sic controuersia fuit, sed a theologis æque ac iurisperitis a parte altera, vt querebantur Darmstadini, abstinebatur. Accusante Ludouico, imperator in Ratisbonen-

Dilich *Hess. Chron. p.* 2. *p.* 353. Henr. Leuchter *de antiqua Hassorum fide Christiana*, *Histor. Bericht der neülichen Marpurgischen Kirchenhændel*, *Marpurg* 1605. Helu. Garthii *Histor. Bericht von dem Religions VVesen im Fürstenthumb Hessen.*

a Georgius Schœnfeld, Valentinus Schomer, Caspar Sturmius &c. Vide Relationem huius tumultus excerptam etiam ab Orthuino Gratio.

b Anno eodem CIↃ IↃ C V Gissensis academia constitui cœpit a conditore suo *Ludouiciana* appellata. Io. Iust. Winckelmann *Beschr. Hessenlands p.* 4. *c.* 7. *p.* 446.

c Theologos præcipue Ioannem Winckelmannum & Balthasarem Menzerum.

nensi conuentu *a* decretum fecit, vt Ludouicus ex asse heres patrui esset, cui quum Mauricius repugnaret, antea Cæsari ex caussa Vnionis, quam diximus, offensus; *b* Reinfelsa Cæsaris *c* iussu expugnata, & plurima inferioris Hassiæ *d* adempta, coactusque Mauricius, vt filio GVILIELMO imperium *e* tra-

a Exstat decretum in Theatro Europ. Tom. I. p. 730, anno CIↃ IↃ CXXIII consignatum. Insequuto anno, per legatos electorum Coloniensis & Saxonis (his enim iniunctum negotium a Cæsare erat) Marpurgensis ditionis homines soluti fide, qua obstricti Mauricio fuerant, & in verba Ludouici iurare iussi.

b Iam cesserat imperatore iubente comitatus inferior Catimelibocensis in Ludouici potestatem: sola Reinfelsa cum opposito Cattorum munimento, propugnaculis & præsidio confisa, in fide Cassellani manebat.

c Ab exercitu Coloniensi anno CIↃ IↃ CXXVI. *Theatr. Eur. T. I. p.* 928. Durante obsidione mortuus est Ludouicus Landgrauius XII idus Augusti.

d Quorum iuridicus conuentus (*regimen* vocant) qui Cassellæ fuerat, Smalcaldiam translatus est, vbi etiam per annum CIↃ IↃ CXXVII mansit.

e Anno CIↃ IↃ CXXVII. *Theatr. E. p.* 1002.

traderet: inter quem & GEORGIVM, Ludouici filium, CIↃ IↃCXXVII *a* Hersfeldiæ conuentum ita fuit, vt ceteris redditis, comitatus inferior Catimelibocensis, cuius caput Reinfelsa est; & pars *b* Vmstadiensis, & Smalcaldia cum *c* præfecturis suis penes Georgium pignoris loco ad pensandas iniurias; Marpurgum hereditatis titulo manerent. Quæ extremo Germaniæ bello *d* armis repetita, & Westphalica pacifica-

L

a Eodem anno. Transactionis articuli ibidem leguntur.

b Vmstadium, in Palatinatu situm, commune Palatini electoris & Hassorum principum est. Tradita ergo fuit pars Cassellana, *Transactio Hersfeld. art.7.*

c Breitunga, Hallenberg, Brotroda, quibus amplior accedit, quamuis sine nomine, ex pagis suburbanis constituta, quam supremus ceterarum & ciuitatis præfectus simul administrat. *Transactio artic. 7 & 12.*

d Marpurgum & Smalcaldia CIↃ IↃCXXXXVI. Reinfelsa anno sequenti. Ernesti Pii, Ducis Saxo-Gothani interuentu potissimum res omnis composita. *Vid. Acta Fürstliche Marpurgische succession belangend. Thuanus lib.133. Ludolphi Schaubühne lib.5. cap.2.*

ficatione ad eum statum, quo nunc persistunt, reducta sunt & confirmata.

Antequam Germaniæ bellum enarremus, ceterarum res gentium breuiter indicamus, vt continenti serie funestum illud malum enumeretur. In Gallia rex HENRICVS, *a* sicarii manu CIↃ IↃ CX peremtus, impuberi filio LVDOVICO XIII, vix nouem annos nato, amplissimum regnum reliquit. In Anglia Elisabetæ, CIↃ IↃ CIII exstinctæ, IACOBVS Scotiæ rex successerit

a Francisci Ravaillac, cuius supplicium descriptum est in Contin. Thuani *lib.* 3. *pag.* 84. Factum 14. Maii. Gramondus *lib.* I. Michael le Vassor *Hist. de Louis XIII. lib.* I. Fatum itaque Henricorum apud Gallos haut effugit, de quo sequens distichon:

Haut equus, haut domus est, haut tutus denique currus;
Ecce tot Henrici tot periere locis.

Incitatores cædis erant Iesuitæ, qui eandem publicis scriptis defendere minime verebantur. Quod fecit Io. Mariana *de Rege & Regis institutione.* Ludolphi *Schaubühne lib.* 10. *cap.* 5.

cessit, *a* vtroque regno *Magnæ Britanniæ* nomine coniuncto, ne discordia ex alterutrius præposito titulo nasceretur. Hic tertio anno magnum periculum euasit, *b* reperto machinali puluere,

L 2 in

a Ordo successionis hic erat.

Henricus VII.

Henricus VIII	Margaretha. Iacobo IV Scotiæ Regi nupta	Maria Carolo Suffolcio nupta
Maria. Elisabet. Eduardus IV.	Iacobus V R. Scotiæ	Francisca, Henrico Graio nupta
	Maria Scotiæ R.	Iana, Dudleio nupta
	Iacobus VI Rex Scotiæ Inter Reges Angliæ I	

Thuanus *lib.* 129. Larrey *hist. d'Angleterre tom.* 2. *p.* 638.

b XXXVI dolia pulueris sunt inuenta, V Nouembris CIƆ IƆ C V. *Thuan. lib.* 137. Ionstonus *Hist. Britann. lib.* 12. Larrey *tom.* 2. *p.* 660. *sqq.* Ipse quoque Iacobus de coniuratione sulphu-

in ſubterraneam ſub baſilica cellam illato, quo rex & ſoboles regia, & procerum optimi quique tollerentur. Qui princeps eruditus atque ita pacificus fuit, vt Palatino, genero ſuo, regno & prouinciis eiecto, non armis, ſed *a* litteris tantummodo & ad Cæſarem ac Hiſpanum regem legationibus adeſſet. Is Hiſpanorum rex PHILIPPVS III Maurorum ſobolem *b* denuo eiecit,

rea ſcripſit. Omnis in Ieſuitas facti inuidia redundabat, præcipue in Henricum Garnetum S. I. in Anglia Superiorem, de quo etiam ſupplicium Londini ſumtum. Extat *Actio in Henricum Garnetum* a G. Camdeno ex Anglico latine verſa, *Londini* 1607. 4. Verum ſub nomine Andreæ Eudæmon-Ioannis Cydonii *apologiam pro Henrico Garneto* ſcripſere Ieſuitæ *Coloniæ* 1610. 8. qua ipſum pro Martyre venditant. Sic etiam Catholicos defendit P. S. de Orleans *dans l'hiſtoire des Reuolutions d'Angleterre Tom. 3. p. 8.*

a *Theat. Eur. Tom. I. pag.* 386. & *pag.* 601. vbi conditiones ſcribuntur, quibus reſtitutio Palatini iniri poſſit.

b Poſt Ferdinandum catholicum pater huius Philippus II expulerat, Algerienſium confiſos auxilio. *Thuan. lib.* 18. Is tumultus maxime in regno Granadæ fuerat.

cit, in Africa *a* Lixum & Mamoram cepit.

Venetis hac tempestate Paullus V pontifex *b* sacrorum vsu interdixit, quod clericos bona adquirere prohiberent & quosdam carcere tenerent inclusos. Qui vero id nihili facientes, sacra, vt antea jubent peragi: quod quum nollent Iesuitæ facere, pontifici religiosius deuoti; e republica expelluntur, nec, nisi abolito interdicto pontificis & pace benignius concessa, regis Galliæ interuentu restituuntur. *c* Pleursium, Rhætorum non ignobilis

a Larache hodie, sitam in ora oceani occidentalis: ibidem & Mamora ad ostium fluuii Subæ est.

b Vide Thuanum *lib.* 137. ad annum CIↃIↃCVI & sequentem. Iura reip. Venetæ defendunt M. Antonius Quirinus, Senator & Paulus Venetus. Ludolphi *Schaubühne lib.* 6. *c.* I.

c CIↃIↃCXVIII pridie nonas Septemb. quum aduesperasceret, *Pleursium* a monte oppressum IↃCCCCXXX homines sepeliuit, & vicinus pagus *Schilan*, qui eodem casu periit, homines LXXVIII. Pleursium CXXV splendidiora ædificia habuit. *Theat. Eur. T.* I. *pag.* 97. Burneti Itinerarium *p.* I. *p.* 268.

vicus in Clauennensi comitatu CIƆ IƆ CXVIII a monte oppressus, supra mille homines ruinis suis inuoluit. Poloni CIƆ IƆ CXI *a* Smolenskum occupant, quo spes succisa fuit, quam Sigismundi filius VLADISLAVS habebat Moscouiæ principatus potiundi. In eius locum enim MICHAEL FEDROWIZ, vix dum puber adoptatus est. Post hæc *b* vincuntur Poloni a Turcis in Walachia CIƆ IƆ CXX; insequenti anno Turcos ad *c* Cochinum vincunt, & ad pacem pæne dura *d* conditione ineundam, cogunt. Moscouos grauiores turbæ adfligebant. Ioannem Basilidem, de quo *e* supra dixi, CIƆ IƆ LXXXIV

a Anno CIƆ IƆ CXI post histrioniam pseudodemetriorum. *Contin. Thuani l.4.* vt mox pluribus trademus.

b *Theatr. Europ. Tom.* I. *p.* 433.

c In Theatro Europ. T. I. p. 598. Cochin vocatur *castellum ad fluuium Nister*, quod pacificatione post hanc victoriam Wallachorum principi a Polonis restitutum fuit. *ibid. p.* 601. *art.* 10.

d Conditiones *d. l. Theat. Eur.* perscriptæ sunt. *p.* 600.

e *Supra pag.* 89.

LXXXIV defunctum THEODORVS filius exceperat, ſed per ſocordiam haud par gerundis rebus, cui vxor fratrem ſuum *a* Boriſſium adiunxit, a quo Demetrius, alter Baſilidis filius ſublatus, & ipſe poſt Theodorus non ſine veneni ſuſpicione deceſſit. Quum ſic certus imperii *b* Boriſſius eſſet, a ficto *c* DEMETRIO, qui Baſilidis filium ſimulabat, ſubruitur. Applauſum tanquam domino, & vxor ex Polonia adducta, Palatini filia. Sed proditus morum peregrinitate, in ipſis nuptiis trucidatur, BASILIO Suiſcio imperium ſuſcipiente, quem

L 4 quaſi

a Ioach. Paſtorius *Hiſt. Polon. lib.* 5. Leben Czar Peters *p.* 400.

b Boriſſius CIↃ IↃ C V ſubito moriebatur. Eius filius Theodorus Borisſowitz pro magno duce exclamabatur quidem. Sed, cum Ruſſi Demetrium ſequerentur, poſt ſemeſtre ſpatium captus occidebatur. *Vid. Io. Mosqueræ relatio de adeptione Imperii paterni principis Demetrii & Tragœdia Moſcouitica, ſ. de vita & morte Demetrii, Coloniæ* 1608. 8. Ludolphs *Schaubühne lib.* 5. *c.* 10.

c Thuanus *lib.* 135. Paſtorius *d. l.* cuius fide in ſequentibus quoque vſi ſumus.

quasi cædem effugisset, alius impostor Demetrii nomine & persona terret, a Polonis, ex superiore turba reliquis, adiutus. Interea Sigismundus, Poloniæ rex, inique ferens legatos suos custodiri, ad Smolenskum exercitu admoto, iterum legatos mittit, qui benignius excepti, ad id Moscouos perducunt, iam Suiscium aspernatos, vt ipsi legatione non pacem modo & amicitiam, sed regis quoque filium VLADISLAVM sibi ducem petant, cui inducendo quum præmissi iam essent, qui omnia pararent; vi capitur Smolenskum, quo nuntio Moscouii a Polonis alienati MICHAELEM FREDROWIZ summum sibi ducem constituunt. *a*

In Suedia CAROLVS Sudermannus, de quo *b* supra dictum, contra Sigismundum electus CIↃ IↃ CIV aduersus Polonos rem *c* male gerit,

a Cal-

a Patriarchæ erat filius. Vir probus & clemens. *Ludolphi Schaubühne lib.* 13. *c.* 2.

b *Pag.* 192.

c *Hæc clades Kerckholmensis* vocatur a loco pu-

a Calmariam, a Danis ereptam CIↃ IↃ CXI, & eodem anno vitam amittit, successorem filium relinquens GVSTAVVM ADOLPHVM, Germanico bello postea clarissimum. Turcorum MOHAMMEDI III anno CIↃ IↃ CIV filius ACHMED subrogatur, cui quum frater MVSTAPHA vult succedere, in b carcerem ab OTMANE, Achmedis filio detruditur, quem Polonica clade inuisum, cum captiuo Mustapha permutant & altero anno Mustapham, mente & corpore infirmum, cum MVRADE IV, Otmanis c strangulati fratre.

Tandem ad triste malum, quod horreo scribere, adgredior exponen-

L 5 dum.

gnæ in Liuonia. Pugnatum anno CIↃ IↃ CV. *Loccen.* p. 461. *Pufend. Contin. p.* 614.

a Loccenius in Carolo sub finem.

b Vide scriptores rerum Turcicarum, & qui ex illis excerpsit, Strykhusium *Hist. Sarac. pag.* 258. *Ludolphi Schaubühne lib.* 18. *cap.* 11.

c In carcere strangulatus Otman anno CIↃ IↃ CXXII. Sequenti anno, Mustapha rursus in vincula coniecto, Murad potitus rerum est, *ibidem.*

dum. RVDOLPHVS, rex & imperator, Bohemis libertatem religionis, a *a* maioribus concessam, benignis quidem *b* litteris confirmauerat: quam quum MATTHIAS *c* imminueret, in fratris locum CIƆ IƆ CXII suffectus, multa vbique querela, spes nulla emendationis, priuilegiis ad pauciores restrictis, ne, qui sub præsulibus essent, iisdem fruerentur. Conuentus acti, quod consulatum, ad *d* defensores & senatum de-

a Ferdinando & Maximiliano.

b Litteras maiestatis vocant. *Maiestäts Brief.* Concessæ anno CIƆ IƆ LXXX. *Lundorpius Act. Publ. tom. 1. Ludolphi Schaubühne lib. 9 cap. 2.*

c Conniuendo pontificiis, aut defendendo etiam, si contra priuilegia egissent. Sic abbas Braunauiensis impediuit ædis sacræ exstructionem: archiepiscopus Pragensis exstructam euertit. *Theat. Eur. T. p. 14.*

d Ita vocati Proceres regni, qui paci tuendæ præpositi erant. Horum præcipuus Henricus Matthæus Comes Turrianus. Conuentum agebant Maio mense CIƆ IƆ CXVIII. Pragæ in Collegio Carolino, deliberantes, quonam modo litteras Maiestatis & religionem tueri queant. Quod factum cum ægre ferret Imperator, ipsi apologia excusatum eunt. Sed Imperator reiecta

defertur, in quo quum durius *a* quidam pro Cæſare reſpondiſſent, per feneſtram præcipitantur. Iacta alea, dubius euentus libertatis. Ad arma tamen coitur, vt vi defendant, ſi opus ſit, quod precibus ac querelis nequibant. Thurnius in Auſtriam cum copiis miſſus, vt periculo oſtenſo, pax æquior impetretur. Luſati, Sileſii,

apologia reſiſtebat. Nouus inde conuentus, in quo de feneſtra præcipites mittebantur, qui a partibus erant Cæſaris. *Theatrum Europ. tom.* I. *Burgoldenſis Diſc. ad Inſtrum. P. pag.* I. *d.* I. *pag.* 65.

a Guilielmus Slabata, iudex prouincialis & Martinicius, comes; & ſecretarius Philippus Fabricius. Factum id XIII Maii CIↃ IↃ C XVIII. Miraculi inſtar fuit, eos hoc caſu, quamuis ſumma locorum altitudine, nihil læſos. Auctor epitomes belli Bohemici refert, Fabricium, Secretarium in Dominos ſuos ita decidentem e veſtigio ſurrexiſſe, atque importuni iſtius caſus moleſtiam modeſte fuiſſe deprecatum. Vid. & *Ludolphi Schaubühne lib.* 18 *c.* 3. Peracto facinore triginta creabantur Directores, Miniſtri Cæſaris loco moti, Ieſuitæ regno pulſi & omnibus, qui litteras Maieſtatis aduerſarentur, bellum indictum, miſſa tamen ad Cæſarem apologia.

Morauî ad communem caussam excitantur. Tentatur *a* Egræ compositio, interueniunt principes, & pro Bohemis deprecantur, sed nihil proficitur, quod offerre magis, quam dare pacem Austriaci videbantur. Inter hos motus Matthias decedit CIↃIↃCXIX, quum *b* antea FERDINANDVM, agnatum suum Bohemis regem designasset, quem illi nunc respuunt, tanquam iniquiorem libertati futurum, cuius rei non dubia *c* signa se præsentire putabant.

a Sam. Pufendorf. quem honoris caussa semper nominamus, *Hist. Bell. Sued. lib.* I. *n.* 23. Vocatur in Actis Publicis *Interpositions Handlung.* Cessabat tamen mortuo Matthia. *Epitome B. Bohem. Londorp. tom.* I.

b Anno CIↃIↃCXVII, extremo Junio; quem etiam vt regem acceperant Bohemi.

c Ea enumerata queruntur apud Saxoniem & Palatinum. *Pufend. n.* 25. Summa erat, regnum capessi, antequam præstita essent, quæ debebantur. Ferdinandus enim iuramento promiserat, se religionis libertatem in ditionibus suis non esse toleraturum. Prostat de eo *Deductio d. i. Nothwendige Ausführung, Bericht und Erzehlung derer Vrsachen und Motiven, darumb Kayser Ferdinand II. nach tödtlichem Abgang*

bant. Circumſpectis rationibus *a* FRIDERICVM Palatinum electorem, *b* FRIDERICI IV filium, ſibi regem

K. *Matthiæ des Regiments in Böhmen, und derſelben Incorporirten Landen Verluſtigt*, *Prag* 1620. 4.

a Iuuenem XXIII annorum, natum CIↃ IↃ XCVI Omnes diſuadebant, cum parem negotio Fridericum non viderent. Incitabat Eliſabetha Regis filia, Ludouicus Camerarius & Abrahamus Scultetus. Quorum ille præcipuam regni dignitatem in ciuilibus; hic in eccleſiaſticis adfectabat. Vnioni nimium confidebat, Anglis Belgisque. *Ludolphi Schaubühne lib.* 19. *cap.* 3. *pag.* 717. Coronabatur Pragæ ſolenni more IV Nouembris CIↃ IↃ C XIX. iuxta diſtichum Streithagii:

SCeptra PaLatInVs qVa noLLet taCta BoheMa
ALIte non faVſta CepIt In Vrbe Praga.

Burgold. *Diſc. ad Inſtrum. P. p.* I. *d.* I. *p.* 67.

b Hic anno CIↃ IↃ CX decedens, teſtamento tutorem filii Ioannem Bipontinum conſtituerat, poſthabito propinquiore agnato Philippo Ludouico Neuburgico. Vnde acris controuerſia nata, quam mors Neuburgici, & maturior ætas pupilli diremit. Teſtamentariam tutelam defendit Marquardus Freherus & Dionyſius Gothofredus. His ſeſe oppoſuit Zacharias Freidenreich & Iohannes Zeſchlinus. Frehero etiam reſpondet Chriſtophorus Gewoldus.

constituunt. Per idem tempus vel eadem passi, vel Bohemorum exemplo præmoniti Vngariæ proceres *a* GABRIELEM BETLEN, Transiluaniæ principem securitati suæ inuitant, qui quum *b* oppidis expugnatis, in Austriam excursiones fecisset, *c* princeps Vngarorum, breui post rex solemni ritu declaratur, multorum sociis, hostis Austriacorum, cum quibus tandem *d* paciscitur, sed inconstanter, & Vngaris ipsis, quos expilauerat, *e* inuisus; CIϽ IϽ CXXIX *f* morte interceptus. Sed in Bohemiam reuertendum, cui ex propinquo fœderati (Vnionem vocabant)

a Vulgo *Betlem Gabor.*
b Caschovia, Filleck, Neuheusel, Posonio siue Presburg, &c. quæ præsidiis Austriacis tenebantur. *Th. Eur. p.* 219.
c Anno CIϽ IϽ CXX ineunte & comitiis Caschoviensibus *princeps Vngariæ* declaratus: eodem anno, VIII calend. Septemb. *rex* proclamatus & inauguratus est *Theat. Eur. p.* 292. 345.
d Anno CIϽ IϽ CXXI & sequenti, & CIϽ IϽ CXXVI. *Theat. Eur. T.* I. *p* 544. 788.
e Ibidem per legatos apud Cæsarem queruntur.
f *Contin. Meterani lib.* 46. *extr.*

bant) auxilia ostentant, quibus Catholici & suas copias opponunt, inter quos *a* Vlmæ ita transigitur, vt fœderati nullam curam Bohemiæ, si velint, Palatinatus habeant. Quæ pacificatio Friderici clades fuit. Nec enim aliunde *b* auxilium apparebat, quum socer rex armis abstineret; Belgæ, *c* hortatores antea, suis iam rebus intenti essent.

a Pufendorf. *Rer. Sued. lib.* 1. *n.* 31. Cum enim post minacia vtrinque scripta Liga circa Donawertham, Vnio circa Vlmam castra castris opposuisset, & iam ad manus vterque Exercitus esset venturus, res Vlmæ transigitur. Ratio erat, quod Vnionis membra inter se dissiderent, nec eam nimium excrescere volebant Galli, ne Hugonottis auxilia præstarent. Hinc ex Ludouici XIII iussu, legati Gallici hanc Vlmensem conventionem potissimum curabant. *Mich. le Vassor Hist. Louis XIII. lib.* 15. *p.* 708. Inde initium infelicitatis Palatini reputant ipsi Gallorum legati.

b Præter Vngaros, a Gaborio missos, initium fugæ & cladis in Pragensi prœlio.

c Belgæ fœderati suaserant bellum, vt Austriacæ copiæ desiungerentur, nec omnis moles in ipsos, induciis finitis, incumberet. *Pufend.* 1. *n.* 13.

sent. Itaque *a* breui pugna confecta res apud Pragam fuit *b* Maximiliano Bauaro duce, *c* & proceres Bohemi supplicio adfecti, rege interea per Silesiam elapso. Elector Saxo IO. GEORGIVS, qui fratri CHRISTIANO II ab anno CIↃ IↃ CIX, hic patri CHRISTIA-

a Vnius horæ. Pugnatum VIII idus Nouembr. CIↃ IↃ CXX. Prœlium factum in monte albo, ipsa Dominica, cum euangelium explicaretur: *Date Cæsari, quæ sunt Cæsaris.* Burgoldensis *p.* 1. *d.* 1. *p.* 76. Ludolphi *Schaubühne lib.* 20. *cap.* 3. *p.* 770.

b Contra quem dux Bohemici exercitus erat *Christianus Anhaltinus*, victor antea Dampieri & Buquoyi, Cæsareanorum ducum in Bohemia. Eius filius, itidem *Christianus* primum impetum in hostes in prœlio Pragensi fecit, eosque pepulit: mox ipse pulsus vulneratusque, & equo delapsus capitur. *Thedt. Eur.* *T.* 1. *p.* 410. *Vassor Hist. de Louis XIII lib.* 14 & 15.

c Cœpta est Executio Pragæ d. 1 Iulii CIↃ IↃ CXXI, Cæsaris Commissarius erat Princeps Lichtensteinius. Per hanc XXVII nobilissimi viri vltimo supplicio fuerunt adfecti, quos inter præcipuus Comes Schlickius. Hoc peracto, omnes Doctores Euangelici ex Cæsaris prouinciis fuerunt expulsi. *Theatr. Eur. tom.* 1. *p.* 482. *Burgold. Discurs. p.* 1. *d.* 1. *p.* 77.

STIANO I, Augusti filio, CIↃ IↃ XCI exstincto, post tutelam FRIDERICI GVILIELMI successerat, Silesios atque Lusatos ad Cæsarem reduxit: Bauarus superiorem Palatinatum invasit, quem præmium laboris, sicut Saxo *a* Lusatias, accepit. Inferioris partes, quæ ad Rhenum Nicrumque vergunt, dux Spinola occupauit, foederatorum exercitu *b* otiose inspectante. Munitiora tamen, Manhemium & Heidelberga a Tillio postmodum expugnantur, & hæc librario thesauro, cui parem Germania non habebat, *c* ab eodem spoliatur. Tandem & Fran-

a Dubias postea Suedorum foedere: at Pragensi pace confirmandas.

b His præerat Ioachimus Ernestus Onolsbacensis, qui inuidiam sociorum propterea incucurrit. *Epitome Rerum Germ. p.* 19.

c Tillius, Dux Ligæ Catholicæ Palatinatum hoste vacuum ingressus, VI Septembris CIↃ IↃ CXXII Heidelbergam, frustra illam cum Anglicana legione defendente Neruio, expugnat, Bibliothecam sibi vindicante Maximiliano Bauariæ Duce. Hic concedebat Gregorio XV obtinendi ergo Electoratus. Mittebatur ad accersendam hanc Bibliothecam Leo Allatius, cui illud curæ

Franckenthal deditione victori cessit, quum Ratisbonensi *a* conuentu septemuiralis dignitas, Friderico adempta, in Bauarum a Cæsare transfertur. Tres supererant, qui caussam Palatini tuerentur, Georgius Fridericus, Marchio Durlacensis; Christianus Brunsuicensis; & *b* Ernestus Mansfeldius, qui cum copiis singuli peruagati, & sæpe a Cæsareis *c* victi, caussa imperatori fue-

erat, ne vel vnum Codicem manu exaratum omitteret, quos magno studio constipabat, nec etiam propriis Gruteri, qui dum præfectus erat, parcebatur *Struvii Introductio in Not. rei litter. cap. 2. §. 19. Ludolphi Schaubühne lib. 22. c. 2.*

a CIↃ IↃ C X X I I I refragante licet Saxone & Brandenburgico. Inuestitus autem Bauarus electoratu XXV Febr. CIↃ IↃ CXXIII. *Ludolphi Schaubühne lib. 23. c. 2.*

b Petri Ernesti, gubernatoris Lucenburgici, filius nothus, fortissimus miles, in tuenda Bohemia & recuperando Palatinatu strenuus, tandem desertus a Betlenio Gabor, quum per Dalmatiam Venetias iret, morbo mortalitatem expleuit CIↃ IↃ C X X V I. *Imhof. Not. Proc. p. 311.* Ludolphs *Schaubühne lib. 26. c. 2. n. 30.*

c Durlacensis ad Wimpinam; Brunsuicensis postquam Paderbornam & Soestam occupasset, & Catholicos varie adflixisset, ad Hœchstam in

fuerunt, dum vagos persequebatur, Germaniæ armis obtinendæ.

In tantis turbis inferioris Saxoniæ ordines libertati suæ timentes, regem Daniæ sibi *a* ducem creant, quod indigne imperator fert, & nouas copias per Wallensteinium conscripsit, cuius tam alte *b* fortuna surgit, vt non Germaniæ modo terribilis, sed ipsi tandem suspectus imperatori fiat. Hic cum alibi, tum in Saxonia felix, CHRISTIANVM GVILIELMVM, Magdeburgicum administratorem, *c* milite

exuit,

Mœni ripa, Mansfeldius ad pontem Dessauiensem &c. *Theat. Eur. p.* 627. 632. 922. *Ludolphi Schaubühne lib.* 22.

a Rex Daniæ Christianus IV eligitur dux circuli inferioris Saxoniæ CIƆ IƆ CXXV.

b Wallensteinii, quem Cæsar in principum ordinem, cum titulo *Fridlandiæ ducis*, euexerat, inusitatum fortunæ exemplum, quæ tamen ad extremum non suffecit, breuiter descriptum habes in Anonymi Epitome Rer. German. p. 39. *Vid. & Ludolphi Schaubühne lib.* 28. *c.* 2. & Iosuæ Arndi *Vita VVallensteinii*, *Rostochii* 1628. 8. *edita*.

c Ad Luterbocum, *Theatr. Eur. T.* I. *p.* 922. Hic *Christianus Guilielmus* frater erat *Ioannis Sigis-*

exuit, & Mansfeldium, qui Dano accesserat, ad pontem *a* Dessauiensem profligat: Tillius eodem anno (sexto vicesimo sæculi) ad vicum Luteram, in agro Brunsuicensi, *b* exercitum Dani post grauem pugnam in fugam vertit, ex quo tempore inferior Saxonia, & maris Balthici ora præter *c* Stralsundum, obsidionis contemtricem, in Cæsaris potestatem venerunt, & rex Daniæ *d* pacem, quam victor dabat, Lubecæ

mundi, electoris Brandenburgici, CIϽ IϽCXIX defuncti; proscriptus ab imperatore & miris fatis exagitatus, eo, quod cum Dano fecerat: sicut antea quoque frater illius *Io. Georgius*, ducatus Iägerndorfii possessor, in Bohemica caussa idem fatum subierat CIϽ IϽCXXI. *Sagittarii hist. March. Brandenb.* §. 65.

a *Theatr. Eur.* T. I. p. 923.

b Proelium factum XXVI Augusti. *Ludolphi Schaubühne lib.* 26. *cap.* 2. *p.* 313. *Theatr. Eur.* T. I. p. 932.

c Frustra obsidione cinctam a Wallensteinio CIϽ IϽCXXVIII. extat de eo *Gründlicher Bericht von des Hanse Stadt Stralsund* 1631. 4.

d Conditiones pacis exstant *Tom.* 2. *Theatri Eur.* principio, ad annum CIϽ IϽCXXIX, quo transactum Lubecæ fuit. Potissima erat, ne Danus

becæ accepit. Imperator ſecundis rebus elatus, aut inſtigatus a *a* præſulibus, eccleſiæ bona, poſt pacem Paſſavienſem ablata, edicto *b* repetit. Inſequenti anno Ratisbonæ *c* conuentum indicit Imperator, conſtituendæ apud Germanos pacis ergo, quo tamen aliud non agebatur, quam vt diſſidia augerentur. Hoc moti proteſtantes, fœ-

imposterum ſe rebus Imperii contra Imperatorem immiſceret. *Ludolphi Schaubühne lib.* 29. c. 2. *Recueil des Traittés de Paix tom.* 3. *p.* 276.

a Conſultationes de hac re in Romano conſiſtorio, vides in Theatr. Eur. *T.* 2. *pag.* 7. vbi etiam epiſcopatus recenſentur, quos repeti poſſe, ſalua Paſſauienſi pace, pontificii putabant.

b Vocatur edictum Reſtitutionis publicatum Viennæ VI Martii CIↃ IↃ C XXIX. Hoc XIV Epiſcopatus & prælaturæ bene multæ repetebantur. Immo Executionis initium Auguſtæ XXV Iunii CIↃ IↃ C XXX factum. *Ludolphi Schaubühne lib.* 29. c. 2. *Recueil des Traittés de Paix Tom.* 3. *p.* 261.

c Chriſtophorus Forſtnerus epiſtolam edidit de Comitiis his Electoralibus. Vnicum querelis Statutum dedit Cæſar, vt Wallenſteinio, quem intolerandum Germaniæ Dictatorem vocabant, Imperium militare auferret. *Ludolphi Schaubühne lib.* 30. c. 2. *p.* 511.

fœdus *a* Lipsiæ de vi pellenda, si inferatur, CIƆIƆCXXX percutiunt, inualidum forsan aduersus victorem exercitum, ni tempestiue ad partes rex Sueciæ accessisset. Nec armis modo protestantes, sed *b* litteris etiam impugnabantur, quibus probatum pontificii ibant, indignos pace Passauiensi esse, quam toties violassent: quos Saxonici, *c* defensione edita, fortissime repulerunt.

Quum

a Qui principes, aut legati principum rerumque publicarum in conuentu Lipsiensi fuerint, *Theatr. Eur. T.2.* enarratur, a *p.292. Ludolphi Schaubühne lib.31. c.2.*

b Compositione pacis Dillingensium iurisconsultorum & Iesuitarum scriptis, Laurentii Foreri maxime. Sic etiam Iesuitæ Colonienses sub titulo: *Francisci Burcardi de autonomia* contra Protestantes agebant, quibus respondet Bartholomæus Gericius. Nefarium scriptum erat Casparis Scioppii *Classicum belli sacri, Ticini* 1619. 4. Huic opposuit Theodosius Berenicus *tubam Classico Scioppiano occentam, Augustæ Treboccorum* 1623. 4. *& Iustus Meyerus quæstionem, an Protestantes iure Cæsareo sint haeretici, Argentorati* 1624. 4.

c *Haupt-Vertheidigung des Evangelischen Aug-*

Quum is status rerum esset, & Pomerania in Cæsaris potestate; Suedorum rex GVSTAVVS ADOLPHVS, adhuc *a* victor Polonorum, non ferens commercia suis *b* intercludi, aliisque *c* caussis offensus, tentatis *d* frustra, quæ pacem Germaniæ redderent; prætermisit tandem, qui Cæsareos ex Rugia exturbarent. Quod eo facilius ad exsequendum fuit, quo huic propior insulæ Stralsunda est, quam suo præ-

apffels, electoralibus auspiciis publicata CIↃ IↃCXXX.

a In Liuonia & Borussia CIↃ IↃCXXVI. *Theatr. Eur. T.* I. *p.* 965.

b Dum portus Pomeraniæ in Cæsareorum potestate essent.

c Caussæ erant adfectatum dominium maris Balthici: auxilium Cæsaris in Borussiam Polono submissum: legatorum Suedicorum a Lubecensi pacificatione reiectio: litteræ regis ad Betlenium Gabor interceptæ & publicatæ, eiectio Mecklenburgicorum adgnatorum. Arcana caussa erat, ne potentia nimia excresceret domus Austriaca. *Manifestum Regis Sued. Stralsundæ* 1630. *Ludolphi Schaubühne lib.* 30. *c.* I.

d In conuentu Dantiscano CIↃ IↃCXXX. *Theatr. Eur. T.* 2. *p.* 157.

præſidio rex, vocatus *a* ante a ciuibus, cum portu vrbis tenebat. Ipſe cum exercitu Iunio menſe CIƆ IƆC XXX ſequutus, eiectis Cæſareis, & cum BOGISLAO, vltimo principum huius gentis, icto *b* fœdere, Pomeraniam tuetur. Ad regem principes confluebant, expulſi ſedibus ab imperatore, quibus opem ſuam promittit, quam præſentem etiam *c* Mecklenburgicis præſtitit. Tillius, exauctorato Wallenſteinio ſuffectus, amiſſa Pomerania, in

a Cum Stralſunda a VVallenſteinio obſideretur CIƆ IƆCXXVIII, Deditionis formulam exhibet *Recueil des Traittés de Paix Tom. 3. p.* 255.

b Conditiones fœderis habentur in *T. 2. Theatr. Eur. p.* 240. & *Recueil. p.* 291.

c Mecklenburgici principes expulſi erant ob communem inferioris Saxoniæ & regis Danorum cauſſam: derelicti in Lubecenſi pacificatione, quod VVallenſteinius illorum regiones a Cæſare acceperat, a quo repetere nec ipſe Cæſar audebat. Vide *Edictum Cæſareum*, quo VVallenſteinio illæ regiones, excluſis prioribus dominis, tanquam perduellibus, traduntur, in *Theatr. Eur. T. I. p.* 1047, ad ann. CIƆ IƆCXXVIII. Publicatum de eodem Kayſ. Manifeſtum, ad quod tamen ſingulari apologia Duces reſponderunt.

in milite spem habebat, si acie certandi facultas foret. Quam quum negasset rex aliquoties, is Magdeburgum *a* obsidione cingit, futurum sperans, vt rex vrbem liberaturus, in manus sibi veniret. Nondum maturum regi erat interiora Germaniæ intrare, priusquam de receptu sibi & auxiliis prospexisset, quod dum facit, & *b* Francofurto vi expugnato, de *c* Spandouia cum Brandenburgico agit, & cum Saxone de necessariis obsidioni disiiciendæ; interea captū *d* Magdeburgum & crudelissime excisum fuit. Quod sæuitiæ exemplum dubios principes confirmauit, vt Cæsari fide renuntiata, Suedorum regi, libertatis vindici, accederent. In primis

M Sa-

a Anno CIↃ IↃ CXXXI Aprili mense vrbs obsessa, decimo Maii expugnata, *Ludolphi Schaubübne lib.* 31. *c.* 2. *p.* 34.

b Quam vrbem Cæsarei præsidio septem millium tenebant sub præfecto comite Schaumburgico *Theatr. Eur. T.* 2. *p.* 394.

c Quæ etiam concessa regis securitati fuit. *Ibidem pag.* 353.

d Administrator etiam *Christianus VVilhelmus*, Marchio Brandenburgicus, in expugnatione captus & saucius abductus est.

Saxo numerosas copias cum regiis coniungit, quem Tillius vlturus, quum in Misniam se coniecisset, ad Lipsiam ingenti *a* prœlio fusus, catholicorum fortunam, tot stabilitam victoriis, euertit. Post pugnam, diuisis copiis, Saxo Bohemiam petit: maiore impetu rex Franconiam, Rhenanum tractum, Bauariam, & cunctis ditioni suæ subiectis, ingenti præda potitur. Solum Ingolstadium erat, quod munitionibus suis exclusit regem, qui & ipsum non sine *b* periculo suo tentauerat. Necessitas imperatorem adegit, vt Wallensteinium reuocaret, quod moli bellorum vnus Tillius non sufficere videbatur, qui etiã breui post ex vulnere, quod traiectu *c* Lici submoturus hostem acceperat, Ingolstadii exstinctus est. Inde rex Norim-

a Pugnatum VII Septembr. CIↃ IↃ CXXXI. *Ludolphus lib.* 31. *c.* 2.

b Ingens periculum erat, quum equus, cui rex insidebat, tormenti globo, ex vrbe emisso, prosterneretur. In qua exploratione Marchio Badensis quoque *Christophorus* itidem globo tormenti occisus est. *Theatr. Eur. T.* 2 *p.* 640.

c Prœlium ad Licum ibidem scriptum est *p.* 634.

rimbergam profectus castra munit: Wallensteinius, recepta *a* Bohemiæ parte, a Bauaro firmatus, castra opponit, sed conflictibus *b* superior rex, etiam *c* horreum illius, quod in vicino erat, ex parte spoliauit, reliquum flammis absumsit. Inter hæc Holkius Gallasiusque, quibus ipse tandem *d* Fridlandus accessit, vexabant Saxonem, cui opem rex laturus, ad Lüzenam hostem obuium habet, quocum fortiter confligit, & dum vincit, aliquot globulis *e* traiectus gloriosam mortem occumbit VIII idus Nouembris CIↃ IↃ CXXXII. Inclinata iam acies Cæsareorum

 erat,

a Praga, Egra, Elnbogen &c. *ibidem p.* 552.
b Ibidem *pag.* 655. *sqq.*
c Ibidem *pag.* 656.
d Quem Wallensteinium alibi diximus nouo *Fridlandiæ ducis* titulo a Cæsare auctum.
e Ignotum a quo. Suspiciones erant, ab aliquo suorum peremtum esse. Lege Pufendorf. *lib.* 4. *n.* 63. Sunt enim, qui Francisco Alberto tribuunt, qui ad Cæsareos postea transiit. Hunc tamen excusat *Ludolphi Schaubühne lib.* 31. *c.* 2. Alii necem Mauritio de Falckenberg Tribuno militum, licet vltimam manum adhibuisse dicatur Ioannes Schnebergius Bockendorpensis

erat, quum Hala *a* Pappenheimius advolaret, instauraturus prœlium, nisi & ipse vulnus accepisset, ex quo altero die animam Lipsiæ, quo victi refugerant, exhalauit. Saxo recuperat sua, hoste per Bohemiam aufugiente.

Mors regis variorum animos aperiebat, Oxenstirnæ cancellario regni summa rerum delata, cum plena potestate ad Germanos legato, quocum denuo *b* fœdus Heilbrunnæ initur, Saxone hæsitante, quod Suedi æmulationem, alii pacis studium interpretantur. Hornius *c* & Vinariensis BERNHARDVS,

ex agro Paderbornensi, qui catenam etiam Regi detraxit, quam adhuc seruare dicitur familia: Ferdinandi Fürstenbergii *Monumenta Paderbornensia, p.216. Auctor vitæ Christianæ p.6.*

a Pufendorf. *d. l. num. 64.*

b Fœdus & fœderis articulos quære in *Theat. E. T. 3. p. 42. seq.* ad annum CIƆ IƆ CXXXIII. Fœderati erant Status quatuor Circulorum, Francici, Rhenani vtriusque & Sueuici, qui vna cum Suecicis instituebant Consilium formatum Francofurti habendum. *Ludolphi Schaubühne lib. 33. c. 2.*

c Ita militiæ duces inter se diuisi, vt Georgius Luneburgicus in Saxonia inferiore & Westpha-

DVS, diuisis copiis late vagantur, ille vsque Bodamicum lacum omnia terret; hic multa Bauariæ recuperat, & Principem vrbem *a* Ratisbonam expugnat. Wallensteinius iam summa potestate duces ordinum *b* sacramento adegit, non permissuros se, vt illi a Cæsare imperium abrogetur. Res noua Cæsarem non leuiter turbat, & ne erumpat coniuratio, celeritatis consilium capit. Extemplo *c* edicitur in legiones, ne perduelli dicto audientes sint. Quo ille cognito, quum Pilsena *d* Egram se contulisset ad hostes transiturus, a præsidii *e* præfectis ante con-

lia cum exercitu ageret. Bernhardus in Franconia, Gustauus Horn in Alsatia & Comes Turrianus in Silesia.

a Expugnationem Ratisbonæ accurate scripsit *Bogislaus Philippus de Chemnitz Parte* 1. *lib.* 1. *pag.* 257.

b Lege *Epit. Rer. German.* ad hunc annum & Brachel. *lib.* 5. *p.* 239.

c Edictum exstat *Tomo* 3. *Theatr. Eur. p.* 182.

d Qua vrbs opportunior erat ad proditionem, quam Pilsen. Vide Brachel. *lib.* 5. *p.* 241. Pufendorf. *lib.* 6. §. 15. *p.* 138.

e Gordano & Leslæo, Scotis, quibus Butlerus

cubiam noctem *a* confoditur, quum *b* socii eius paullo ante in arce, quo cœnatum venerant, trucidati ab eisdem essent. Hunc exitum habuit *c* Wallensteinius, fortunæ inconstantis, si quis alius, memorabile admodum exemplum.

Exercitui nouus dux impositus rex Vngariæ FERDINANDVS, Cæsaris filius, qui præsentia sua res turbatas restituit, recepta *d* Ratisbona & omni Danubii ripa. Quum Nordlinga obsideretur, Bernhardus Horniusque, li-

be-

tribunus accessit, qui cum Wallensteinio advenerat.

a XV Februar. CIↃ IↃCXXXIV.

b Quatuor fuere, *Illous* campimarscallus, comites *Kinski & Terzky*: & *Neumannus* quidam centurio equester. Theatr. Eur. T. 3. p. 183. Vid. *Alberti, Fridlandiæ Ducis Coniuratio, Amstelodami* 1635. 4. *edita*. *Ludolphi Schaubühne lib.* 34. *c.* 2. *p.* 283. Thom. Carue *Itiner. c. II.*

c Non defuere tamen, qui innocentiam inauditi & indefensi adstruerent: adeo nullus magni momenti casus est, qui non patronos in vtramque partem inueniat. *Brachel p.* 243.

d Ex Maio in Iulium extracta obsidio CIↃ IↃCXXXV.

beraturi vrbem, in tantum *a* diſcrimen venerunt, vt fuſis copiis & Hornio capto, cum paucis Bernhardus ſe fuga tueretur. Victores Franconiam, & quæ adiacent, e veſtigio receperunt, immiſſis Croatis in proteſtantes, qui cæde, rapinis omnia euaſtabant. Bernhardus tamen, vtcunque licuit, res belli offenſione proſtratas erexit, Gallorum in id ope vſus, apud quos & Suedos pari loco dignitatis erat. Elector Saxo, ſolutis pactis cum Suedorum rege ſancitis, *b* Pragenſi pace ad Cæſarem redit, inuicem ab illo Luſatiarum

M 4 *a* poſ-

a Nordlingenſe prœlium, VI Septembris CIↃIↃ CXXXIV commiſſum, *vide in Theatr. Eur. T. 3. p. 334. Ludolphi Schaubühne lib. 34. c. 2. p. 305.*

b Articuli pacificationis tum alibi, tum in Theatro Europ. ad A. CIↃ IↃ CXXXV, quo inita fuit, leguntur. Iudicia de pace illa vide apud Pufend. *lib. 7. n. 43. ſqq.* Potiſſimum erat, vt edictum de reſtitutione bonorum eccleſiaſticorum in XL. annos ſuſpenderetur, Magdeburgenſis Epiſcopatus adminiſtratio Auguſto, Electoris filio relinqueretur, Halberſtadtienſi Leopoldo Auſtriaco. Plerique Proteſtantes pacem acceptabant, Wilhelmo Caſſellano excepto.

a possessione firmatus. Male Suedos pacificatio habet, priuatis vnius rationibus, quam vniuersæ societati, vtiliorem æstimantes. Quo factum fuit, vt discordias illa haud quaquam sanaret, sed grauius bellum accenderet. Saxoniam Banerius vastat: hunc Hazfeldius, auxilio Saxoni missus, parumper interturbat. Sed postea *b* vterque iusto prœlio a Banerio ad Wistockense op-

Ludolphi Schaubühne lib. 35. *c.* 2. *p.* 401. Male hæc Pax Suecos Gallosque habuit, qui etiam dissensum suum publicis scriptis fuerunt contestati. Facit huc Bernh. Comenii *prodromus funestæ pacificationis Pragensis*, Iusti Asterii, siue potius Io. Stellæ *deploratio pacis Pragensis* Hinc sequens distichon:

Praga atrox orbi quæ protulit impia bellum:
quo pacto pacem redderet illa bonam?

Pro vindicanda tamen pace non a parte Saxonis solum prodierunt *Vindiciæ pacis Pragensis*, sed etiam Petrus Ostermannus scripsit *Schwedischen Störenfriede.*

a Hereditaria possessione: nam inde a Bohemico bello acceperat tanquam pignus pro sumtibus impensis. *Supra pag.* 257.

b Saxo & Hazfeldius ad Witstockium vincuntur anno CIƆ IƆ CXXXV die XXIV Septembris *Theatr. Eur. T.* 3. *p.* 707. *Ludolph. lib.* 36. *c.* 2. *p.* 485.

oppidum ſuperatur. Vergente anno CIↃ IↃ CXXXVI comitiis Ratisbonam indictis FERDINANDVS III, iam Vngariæ rex Bohemiæque, REX ROMANORVM declaratur, bono reipublicæ facto, quia mors Ferdinandi patris, *a* bimeſtri ſpatio ſequuta, turbas nouas interregno conciere potuiſſet. *b* Vinarienſis ad ſuperiorem Rhenum omnia vincit, quæ *c* Auſtriacæ ditionis erant, & contra ſe venientes Cæſareos duces, Goezium & Sauellum, in Briſgoia profligat, & caput regionis, *d* Briſacum quatuor menſium obſidione ad deditionem compellit, quod, exſtincto *e* Neuburgi Bernhardo, in Gallorum poteſtatem venit. Poſt hæc LEOPOLDVS

M 5 GVI-

a Anno CIↃ IↃ CXXXVI die IX Decembris coronabatur Ferdinandus III; Februarii die V, ſeu ipſis nonis, moritur Ferdinandus II.

b Bernhardus dux Saxoniæ.

c Briſgoiam & vrbes ſiluaticas.

d Briſacum captum A. CIↃ IↃ CXXXVIII. Ludolphs *Schaubühne lib.* 38. *c.* 2. *n.* 60.

e Quod oppidum in Rheni ripa inter Baſileam & Briſacum ſitum eſt. Mortuus Bernhardus die VIII. Iulii CIↃ IↃ CXXXIX. Veneno autem

GVILIELMVS, Cæsaris frater, Bohemiam receptat, fugatis Banerianis: contra ea Cæsarei eodem anno CIↃ IↃ CXL. ad *a* Zigenhainam; & insequenti ad *b* Guelberbytum; & secundo quadragesimo cum alibi a ducibus diuersis, tum ad Lipsiam graui prœlio a *c* Torstensonio vincuntur, ipsaque vrbs cum arce Pleissenburgo post victoriam expugnata.

Fes-

credebatur esse extinctus, quod illi a medico Geneuensi Blandino mixtum esse dicebatur. Adparebant enim in corpore post mortem nigræ maculæ. *Pufendorf. lib.* 13. *Io. Sebast. Mulleri Annales Saxonici p.* 360. *Ludolphi Schaubühne lib.* 39. *c.* 2. Falsum itaque, quod Beniamin Priolus *de Reb. Gall. lib.* 2. *p.* 49. peste dicat esse extinctum.

a Ad Ziegenhainam pugnatum ab Rosio, ex Vinariensis Bernhardi exercitu, nobili præfecto, aduersus Cæsarianum Baronem de Breda, qui acie cecidit cum multis aliis, & suorum sexcentos, in quibus tribuni & primi ductores erant, captiuos hosti reliquit. *Th. Eur. Tom.* 4. *p.* 209.

b Vide ibidem *pag.* 600. & Pufendorf: *lib.* 13. *sect.* 24. Virtutis gloria eo die penes Wrangelium, Kœnigsmarkum, Tupadelium stetit.

c Cui ex Cæsareorum parte archidux Leopoldus opponebatur, sed victus, fugatus & omnibus

Fessa malis suis Germania pacem vnice optabat, nec vero tot *a* conuentibus coire illa potuit, & ægre tandem *b* Hamburgi de loco conuenit, vt Osnabrugæ cum Suedis, Monasterii cum Gallis ageretur. Vix autem *c* tertio post anno, consultationes cæptæ. Adeo remedia, quam mala tardiora sunt, vt ne belli quidem studia inter pacificandum cessarent. Galli antea *d* sumtu so-

M 6 lo

impedimentis exutus. Pugnatum XXIII Octobris *Theatr. Eur. T. 4. p. 905, 911.*

a Mülhusæ, Francofurti, Pragæ (vbi facta transactio omnibus commendabatur) Coloniæ, Ratisbonæ in comitiis, Lubecæ &c. Quid in pacis hoc negotio gestũ fuerit, docet *succincta narratio omnium eorum, quæ ab vltimis Comitiis Septembiralibus, & eligendo Romanorum Rege Ratisbonæ habitis, in pacis cum Corona Suecia negotio, vsque ad exitum anni* 1637. *sunt gesta*, 1638. 4.

b Hamburgi CIƆ IƆ C X X X X I, sequestro & conciliatore, Daniæ rege Christiano IV. *Pufendorf. lib.* 13. *sect.* 83. 88. *&c.* Acta de Præliminaribus circa Tractatus Pacis prodierunt *Amstelodami* 1642. 4.

c Anno CIƆ IƆ C X X X X I V. consultari cœptum. Tantum tempus in apparatu consumebatur. *Th. Eur. Tom.* 5 *p.* 386.

d Per Vinariensem Bernhardum &c.

lo aut *a* pactis militantes, nunc exercitum mittebant, qui Suedos, Hassos, Vinarienses adiuuaret, quo factum, vt hi plerumque superiores Cæsareis essent, nec fidæ, nec constantes induciæ, si quæ partes de iis inter se consenserant. Vltimum Martis opus, quod maturauit pacem, interceptio arcis *b* Pragensis erat, sollertissimo Königsmarki ductu properata, & ne reliquas *c* partes, quas oppugnabant, Suedi occuparent, iam accessu summi ducis CAROLI GVSTAVI, Palatinæ gentis confirmati; tum aliis *d* rationibus ad obsidionem resoluendam, tum pacis instantis nuntio sunt reuocati. Quod enim votis expetitum fuerat, mense Octobri CIↃIↃCXXXXVIII imperatori cum Galliæ Suediæquæ regnis; & imperii ordinibus Osnabrugæ *e* cum inter

a Cum Suedis, Cassellanis Hassis, &c.

b Arx cum minore ciuitate occupatur CIↃIↃ CXXXXVIII.

c Pragam maiorem seu Veterem & Nouam vrbem.

d Quas exposuit Pufendorfius *lib.* 20. *c.* 63.

e Vid. Pfanneri *Historia Pacis VVestphalicæ*, Burgoldensis *Discursus ad Instrumentum pacis*

ter se, tum cum ipso imperatore eis pactis conuentum est, quæ publicis tabulis conscripta exstant, vtrimque sacramento solemniter confirmatis. Sequenti anno Norimbergæ *a* effectum fuit, quo singula pacis decreta expedirentur. Quod omnibus lætum erat, hoc INNOCENTIVS X. pontifex Romanus, VRBANI VIII, qui *b* GREGORIVM XV exceperat, ab anno CIƆ IƆCXXXXIV successor inique adeo ferebat, vt etiam *c* bulla pacem reprobaM 7 ba-

Adami Adami *relatio historica*, du Mont *Memoires politiques. Memoires & Negotiations secretes de la Cour de France touchant la Paix de Münster* atque demum Is. Volmari L. B. de Rieden *Protocollum Actorum Publicorum Instrumenti Pacis VVestphalicæ.*

a Executionis itaque finis publicis tractatibus XIV Octobris CIƆ IƆ CL fuit impositus. Londorp. *tom. 6. lib. 4.*

b Gregorius CIƆ IƆ CXXI Paullo V, quem supra memorauimus, successerat: morte successorem Vrbanum nactus CIƆ IƆ CXXIII.

c Anno CIƆ IƆ CLI edita, in quam singularem *Animaduersionem* Conringius scripsit. Eandem oppugnauit Ludouicus de Montesperato, qui *Vindicias* scripsit *pacificationis Osnabrugensis.*

baret, quia tot ecclesiæ bona seculares dominos accepissent. Sed prior principibus Germaniæ, quam pontificis auctoritas erat, quæ nec validior in caussa *a* Ianseniana fuit, quam pronius erat decreto damnare, quam pontificiam infallibilitatem suis etiam non suspectam reddere.

Belgii fœderati fortuna, quum bello Germania arderet, altius exsurgebat. Multas *b* vrbes fœderati capiebant, in quibus traiectus ad Mosam erat, cui tuendæ *c* frustra Pappenheimius cum

Io. Hornbeck & Dauid Blondellus subnomine Amandi Flauiani in *Censura bullæ papalis.*

a Cornelius Iansenius Louaniensis professor, post episcopus Yprensis, de *gratia* aliter censebat, quam Iesuitæ, quod ex libris illius Augustini Doctrinam præ se ferentibus post mortem demum apparuit, quæ fataliter ei CIↃ IↃ CXXXVIII contigerat. Damnatur a pontifice Innocentio X, CIↃ IↃ CLIII eiusque successore Alexandro VII, CIↃ IↃ CLVII & aliis, non caret ad nostra vsque tempora doctrinæ suæ defensoribus, præsertim in Gallia, & inter Dominicanos. *Leydeckerus Histor. Iansenismi.*

b Venlo, Ruremunda &c.

c Victus & inde reiectus, anno CIↃ IↃ CXXXII,

cum exercitu Cæsaris accesserat. Et quamuis *a* Schenkii munimentum, in Rheno exstructum, Hispanorum astu amisissent; altero tamen anno, obsidione, quantauis operosa, receperunt: etiam *b* Breda, munitissima vrbe, haud longe post, & anno CIϽ IϽ C X L I V *c* Gandauensi Aggere potiti: semel forte ad *d* Galloum infeliciter pugnantes. Hæc domi & intra Belgium. Nauali pugna vicerunt, *e* Trompio duce in freto Britan-

potitique vrbe sunt fœderati, quem liberaturus iste aduenerat. *Theatr. Eur. Tom.* 2. *p.* 724.

a Anno CIϽ IϽ C X X X V. Eodem anno rursus obsessum a fœderatis, & sequenti, captum. *Contin. Meter. lib.* 53. 54.

b Ibidem *lib.* 55.

c *Theat. Europ. Tom.* 5. *p.* 569. Id munimentum vulgo *Sass van Gent* appellatur.

d Propugnaculum haud longe Antwerpia situm. De conflictu Masenius *ad Broweri Annal. Trev.* *p.* 523. & Brachel *lib.* 5. *p.* 238.

e *Theatr. Europ. Tom.* 4. *pag.* 44. ad annum CIϽ IϽ C X X X I X. Illa Hispanorum classis, vt post compertum fuit; aduersum Suedos missa, vt cum Danis, illorum hostibus, se coniungeret. Bataui autem tum socii Suedorum erant. *Pufendorf. lib.* 11. *n.* 61. Ingens Hispanorum fuit clades, quorum pleræque naues vel captæ, vel

tannico: in transmarinis Brasiliæ magnam partem *a* Fernumbuco capto, ditionis suæ fecerunt: & Africæ castellum Mina in Guineæ littore virtute *b* Kaynii CIↃ IↃ CXXXVII expugnarunt, & quod prope hinc abest orientem versus, Caput Corsum. Anno CIↃ IↃ CXXXXVIII, paullo ante Germaniæ pacem, Monasteriensi conuentu, ab Hispanis liberi ordines & supremi iuris populus, sublata hostilitate, declarati sunt, socii imposterum eorum futuri, aduersus quos tam fortiter repugnauerant.

Tristiora fata Britanniæ erant, discordia inter regem CAROLVM, Iacobi

bi

submersæ. *Lud. Schaubühne lib.* 39. *c.*4. *p.*715. In hanc victoriam singularem Panegyricum scripsit Caspar Barlæus. Cuius etiam est *Historia rerum per octennium in Brasilia & alibi gestarum sub præfectura Mauritii.*

a Continuat. Meterani *lib.* 47. *anno* CIↃ IↃ CXXX.

b Hic tribunus *Kaynius* ex equestri Misniæ familia, cui *de Kayna* nomen, oriundus) rebus in Europa, Africa & America gestis clarissimum nomen consequutus est. De hac Africana expeditione *Contin. Meter. lib.* 55.

bi CIↃ IↃ C XXV exſtincti filium, & regni Senatum inualeſcente, quæ robur a *a* Puritanorum factione capiebat, etiam multis *b* tributorum nouitate ab rege ſuo alienatis. Hinc *c* ciuile bellum aliquamdiu ambigue geſtum: poſt ſuperatus rex, *d* Scotorum exercitui, qui ſenatui auxilio venerat, tuendum ſe committens, ab eodem Anglis, pacta tamen ſalute eius ingenti pretio venditur, ſupplicio ante adfectis, qui pro regis cauſſa egiſſe cenſebantur, *e* Thoma Staffordio, Hiberniæ prorege &

a Qui & *Presbyteriani* dicebantur, quod ſublatis epiſcopis, de presbyterii ſententia eccleſiarum ius exerceri iubebant: ſic demum illas a papatus reliquiis vere purgari perſuaſi. Inde *Puritanorum* nomen, & *Independentium*. Horum caput Thomas Fairfax & Oliuerius Cromwell.

b Vid Rob. Iohnſtonus *Hiſt. rer. Britan. lib.* 21. 23.

c *Tomo* 4. *&* 5. Theatri Eur. deſcriptum.

d Eodem *Tomo* 5. *pag.* 1126.

e Stafford CIↃ IↃ C XLI, Laud CIↃ IↃ C XLV decollatus eſt. *Vid. Theat. Eur. T.* 4. *p.* 505. *& T.* 5. *p.* 675. Wilhelmi Sanderſon *hiſtoria vitæ & necis Caroli I.* & Georgii Batei *elenchi motuum nuperorum in Anglia. Sylloge variorum*

& Wilhelmo Laudo, archiepiscopo Cantaburiensi. Captiuus rex, secus quam pactum erat, in Vectem insulam abductus & inde Londinum retractus ad iudices, damnatur, & III Calend. Februarias CIↃ IↃ CXLIX, exemplo posteris detestando securi percutitur, *a* regina & liberis in Galliam ante elapsis.

Id quod regnum etiam internos motus habuerat, turbante *b* Ancræo, quoad rex LVDOVICVS XIII in matris tutela fuit: quam egressus, se *c* Richelio dedit, cuius summa consilii erat,

Tractatuum quibus Caroli M. Brit. Regis innocentia declaratur. Regis caussam defendit Cl. Salmasius; Parlamenti Io. Miltonus. *Ludolphi Schaubühne lib.* 4. *c.* 8. *p.* 1661.

a Henrica Maria, Henrici IV regis Gallorum filia ex turbulento Angliæ statu in patriam refugit, viginti annos mariti fato superstes.

b Coneino Ancræo, Florentino, quem eiusdem nationis Maria Medicea regina Galliæ ad Marescalli dignitatem euexerat. Periit rege iubente occisus CIↃ IↃ CXVII. *Gramondus lib.* 2.

c Cardinalis Richelii originem, incrementa, gestas res summatim recenset Priolus *lib.* I. *n.* 2. & 9. Antonius Auberius *Histoire du Cardinal, Duc de Richelieu. Iournal de Mr. Le Cardinal Duc de Richelieu.*

erat, vt Hugonotæ, si exstingui non possent, exuti munimentis debilitarentur. *a* Bearnia prima sensit, quo consilia cardinalis valerent, amissa religionis libertate. *b* Montalbanum autem, elusâ obsidione, adegit regem hoc pacto pacem dare, vt munimenta deiicerentur protestantium oppidis prædu-cta, Rupellæ tantum & Montalbani conseruatis. Quum vero nouam *c* arcem rex Rupellæ obiecisset, nouam belli materiem seuit, quo illa munitissima vrbs CIↃ IↃ CXXVIII *d* stupenda obsi-

a Patrimonium regis sub Pyrenæis, quo pontificia sacra CIↃ IↃ CXX reducta. *Bussier lib.* 24.

b De Montalbani (*Montauban*) grauissima obsidione Gramondus *libro* 10. *toto*, & *Theat. Eur. T.* 1. *p.* 591. ad ann. CIↃ IↃ CXXI.

c Ludouicea arx (*Fort Louys*) exstructa CIↃ IↃ CXXII ingenio Pompeii Traiani, Itali hominis, imperante comite Suessionensi, militiæ regis duce *Gramond. lib.* 12. *p.* 553. Quo situ fuerit, depictum *Tomo* I. *Theatr. Eur. p.* 1124.

d Moles per mare actæ ab regiis, & obsessorum extremæ famis tolerantia, in stuporem legentes & audientes coniiciunt. *Gramond. lib.* 18. *Theat. Eur. d. l.* Adde de mole, qua Anglorum classis ab ope ferenda arcebatur, Iohnston.

ſidione expugnatur, & Montalbanum, Nemauſus, Mons Peſſulanus, & quidquid munitum ſuper erat, propugnaculis ſuis exuuntur. Sic exarmati Hugonotæ, incerti ſpe metuque ſunt, quanta pactorum fides ſit, quibus de libertate cauebatur.

Has turbas Italiæ bellum excepit, ex Mantuana ſucceſſione natum. Vincentio, Vincentii filio, Franciſci ac Ferdinandi fratre & herede, CIϽIϽCXXVII ſine prole defuncto, cernendæ hereditatis *a* ius penes Carolum erat, Niuernienſem ducem, cui Cæſar, Hiſpanus,

lib. 22. *p.* 724. Busſier *lib.* 24. *p.* 604. *Vid. Philiberti Moneti capta Rupecula & Mich. le Vaſſor Hiſt. de Louis XIII lib.* 25. *Ludolphi Schaubühne lib.* 28. *c.* 5. *p.* 451.

a In communi ſtirpe, Franciſco Mantuano, CIϽIϽXIX mortuo, Vincentii defuncti abauo, & Caroli Niuernienſis proauo agnatio conueniebat.

Fridericus II

Wilhelmus — Ludouicus Gonzaga

Vincentius I — Carolus Dux de Neuers.

Franciſcus III Ferdin. Vincentius II.

nus, Sabaudus negabant, ne Gallicus heres in Italiæ ſinum admitteretur. Niuernienſem rex Galliæ tuebatur bello in Italiam translato, quod *a* Claraſci tandem compoſitum hac lege fuit, vt parte Montisferrati Sabaudo cedente, reliqua omnia Niuernienſis dux Cæſaris & imperii Romani beneficio haberet. Gallus hunc belli fructum cepit, vt Pinarolium, quod Richelius *b* ceperat, hoc eſt clauſtra Italiæ, certo pacto vel pretio teneret. Idem Griſonibus auxilium tulit, ne *c* Telina Valle, ſuis motibus concitata, Hiſpani potirentur. Potens ſic Richelius inuidiam

a Tentata pax in comitiis Ratisbonenſibus CIↃ IↃCXXX, *Theat. Eur. T.* 2. *p.* 200. ſequenti anno Claraſci (*Chieraſco*) quod Pedemontii oppidum eſt, conuenit. *Ibidem p.* 504. & *Buſſier. lib.* 24. *p.* 613.

b Anno CIↃ IↃCXXX duci Sabaudi *Victori Amadeo* ereptum obſidione Pinarolium. *Buſſier* 24. *p.* 609. *Theat. Eur. Tom.* 2.

c De Vallis Telinæ motu Gramondus legatur *l.* 8. & 13. De origine tumultus *Theat. Eur. Tom.* 1. *p.* 435. quæ religioſa erat, exſtructio ædis ſacræ a catholicis negata: de impeditis Hiſpanis, ibidem *pag.* 814.

diam reginæ matris incucurrit, quæ *a* Mommorancio duce tumultum conciebat, quem huius supplicio cardinalis oppressit, regi parente reconciliata. Quæ vero præsentis fortunæ impatiens in Flandriam & Angliam aufugit & in Agrippina colonia CIↃIↃCLII *b* exsul propemodum atque extorris, mortem obiit. In Germania Gallus tantum *c* fœdere ac auro bellabat: sed fractis Suedorum rebus, Nordlingensi clade, bellum aperto Marte gessit, vt Austriacos impediret, quibus ne opem Hispani ferrent, *d* Ruscinonensem tractum

a Mommorancii tumultum & supplicium Bussieres ad annum CIↃIↃCXXXII descripsit, additis his verbis: *Maiorum virtutes vt se vno collegerat; sic postremus stirpis vno se exstinxit.*

b Sunt Bussieris verba *lib.* 24. *p.* 647. Priolus: *ab Richelio regno depulsa, cui honores ipsa festinauerat, lib.* I. *n.* 9.

c Fœdus percussum Ianuario mense CIↃIↃCXXXI, cuius summam Pufendorfius refert *Hist. Sued. lib.* 3. *sect.* 3. *Suedum* XXX *millia peditum, sex equitum suo sumtu in Germania habiturum; Galliæ rege quadringenta vncialium millia quotannis conferente.*

d Gallis *le Comte de Rousillon* Hispanorum quon-

ctum & Flandriensem infestis signis ingressus, multa vtrobique in ditionem suam redegit. Germanici belli præmia pax Monasteriensis firmauit; Hispanici Pyrenæa, *a* cui vel satis Perpinianum fuisset, anno CIↃ IↃ CXLII Hispanorum potestati ereptum. Reiecti Galli a *b* Fontisrapidi oppugnatione, & a fano S. Omari. Tandem Richelius CIↃ IↃ CXLII exeunte anno diem supremum obiit, in eo non infelix, quod ante

dam erat, ad Galliam reductus pace Pyrenæa.

a Hæc CIↃ IↃ CLIX sub montibus Pyrenæis in Fasianorum insula, quæ inter Galliam atque Hispaniam est media, conclusa per Mazarinum & Ludouicum de Haro. Comitatus Rousillon eadem Gallis cedebatur & multæ vrbes munitæ in Belgio. Hac pace etiam matrimonium inter Ludouicum XIV & Mariam Teresiam Philippi IV filiam natu maiorem decretum, præuia tamen ipsius in succesionem Hispanicam renuntiatione. *Galeatzo Gualdo Hist. Pacis Pyreneæ. Histoire de la Paix conclue sur la Frontiere de France & d' Espagne entre les deux Couronnes l' an* 1659, *a Cologne* 1667. 12.

b Vulgo *Fontarabie*, vel Hisp. *Fuentarabia*, limitaneum munimentum ad mare Cantabricum.

te vertentem fortunam, quæ *a* inclinare videbatur, diſceſſit ex mortalibus: quem proximo anno pridie idus Maias rex Ludouicus fatali morte ſequutus eſt, relicto quinquenni filio LVDOVICO XIV.

Hac tempeſtate Hiſpani, Belgicis bellis attriti, graue damnum ex *b* Cataloniæ tumultu ſentiebat: ſed nunquam grauius, quam CIↃIↃCXL ex *c* Portugallorum defectione. Res miranda, tam amplum regnum in tot diſſitas prouincias & transmarinas deſcriptum, ita conſpirare potuiſſe, vt nemo eſſet, qui id proderet Hiſpanis. Tan-

a Lege Priolum *lib.* I. *ſect.* 3. Rediit quidem in gratiam, ſed dubium, quam ſtabilem. *Nani Hiſt. Ven. lib.* 12.

b *Theatr. Europ. Tom.* 4. *p.* 124. Brachel *Hiſt. noſtri temp. lib.* 6. *ad annum* CIↃIↃCXL.

c De hac defectione Caietanus Paſſarellus *lib.* I. *Belli Luſitani*, & *Theatr. Eur. Tom.* 4. Muſſitauerant iam antea Luſitani, atque ſeditionis ſpeciem excitauerant, id quod Ioannem Caramuelem Lobkowitz permouit vt ſingulari ſcripto Philippum prudentem Luſitaniæ legitimum Regem demonſtraret *Antwerpiæ* 1639. *f.*

Tanto odio vniuersi erga dominationem illorum flagrabant. IOHANNE igitur Bragantio, cuius auia cum *a* Philippo de hereditate certauerat, rege constituto aduersus Castilianos se fortiter tuebantur, sæpe prœliorum victores, nec infelices expugnatores vrbium. Hispani cum Belgis, vt diximus, CIↃ IↃ CXVIII in Westphalia, dein cum Gallis CIↃ IↃ CLIX ad Pyræneos montes pace facta omnem belli molem in Lusitanos contulerunt. Sed tantum ab his abfuit, vt ad obsequium retraherentur, vt grauiori etiam damno Hispanos adficerent, prœliis ad oppidum *b* Estremos CIↃ IↃ CLXIII & post biennium ad *c* Villam Vitiosam

N fu-

a Catharina, vxor Ioannis Bragantini, filia Eduardi, Emanuele rege geniti: Philippi II. autem regis Hispaniæ mater, Isabella, soror fuit Eduardi.

b Ad *Estremos* pugnatum a duce Hispanorum Ioanne Austriaco: Portugallorum, comite Villaflorio Cæsi Hispanorum quatuor millia: capti sex millia cum omnibus impedimentis. *Theat. Eur. Tom. 9. p.* 1067.

c Dux Hispanus Carazena cum toto exercitu cingebat *Villam Vitiosam* obsidione, quam li-

superiores. Quo tempore Philippus IV ex vita migrauit relicto quadrimo filio CAROLO II, cuius mater, Ferdinandi III imperatoris filia, impar bello persequendo, cui jam Gallicum nouum in Belgis accesserat; *a* pacisci maluit cum Portugallis eosque liberos confiteri, quam geminum Martis vno tempore periculum subire.

Gallus Mariam Theresiam, Philippi IV filiam ex pacto duxerat, vt successioni illa, etsi virilis proles deficeret, in vniuersum renuntiaret. Quod vero priuatorum ius deuolutionis *b* est, is in commodum suum abusus, Belgicas regiones ex lege postulauit, tan-

beraturus Schombergius, Lusitanorum dux, manus conseruit cum Hispanis, eosdemque vicit & fugauit *Th. Eur. T.* 10. *p.* 80.

a Pacis conditiones exstant in Theatr. Eur. *T.* 10. *p.* 900. ad annum CIↃIↃCLXVIII. Vid. Caietani Passarelli *bellum Lusitanicum eiusque regni separatio a regno Castellæ, Lugduni* 1684. & Io. Bapt. Biragi *historia de diuisione regni Castiliæ & Portugalliæ.*

b Petrus Stockmannus speciali tractatu de hoc iure deuolutionis egit. Vid. & Aubery *reginæ Christianissimæ iura in Brabantiam.*

tanquam priore Hispani coniugio post Eugeniæ Isabellæ mortem adquisitas, ideoque in filiam, illo coniugio susceptam, vxorem regis Galliæ, transferendas. Præclaræ *a* vrbes ereptæ, Tornacum, Duacum, Caroloregium, Insulæ, Aldenarda, *b* aliæ, quæ, Aquisgranensi *c* pace CIↃ IↃ CLXVIII Gallo confirmatæ sunt. Non tuta, nec diuturna quies, sed Gallo Batauos CIↃ IↃ CLXXII inuadente, e republica fuit, his non deesse, ne Hispanorum prouinciæ vtrimque a Gallis cingerentur. Hinc in Burgundos & Flandros a Gallis bellum delatum, & multæ vrbes occupatæ, ac Neomagi ad Vahalim CIↃ IↃ CLXXIX comitatus Burgundiæ, superiori pace restitutus, Hispanis denuo ablatus in Gallorum potestatem venit, redditis contra aliis, quæ in Flandria Galli eripuerant.

a Harum expugnationes descriptæ sunt *Tom.* 10. *Theatri Eur. p.* 681. 688. *&c.*

b Articulo 3. pacis Aquisgranensis memorantur etiam *Aeth, Cortrick, Veurne, &c.*

c Articulos pacis vide *T.* 10. *Theat. Eur. p.* 762. Redditus illa pacificatione Hispanis comitatus Burgundiæ siue *Franche Comté.*

Dani Suedos, Germanico bello distentos, cum aliis modis, tum nauibus illorum in freto retentis *a* irritauerant. Quæ caussa fuit, vt in Holsatiam, Iutlandiam & ipsam Scaniam CIƆ IƆ CXLIII exercitus Suedorum irrumperet, & terra marique vindicaret iniuriam. Biennio circumacto pax *b* Bromsebroæ Gallorum interuentu conciliata, qua Danus Suedo *c* Iemptelandiam & insulas Codani Sinus Gotland & Oeseliam concessit, etiam pignoris loco ad XXVI annos Halandiam. Regis Daniæ filio, iam successore destinato, CHRISTIANO V, CIƆ IƆ CXLVII; & insequenti anno ipso rege rebus humanis erepto, FRIDERICVS III, alter filius, rex Danorum Norwegorumque constitutus est. Firmata Germaniæ pace CHRISTI-

a Pufendorf *p. 2. siue Contin. Introduction. ad annum* CIƆ IƆ CXLIII *p.* 849. Boeclerus singulari libro de hoc bello. Superstes tum Danorum rex erat Christianus IV.

b Sita *Bromsebroo* in confinio Smalandiæ & Blekingæ.

c De his pactis ibidem *p.* 861.

STINA, Gustaui Adolphi filia *a* coronatur & CAROLVS GVSTAVVS, princeps Palatinus, regis sorore genitus, heres regni declaratur, quo ab Regina abdicato, quæ mutatis sacris Romam ibat, ipse CIↃ IↃ CLIV solenni inauguratione potitus est. *b*

Vita Sigismundus, Ioannis Sueci filius, rex Poloniæ, CIↃ IↃ CXXXII excesserat: filius & successor VLADISLAVS CIↃ IↃ CXXXIV Moscouos in castris ad Smolenskum, quam vrbem recuperatum venerant, arcte obsessos ad *c* ignobilem pactionem coegit

N 3 Tur-

a Regni habenas equidem ista expleto ætatis anno decimo octauo, exeunte anno 1644. suscepit. Pufendorf *rer. Suec. lib.* 16. §. 71. Coronata demum 20. Oct. 1650. Pufendorf *lib.* 22. §. 47.

b Vide Pufendorfii historiam Caroli Gustaui.

c Ioach. Pastorius Hirtenbergius lib. 6. Flori Pol. p. 427, *Sebinus cum toto exercitu Moscouitico, constantissima Vladislai obsidione ad deditionem subigitur, solamque libertatem abeundi pactus, signa ad pedes victoris deponit omnemque apparatum & impedimenta relinquit.* Hinc pacificatio sequuta victis haud opportuna, quæ *Polanouiensis* a fluuio Polonowka, vbi inita, appellatur. *Ibidem p.* 428.

Turcosque conterruit, vt iniurias illatas pensarent, Suedorum *a* induciis ad XXVI annos prorogatis.

Quam felicitatem Cosakorum motus interrupit, fratri IOANNI CASIMIRO, qui ab anno CIↃIↃCXLVII successit, grauior vtique, & tantum non exitialis regno futurus; Hæc fugitiuorum conuenarumque *b* colluvies ad Borysthenis ripas & in insulis eius rempublicam condiderat, quæ quum in maius se proferret, quam vtile Polonis erat, qui vicina prædia habebant, auctores *c* regi exstiterunt, vt gentem regno perniciosam in seruitutem vindicaret. Sequutus is consilium in *d* comitiis confirmatum, non modo

a Induciæ Stumsdorfii in Borussia prorogantur anno CIↃIↃCXXXV. *Ibidem p.* 432. *&* *T.* 3. *Theat. Eur. p.* 564.

b De origine Cosakorum & insulis eorum Paul. Piasecius *Chron. gestor. in Europa p.* 45. & Ioach. Pastorius *Hist. Pol. plenior. lib.* I.

c Piasecius Chronic. ad annum CIↃIↃCXXXVII. *pag.* 494. *sqq.* Rud. Heidensteinius *rer. Polon. lib.* 10. *&* 11.

d Anno CIↃIↃCXXXVIII. Ibidem p. 501. *Paulucus* (Cosakorum) *eorum dux vna cum sociis*

do *a* Techtimirow, Cosakorum propugnaculum ereptum ibat, sed nouo etiam, cui *b* Hudak nomen est, adversus illos in ripa exstructo, ita barbaram turbam concitauit, vt non procul abfuerit, quin Poloniæ regnum

N 4 tu-

(cum quatuor præcipuis fuerat deditione captus, ibidem p. 495.) *ne quidquam fidem salutis datam implorando, sub eisdem comitiis capitis supplicium tulit, & omnes immunitates vna cum oppido Techtimirow, isti societati a regibus Poloniæ concessæ, abrogatæ fuerunt.*

a Idem Piasecius Chron. p. 46. Hanc (Cosakorum *militiam Stephanus* Battorius) *rex ordinatiorem habere desiderans, attribuit illi castrum Techtimirow cum suo territorio, situm ad ripas Borysthenis infra Kiouiam viginti milliaribus Germanicis, vbi consiliorum & magistratus militaris sedem ac armamentarium receptaculumque bellicorum apparatuum habeat; quum ante nullo certo magistratu, nulla firma sede constaret.*

b Idem Piasecius ad annum CIↃ IↃ CXXXVII pag. 495 *Summus præfectus militaris, castellanus Cracouiensis, impensis publicis propugnaculum Hudak denominatum apud confluentem Samaræ & Borysthenis, loco ad eos coercendos maxime opportuno, exstrui munirique fecit.* Aliis *Kudak* appellatur.

tumultu hoc interiret. Qui vero, vt prædiximus, Io. Casimirum, quam Vladislaum, vehementius concussit. a Pax inita cum Cosakis, sed proceribus improbata, vt, externis sedatis, rex intra regnum hostes haberet, quod opportunum Moscouis tempus fuit, b Smolenskum & circumiectam regionem recuperandi. Antiquæ Suedis controuersiæ cum Polonis erant, quæ eodem tempore resuscitatæ, infinitum mali turbato regno attulere. Rex enim Suedorum CAROLVS GVSTAVVS, c triduano prœlio ad Warsoviam

a Pax inita in castris apud Zwaniec anno CIↃ IↃ C LIII, quæ displicuit plurimis propter notam Cosakorum perfidiam eorumque cum Tartaris societatem. Improbata sequenti anno in comitiis regni. *Theat. Eur. T. 7. p. 419. 608.*

b Anno CIↃ IↃ C L I V Smolenskum a Moscouis quatuor mensium obsidione ad deditionem compulsum, postquam Lituaniæ exercitus ab eisdem Moscouis ad internecionem cæsus fuerat. *Theat. Eur. T. V. p. 617. seq.*

c Diebus 18, 19, 20. Iulii 1656. *Theat. Eur. T. 7. p. 964.* Elector Brandenburgicus, *Fridericus VVilhelmus* socius & particeps huius victoriæ erat. Pufendorf. *Hist. Caroli Gustaui lib. 3. §. 25, 26, 27.*

viam victor, omnem citeriorem Poloniam regiamque Borussiam sub suis signis tenebat, latius victoria vsurus, nisi Danorum irruptio in Suediam revocasset. Quos ne impune fecisse permitteret, Cimbricam Chersonesum occupauit, vnde CIↃIↃCLVIII immani hieme armatus in glacie iter fecit & per Fioniam *a* aliasque insulas in Seelandiam irrupit, Danumque subitaneo accessu coegit, vt *b* Rotschildi pacem, quam Suedus postulabat, iniret & omnem Scaniam, Blekingam, Halandiam & in Norwegia Bahus & Nitrosiam, ex insulis Bornholmam & Huenem Suedorum regno concederet. Quibus tradendis singulis quum mora interuenisset, inter-

a Tassing, Langeland, Falstorn, quia inter has vicinas insulas firmatior glacies erat, attenuata maris cursu inter Fioniam & Seelandiam. *Tom. 8. Th. E. pag. 735. seq.*

b Summatim pacificatio tentata Tostrupii, & ex eo tempore induciæ captæ: Rotschildii postmodum CIↃIↃCLIII accuratius pertractata. *Ibidem p. 741. seqq. Pufendorf. Hist. Car. Gustaui lib. 5. §. 12. 13.*

pretatus rex Suediæ, non stari pactis, *a* Croneburgum expugnat & Hafniam CIↃIↃCLVIII obsidione cingit, quam soluit vltro, quum *b* incerta victoria cum Batauorum classe, auxilium Danis ferente in freto Danico pugnasset. Iterum Suedus ex hieme consilium capit & Februario mense CIↃIↃCLIX per glaciem adducto milite quinque nocturnis horis *c* Hafniam adsultu oppugnat, magna vero clade adfectus, inde discessionem facit. Nec felicior in Fionia erat, quatuor millibus cæsis & *d* Neuburgo, quo victi refugerant, a Batauorum classe coacto, vt qui inerant Suedi, arbitrio *e* sociorum se permitterent.

Quæ

a *Th. Eur. Tom.* 8. *p.* 897. Happelii *Historia Europæ p.* 478. Est autem arx Cronenburg, quæ fretum Danicum defendit.

b Belgicæ classi præerat admiralis *Opdam*: Suedicæ *VVrangelius*. Aequo Marte discessum, vtraque parte victoriam sibi vindicante. *Ibidem p.* 913.

c *Th. Eur. T. p.* 1248. Florus Europ. *p.* 4. *p.* 425.

d Oppido eius insulæ munito, cum portu.

e Cæsareorum, Danorum, Brandenburgicorum, qui acie victores Neuburgum, elapsorum ex

Quæ damna reparaturus rex, quum conuentum Gotenburgi agit, febre correptus CIↃ IↃ CLX ex vita migrauit. Cœptæ, pacificationes ad finem perducuntur, Danica ad Hafniam, firmatis quæ Rotſchildi conceſſa fuerant, præter Nitroſiam Norwegiæ & Bornholmenſem inſulam, quæ ad Danos redierunt: Polonica Oliuæ conuenit, quod monaſterium prope Gedanum eſt, qua rex Poloniæ iuri ſuo in Suedorum regnum & Liuoniam, etiam titulo & inſignibus renuntiauit, inani tamen hoc honore, quoad viueret, ſibi conſeruato: contra ex pacto recepit, quæ in Polonia Boruſſiaque præſidio Suedi tenebant. Sic externo hoſte liberatus rex Poloniæ, internorum a

 mo-

prœlio receptaculum, terra; Batavi mari oppugnabant. *Theat. Eur. Tom.* 8. *p.* 1271, *ſeqq.*

a Quos vterque exercitus Polonicus & Lituanus ſub ſpecie negati vel dilati ſtipendii excitabant, ad id *confœderationis* nomine abuſi, quod rebellioni obtegebant. *Theat: Eur. Tom.* 9. *p.* 352, 1551. *&c.* Acceſſit *Lubomirskii* tumultus, *ibidem p.* 1551. qui tandem componitur abiurata confœderatione, & Lubomirskyo, poſtquam

motuum, aut fortunæ suæ pertæsus, *a* abdicato regno CIↃ IↃCLXVIII in *b* Galliam iuit, priuatam vitam acturus, vbi etiam *c* breui post tempore supremum diem obiit, Daniæ regi *d* hereditaria successio & maior ac vere regia dignitas, toleratæ concussionis præmium, ordinum consensu decreta fuit.

De Turcorum successione *e* supra me-

deprecatus regem fuerat, in mite exsilium profecto. *T.* 10. *p.* 240, *ad ann.* 1666. Docet de eo *Processus Iudiciarius in causa Georgii Lubomirsky, Varsouiæ* 1664. *f.*

a Abdicatio in comitiis facta VIII idus Sept. *Theat. Eur. Tom.* 10. *p.* 819.

b Rex Io. Casimirus sequenti anno 1669. iter in Galliam per Bohemiam Germaniamque persequutus est. *Tom.* 10. *parte* 2. *p.* 21. & 105.

c Mortuus rex Poloniæ Niuerni an. CIↃ IↃ CLXXII.

d Factum per commune Ordinum Decretum anni CIↃ IↃ CLX. Caussa erat præcipua, quod Regni Senatores durante bello male rem gesserant, multa Coronæ bona dissipauerant. Resistebat quidem nobilium ordo, verum, clero, ciuium & rusticorum classe rem ita definiente, cedere necessum habebat. *Happelii Hist. Europæ p.* 149. *Tom.* 9. *Theatri Eur. p.* 96. *Europ. Herold p.* 2. *p.* 257.

e *Supra pag.* 249.

memorauimus. Quum Amurad IV rerum potiretur, a cladem a Persis accipiebant ad Bagdadum, quam Babylonem vulgo appellant. Cum Venetis bellum circa Cretam gestum, quo tempore Mohammed IV Ibrahimo strangulato successor datus fuit. Dacorum principes, Walachus, Transilvanus, Moldauus iam dudum in Turcorum clientela fuerant. Quum vero RAGOZIUS Transiluanus Polonis b bellum eodem tempore inferret, quo illi a Suedis premebantur; inique id Turcus ferens, amicus Polonorum, ordinibus Transiluanis mandat, vt Ragozio deiecto, nouum principem sibi eligant; qui vero dubie parent, ea le-

a Turcorum ceciderunt quinquaginta millia. *Theat. Eur. T. 3. p. 994.* ad annum CIƆ IƆ CXXXVIII.

b Georgius Ragozius, Transiluaniæ princeps inter tumultum belli Suedici regno Poloniæ ad se trahendo inhiasse credebatur. Suedo aduersus Danum discedente, Transiluanus exercitus, quum domum iret, neglecto itineris consilio, quod Suedus dabat, cæsus a Polonis est. *Pufend. Introd. p. 693.*

lege *a* Redeio principatum deferentes, vt Ragozio in gratiam reducto cedat, quam tantum aberat, vt precibus impetrarent, vt sibi quoque malum infinitum arcesserent. Turcis enim impar Ragozius in caussa fuit, vt Transiluania *b* vastaretur, & captis Ieona, Karansebe & aliis munimentis, princeps nouus *c* BARTSCHAI, non electus ab ordinibus, sed a Turcis datus imponeretur, quem dum Ragozius Cibinii oppugnat, a Turcis *d* prœlio victus, ex vulneribus *e* Waradini moritur, quod propugnaculum eodem anno CIↃ IↃ CLX a Turcis expugnatur. Vnde bellum in Vngariam manauit, quod antequam explicemus, de Germaniæ statu prænotanda memoramus.

Re-

a Franciscus Redeius vicarius princeps constituitur, dum Ragozius apud Turcos expiatur. *Tom. 8. Theat. Eur. p.* 1003.

b *Tom. 8. Theat. Eur. p.* 1007. *seqq.*

c *Ibidem p.* 1008. ad annum CIↃ IↃ CLIX.

d *Ibidem pag.* 1027.

e Waradinum a Bartschai ad Ragozium defecerat, quæ caussa Turcicæ obsidionis & expugnationis est. *Ibidem p.* 1023.

Restituta Germaniæ pace, FERDINANDVS IV, Ferdinandi III filius, pridem Vngariæ Bohemiæque rex destinatus, Romanorum rex CIↃIↃCLIII *a* eligitur, sed proximo anno, *b* morte præuentus, maximam sui spem destituit, quem a triennio ipse pater, pacificus imperator, fatali excessu subsequutus est. LEOPOLDVS igitur, alter filius iam Bohemiæ atque Vngariæ rex, imperator Augustus CIↃIↃCLVIII Francofurti eligitur, & solenni ritu *c* inauguratur, cuius initia tam fausta & auspicata erant, vt intra duos annos totidem reges, Polonum atque Danum, ab hostibus afflictos, refirmaret. Difficiliores res Vngariæ. Transiluani nouum principem

a In Comitiis Ratisbonensibus. Vide *Theatr. Eur. T. 7. p.* 360. seqq.

b Inauguratus fuerat XVIII Iunii dicto anno: mortuus sequenti anno die IX Iulii, stili Gregor.

c Rite inauguratus XXII Iulii seu I. Aug. Happelii *Hist. mod. Europæ p.* 425. *sqq.* Diar. *Europ. tom.* I. Rinck *Leben Leopoldi p.* 423.

pem *a* KEMINYVM elegerant, qui precibus impetrauit, vt publicæ securitatis caussa tum alia munimenta, tum Dacicam Claudiopolim præsidio suo Cæsar muniret, quæ caussa ingentis mali per Vngarium fuit, saltim speciem hosti non iniustæ incursionis præbuit. Reiecto enim Keminyo & *b* pugna tumultuaria occiso, *c* ABAFIVM Turci substituunt & Cæsareos legatos ad pacem prorogandam missos iniecta vana spe eludunt, & quum se satis ad bellum parassent, aperte profitentur, nisi vacuefacta Transiluania & destructo Sereni nouo castello, quod

a Bartschai Ali Bassæ suspectus custoditur tempore obsessi Waradini. Liberatus e custodia fit insolentior: quæ caussa, vt pars ordinum Kemynium sibi ducem constituerent, a quo fugatur Bartschai, tandem dolo captus, custoditus & interfectus. *Tom. 9. Theatr. Eur. p.* 47, 327, & 329.

b *Theatr. Eur. T. 9. p.* 595. *ad annum* 1662.

c Michael Abafi, a castro suo *Abafao* cognominatus, antea Tartarorum captiuus, viuo Keminyo, sed mox perituro substituitur. *Idem Tom. 9. pag.* 333.

quod obiectum Canisiæ erat, nolle se adire pacificationem. Hinc subito adcursu *a* Neuhuselium oppugnant, capiunt, ineunte autumno CIϽ IϽ CLXIII; & Tartari, auxiliares Turcorum, in Morauiam irrumpentes Germaniam incredibili terrore opplent. Nec quies per hiemem erat. *b* Neytra, Leuenza a Turcis capta a Christianis *c* recuperata: præterea *d* quinque ecclesiæ a Nicolao Sereni & *e* Hohenlohio comite expugnata, direpta: etiam

a *Tom.* 9. *Theat. Eur.* *p.* 954. Deditio facta XVI (XXVI) Septembris.

b *Ibidem p.* 961. *&* 964.

c Ductu Souchii, supremi militiæ Cæsareæ in Vngaria Superiore præfecti. *Ibidem p.* 1158. 1160.

d Oppidum, quod emporium est, captum: arx capi non potuit. *ibid. p.* 1147.

e *VVolf Iulius*, comes de *Hohenlohe*, præfectus copiarum, quas extra ordinem ecclesiastici electores & principes quidam miserant, Bremensis dux, rex Suediæ; Palatini, Neuburgius & Bipontinus, Brunsuico Luneburgenses, Wirtenbergius, Hassi vtriusque familiæ. Summa militum erat 6520. *ibidem p.* 862. Hohenlohius arcem obsessam tenuit, dum Serinius pontem Essekiensem deleuit. *pap.* 1149.

etiam Essekiensis pons, magnæ molis opus, eadem excursione a Serinio combustus. Ver annum aperuerat, quum Canisiæ *a* obsidio malis auspiciis cœpta, post mensem dissoluta; adventante Turcorum exercitu, a quo etiam munimentum *b* Serinii vi captum & inspectante Christiano exercitu solo fuit æquatum. Iulio mense Turci Leuenzam iterum oppugnaturi, a Souchio, Cæsareo duce, graui *c* prœlio vincuntur: & calendis Augusti ad Rabam amnem iuxta Gothardi fanum maiori *d* clade adficiuntur, quæ *e* pacem festinauit, Septembri mense in castris Turcicis confectam, qua relictum

a *Ibidem pag.* 1167.
b Neu Serinwar. *T.* 9. *Th. Eur. p.* 1191.
c *Eodem Tomo* 9. *Theatri p.* 1162.
d Nobilissimi Turcorum ceciderant, multi in flumen præcipitati. *ibid. p.* 1222. *seqq.* Rinck *Leben Leopoldi p.* 508.
e Multis festinatior hæc pacificatio visa, quasi continuato post victorias bello plura recuperari potuissent. Nec vero imperatori rationes defuerunt, metus præsertim, ne Venetorum, vt fama erat, cum Turcis compositione omnis belli moles in

lictum Turcis Neuhuſelium, Cæſari autem de nouo exſtruendo propugnaculo præcautum fuit, quod altero anno ædificari cœptum Leopoldopolis nominatur, ſitum in dextra Wagi ripa, e regione oppidi Freiſtedelienſis.

Sub idem tempus Galliarum regi Lotharingiam dux CAROLVS eo *a* pacto vendidit, vt Lotharingi principes in Galliæ primis eſſent, etiam regni poſt Burboniam gentem capaces. Improbabat pactum CAROLVS LEOPOLDVS, fratris filius, apud Cæſarem de iniuria queſtus, a quo exercitui præfectus res ſtrenue geſſit, coniunctior Cæſari adfinitate, ducta ſorore eius, Poloniæ regina, Michaelis vidua.

Erfurtum quoque, antiqua Thuringiæ ciuitas per id tempus turbabatur. Cauſſa eccleſiaſticæ preces erant, a *b* Moguntino imperatæ, quas quum

a T. 9. *Theatr. Eur. p.* 788. Vngariam infunderetur. Rinck *Leben Leopoldi p.* 529.

b Elector Moguntinus erat *Ioannes Philippus ex Schœnbornia* gente, CIↃ IↃ CXLVII in dignitatem hanc euectus.

quum senatus declinaret tanquam insolitas, contra Cæsareus *a* legatus vrgeret; in id discrimen civitas adducta est, vt frustra intercedente Saxonica domo ab Imperatore Moguntini rogatu proscriberetur. Plebs in furorem acta, præconem, qui rite proscriptionem nuntiabat, *b* male tractavit, qui motus concitatior factus, quũ duo ciues a Moguntis equitibus in agro strangulati, de curru pendentes in vrbem immissi sunt. Sæuitur in *c* proceres, qui contra rempublicam fecisse videbantur, & *d* præcipuus illorum perduellionis damnatus, capitis supplicio adficitur. Moguntinus sequenti anno CIↃ IↃ CLXIV, auxiliis ex *e* Gallia accitis Erfurtum obsidione

a Baro Schmiedburgius.

b *Vide Theat. Eur. T. 9. p.* 891.

c Aliquot domibus direptis consul Kniphofius, sedaturus tumultum, glande plumbea traiicitur.

d Quatuoruir Limprechtus, de cuius supplicio *T. 9. Th. E. p.* 901. de dignitatis restitutione post captam vrbem *p.* 1125.

e Quindecim mille pedites Pradellus marchio adducebat, ante cuius aduentum obsidioni præ-

ne cepit, & victoria clementius vſus, omnia tranquillauit, etiam monaſterio in monte S. Petri munito futuræ ſecuritati proſpexit.

Ad maiora properamus, quæ FRIDERICI WILHELMI, electoris Brandenburgici memoria dat, licet magnitudinem eius noſtra breuitas non capiat. Filius is erat *a* GEORGII WILHELMI, CIↃIↃCXXXVII heredis Pomeraniæ facti, *b* Bogislao vltimo duce defuncto vita, quando vtraque prouincia Suedorum armis tenebatur. Quam quum filius a triennio patri ſuffectus, vacuefieri poſtularet, Weſtphalica pace vt Suedis ſatis daretur, conuentum ita fuit, vt vlte-

erat Sommerfeldius, generalis vigilum præfectus. *Happelii Hiſt. Europ. p.* 693. Diar. Eur. *tom. II. p.* 516. Saxonicis iura ſua per *Iuſtitiam Protectionis Saxonicæ in ciuitate Erffurtenſi* defendentibus. quam Diario Europæo ſubnexam vides. Licet poſtea per Receſſum Lipſienſem 20. Dec. 1665. cum Moguntino conuenerit. Rinck *Leben Leopoldi p.* 541.

a Qui filius fuit Io. Sigismundi electoris CIↃIↃCXIX defuncti, quem ſupra laudamus.

b Bogislao XIV, filio Bogislai XIII, fratribus ſuperſtite, & ſic vniuerſæ Pomeraniæ poſſeſſore.

terior Pomerania cum Caſſubiis & Vandalis eidem confirmaretur; citeriori autem penſandæ tres epiſcopatus, Halberſtadienſis, Mindeſis & Caminenſis cum ſpe Magdeburgici archiepiſcopatus (quorum illi principatuum, hic ducatus formam, exuto eccleſiæ habitu, (induerunt) adiudicarentur. Polonico bello, quod *a* ſupra ſcripſimus, Boruſſiæ cauſſa implicatus, Suedorum partes tuebatur ſocius famoſi prœlii & præclaræ victoriæ apud Warſouiam. Pax victori placuit CIↃIↃCLVII *b* Welauiæ ſancita, quæ abſolutum ius in Boruſſiam ſine nexu cum regno Poloniæ dedit, adiectis *c* Byttouia & Lauenburgo, Polonicis antea ad fines Vandaliæ præfecturis. Ex eo tempore Dani ſocius vicit in Fionia, vt in Suedicis rebus *d* prædictum, perfecitque, vt pax tam in-

a pag. 297.

b Pufendorf. *Hiſt. Brandenb. lib.* 6. *ſect.* 78. & *lib.* 7. *ſect.* 50. Pax Velauiæ concluſa, Brombergæ ſ. Bidgoſtiæ ratihabita.

c Ibidem lib. 7. *ſect.* 80.

d Supra pag. 298.

inter Polonos & Suedos, quam inter hos & Danos restitueretur. Post hæc quum bella cessarent, pacis fructu ciues suos beaturus, nauigabili fossa cum Odera Spream coniunxit, vt paruo sumtu & itinere ex Baltico mari in Oceanum per amnes vehi merces possint. Anno CIↃIↃCLXVI cum exercitu in Cliuiam profectus, *a* sequester Batauorum & Monasteriensis episcopi inter arma fuit, & indidem redux *b* Magdeburgicam ciuitatem coegit, vt in verba tam superstitis Administratoris, quam futuri Ducis sui iuraret, præsidiumque Brandenburgicum acciperet. Sex annis interiectis plerasque Bataviæ vrbes rex Galliæ subigebat, iuuantibus rege Britannorum & præsulibus Coloniensi & Monasteriensi, quod bellum quum in Westphaliam traheretur, cum Cæsareo exercitu Brandenburgicus fuit, qui hostem cohibe-

a Pax inter ordines fœderati Belgii & episcopum Monasteriensem Cliuiæ constituta fuit. *Theatr. Eur. T.* 10. *p.* 338.

b Laudatus Pufendorf. *Rer. Brandenb. lib.* 9. *sect.* 83.

hiberent, ne longius in Germaniam procursaret, Pax *a* inita CIↃ IↃCLXXIII, sed altero anno a Gallis violata, irrumpentibus in Wetterauiam Franconiamque. Brandenburgici autem & sociorum aduentu, & in Alsatiam progressu *b* reiecti hostes in Lotharingiam, & metus Germaniæ dissipatus. Quum in hibernis milites essent, quæ Sueuia Cæsareis, Franconia Brandenburgicis præbebat; *c* Suedi, Gallorum amici ex Pomerania in Marchiam illapsi, Hauelensem *d* tractum hostili modo vexabant. Quibus inuictus Elector ex improuiso superueniens *e* tantam cladem inferebat, vt plurimis cæsis reliqui ex Marchiæ finibus præcipi-

a Vossemensis pacificatio, dicta a *Vossem*, vico prope Louanium Brabandiæ. *Pufend. lib.* 11. *sect.* 48, 85. *Du Mont Memoires pour seruir a l'histoire de la Paix tom.* 2. *p.* 75.

b *Tom.* 11. *Theatr. Eur.* 602. *seq.*

c Duce *Carolo Gustauo VVrangelio*, Pomeraniæ gubernatore & militiæ præfecto.

d Ratenau, Hauelberg, Brandenburg &c.

e ad Ratenauiam & Fehrbellinum cæsis 2500. Suecis CIↃ IↃ CLXXV.

cipiti fuga se auferrent. Elector persequuturus victoriam, fœdere cum Dano & Luneburgicis icto, Pomeranas *a* vrbes capit, etiam inexpugnabiles visas Stetinum & Stralsundam, quas terribili oppugnatione ad deditionem cogebat: quo tempore Danus *b* Wismariam, Luneburgici cum *c* sociis Bremensem *d* ducatum in potestatem redegerant, vt nihil Suedis in Germania relinqueretur. Neque superat, vnde vindicarent cladem; nisi ex Liuonia in Borussiam irruptio quam malis auspiciis, ductore Hornio, CIↃIↃCLXXVII fecerunt. Media hieme Brandenburgicus herös per *e* niues

O ter-

a Wolgast, Anclam, Demmin, Grypswald, &c. nec non insulas Pælen apud Wismariam & Rugiam. *Vide Tom.* II. *Theat. Eur.* Factum CIↃIↃCLXXVII.

b *Theat. Eur. Tom.* II. *p.* 886.

c Sociis Danis & Monasteriensibus.

d *Præcipue* Buxtehudam, Caroloburgum, Bremeruordam, Schwingerschanz &c. Stada arctiori obsidione cincta, fame expugnata. *Tom.* II. *Theat. p.* 836. 986. *&c.*

e Elector XXX Decembr, CIↃIↃCLXXIX ingres-

terrarum, per glaciem *a* maris accelerans iter, intra biduum hostes ex Borussia eiecit, & per Curlandiam fugientes sequutus eo vsque attriuit, vt pauci in Liuoniam reuerterentur. Tandem gloriosus victor publicæ tranquillitati, quæ armis ceperat, redonavit, pace in Gallis ad fanum *b* Germani facta, qua restituit Suedis ademta, præter illa, quæ trans Oderam Westphalica pace & *c* Stetinensi transactione possederant. Ex Gallico bello Hispani

sus iter, die x Ianuarii Vistulam traiecit. *Rentschius pag.* 562.

a Quod appellatur *Frische Haf*, & alterum *Curisch Haf*.

b Saint Germain en Laye, CIϽ IϽ CLXXX *Pufendorf. Recueil des Traittés de Paix tom.* 4. *pag.* 433.

c Post Germaniæ pacem cum Suedis Stetini CIϽ IϽ CLIII Brandenburgicus transegerat, concessa parte Transoderana & dimidio vectigali ex portubus vlterioris Pomeraniæ, quæ nunc noua pacificatione Brandenburgico cuncta restituuntur in perpetuum; sola Golnoa tantum pignoris loco reddita, reseruato iure aliquando soluendi nexus. Vide pacificationis articulos 7, 9. &c.

ſpani debebant Brandenburgicis auxiliis, quæ quum ſoluere morarentur, claſſem Elector non minus mari, quam terra præpotens miſit, qua vsque *a* Americæ littora procurrens, captis aliquot nauibus, quod *b* Hiſpani debuerant, domino ſuo ſatisfecit. Eadem nauigatione in Africæ Aureo litore, quam Guineam vocant, commercia ſuis ſtabiliuit *c* Magno Fridericiburgo, quod caſtelli nomen eſt, exſtructo portuque munito, ac vicinis locis, *d* Taccararay & Accada, deditione in fidem acceptis. Eodem tempore, hoc eſt CIↃ IↃ CLXXX, AVGVSTO mortuo, Magdeburgico adminiſtratore, archiepiſcopatum illum

O 2 ſub

a De hac nauigatione Puſendorfius *lib.* 18. *ſect.* 10. & 11.

b Duabus mediocris pretii in Americano mari: antea autem vna opulentiore in freto Britannico. *ibidem.*

c Teutonice *Groſs Friedrichsburg.* De hoc Puſendorfius *Rer. Brandenb. lib.* 18. *§.* 32. *p.* 1415, ad annum CIↃ IↃ CLXXXI. Diſtat vno milliario occidentem verſus a *Cabo tres puntas.*

d Ibidem pag. 1416.

sub Ducatus nomine vt proprium & Westphalica pace adiudicatum suscepit atque ita victoriis, fœderibus & imperio supra maiorum spem aucto & prolato, cui ad XLVIII annum feliciter præfuit, vere MAGNVS & inclutus princeps, ætatis anno XLIX, sæculi huius LXXXVIII ad superos excessit, relicto successore FRIDERICO, Rege potentissimo.

Saxonia quoque successionibus habet, quæ posteritati enumerentur. Quum IO. GEORGIVS I elector esset, Altenburgi FRIDERICVS WILHELMVS, Vinariæ WILHELMVS, Gothæ ERNESTVS frater Wilhelmi, quisque regioni suæ præerat. Electore CIƆIƆCLVI fatis sublato, inter filios diuisio certis pactis facta, vt quæ electoris propria sunt, cum Misniæ maiori parte & Lusatia superiori Maximus natu IO. GEORGIVS II: ab hoc proximus AVGVSTVS, administrator Magdeburgicus, quæ patris *a* in Thurin-

a Freiburgum, Eccardsberg, Sangerhusam, Weissensee, Langensalzam, Querfurtum

ringia, cum Weiſſenfelſa, & *a* præfecturas aliquot Weſtphalica pace archiepiſcopatui Magdeburgico detractas: CHRISTIANVS epiſcopatum Merſburgicum cum Luſatia inferiore & *b* præfecturis quibusdam in finibus Miſnorum: MAVRICIVS epiſcopatum Numburgenſem cum *c* Voigtlandiæ Saxonicis & *d* Hennebergiæ partibus poſſideret. Hennebergicus enim principatus communiter a Saxonibus per LXXVII annos poſſeſſus, ita CIↃ IↃ CLX diuidebatur, vt electoralis do-

O 3 mus

(cui noui principatus nomen adcreuit) Heldrungam &c.

a Iüterbocum, Thamam & Burchum: ſed Burchum nuper in Brandenburgicam ditionem, cuius nunc Magdeburgenſis prouincia eſt, pacto ſpeciali rediit.

b Delitz, Zorbig & Bitterfeld. At Dobrilug & Finſterwalda ſaltim ſitus ratione Luſatiæ inferiori vulgo adnumerantur.

c Tales ſunt Plauia & Voigtsberga cum oppidis ſuis Oelsnitz & Adorf: & præfecturæ pro Gothani belli ſumtu electori adiudicatæ, Neuſtadium ad Orlam, Ziegenrük & Weida.

d Sleuſinga, Sula & Kündorf. Acceſſit *Schwarzkiana* dynaſtia, cuius caput Tautenburg.

mus quincuncem; septuncis dimidium Altenburgica; reliquum Vinariensis & Gothana acciperent, sed portio Altenburgensis familiae in iuniore Friderico Wilhelmo CIↃ IↃ CLXXII exstinctae, ad Gothanam accessit, quae nunc, demta *a* vna praefectura, adiectis contra *b* aliis, a BERNHARDO, Ernesti Gothani filio tenetur. IO. GEORGIVS II elector obiit diem suum CIↃ IↃ CLXXX: electoratu & prouinciis vnico filio IO. GEORGIO III relictis, qui bellicae expeditioni pro patria contra Gallum susceptae, CIↃ IↃ CXCI immortuus est Tubingae: filius IO. GEORGIVS IV morte praematura post biennium ereptus, in cuius locum frater successit FRIDERICVS AVGV-STVS

a Themarensi, quarto filio Ernesti, *Henrico*, Rombildae degenti, tradita.

b Princeps *Bernhardus* ex Altenburgensi Hennebergica portione possidet *Meinungam*, vbi sedem habet, & *Masfeldensem* praefecturam: & paternam Hennebergiae partem, *VVasungam* & *Breitungam*: & ex veteri paterna possessione *Salzungam*: omnia ad Vuerram amnem sita.

STVS dux & elector Saxoniæ. Augustus eodem anno, quo frater elector paucis ante illum diebus decessit, in hereditariis prouinciis IO. ADOLPHVM successorem relinquens, cui sedem ipse pater ædificauerat *a* Leucopetræ: quam nunc IO. GEORGIVS, filius Io. Adolphi, CIƆ IƆ C X C VII vita defuncti, tenet. Altero post Augusti mortem anno exeunte hoc est CIƆ IƆ CLXXXI pridie nonas Decembres, etiam minimus fratrum illorum Mauricius excessit, cuius episcopatum & regiones filius MAVRICIVS WILHELMVS sapientissimus Princeps, feliciter regit. Qui medius inter Augustum & Mauricium erat Christianus, Mersburgensis administrator, longæuitate fratres superauit, CIƆ IƆ C X C I demum fatis concedens ætatis anno LXXVI exacto. Vix triennium CHRISTIA-

a Hoc est *VVeissenfelsæ*. Nec tantum sedem ibi successoribus, *Nouum Augustiburgum* arcem splendidissimam; sed Musis etiam habitationem præclaram, *gymnasium Augusteum* CIƆ IƆ C LXIV condiderat.

NVS II patri superfuit; & nepos CHRISTIANVS MAVRICIVS vnum post patrem mensem; in cuius fratre nunc MAVRICIO WILHELMO, spes patriæ insistit. Hæc de Saxonum Albertina gente.

Ernestinæ *a* maiorem partem Altenburgensis princeps FRIDERICVS WILHELMVS, Friderici Wilhelmi, administratoris electoratus, filius possedit, quo CIↃ IↃ CLXIX, & filio cognomine CIↃ IↃ CLXXI exstinctis, ERNESTVS Gothanus pietatis laude nemini secundus, *b* hereditatem adiit, inter filios ita diuidendam, vt FRIDERICVS (cui CIↃ IↃ CXCI eiusdem nominis filius successit) Gotham & Altenburgum: ALBERTVS Coburgum, (qui sine prole CIↃ IↃ CIↃ decessit:) BERNHARDVS Meinungam Hennebergiæ, singuli cum aliis præfecturis, possiderent: reliqui *c* fratres minore quisque

a Ducatus Altenburgensem & Coburgensem.

b Vitam & laudes ipsius scripsit Elias Martinus Eyringius, *Lipsiæ* 1704. 8.

c Henricus Romhildæ, Christianus Eisenbergæ, quorum iste CIↃ IↃ CCX, hic CIↃ IↃ CCVII sine

que portione contenti agunt. Bernhardo CIↃIↃCCVI extincto successit filius natu maior Ernestus Ludouicus. WILHELMVS autem Vinariensis, Ernesti Gothani & Bernhardi bellicosi frater maior, filiis prouinciam suam quadripartitam reliquit, quæ mox ad *a* tres partes reducta fuit, Vinariensem IO. ERNESTI: Isenacensem IO. GEORGII: & Ienensem BERNHARDI, in cuius filio adolescente IO. WILHELMO Ienensis portio CIↃIↃCXC exspirauit, agnatis *b* diuisionis lege adiudicata. Vinariensem partem WILHELMVS ERNESTVS & IO. ERNESTVS fratres tenebant: hoc vero CIↃIↃCCVII extincto, filii ERNESTVS

O 5 AV-

prole mascula fuit extinctus, Ernestus Hilperhusæ, Ioannes Ernestus Saalfeldæ sedem habent.

a Adolpho Wilhelmo, Isenacensis portionis possessore mortuo, cuius sedem occupauit Io. Georgius, qui Marksulæ antea habitauerat.

b Vinarienses acceperunt Bürgel, Dornburg, Capellendorf: Isenacenses Ienam & Alftedium; singula cum præfecturis: academia autem Ienensis communis manet Ernestinæ familiæ, id est Gothanis, Vinariensibus, Isenacensibus.

AVGVSTVS & IOANNES ERNESTVS in ipsius locum cesserunt. Isenacensem IO. GEORGIVS iunior, cui CIƆ IƆCXCVIII sine prole defuncto IO. WILHELMVS frater successit.

Palatinus electoratus CAROLO LVDOVICO, *a* Friderici V Bohemia expulsi filio, Westphalica pace restitutus fuit, in cuius filio CAROLO, quum quinque annos imperasset, electoralis familia CIƆ IƆCLXXXV exstincta est, in dignitatem & possessiones PHILIPPO WILHELMO Neuburgico, Wolfgangi Wilhelmi filio, subeunte, principe ætate tum profecto & filiarum *b* nuptiis omnium felicissimo, in cuius locum CIƆ IƆCXC IOANNES WILHELMVS, filius natu maximus successit.

Brunsuigo Luneburgensis domus nostro sæculo ita diuisa fuit, vt AVGVSTVS Guelpherbytanus, princeps eru-

a Extat *la Vie & les Amours de Charles Louis, a Amsterdam* 1697. 12.

b Quippe socer Romani Imperatoris, regis Hispaniæ, & regis Portugalliæ.

eruditus & incomparabilis bibliothecæ collector, CIↃ IↃ CLXV, ætatis anno LXXXVII, mortalitate expleta, filiis RVDOLPHO AVGVSTO & ANTONIO VLRICO suam reliquerit provinciam. Priori natu terræ debebantur, verùm sponte sua fratrem in communionem trahebat, qui mortuo CIↃ IↃ CCIV Rudolpho Augusto solus nunc rei præest. Hoc duce ortis dissidiis anno CIↃ IↃ CCII Brunsuiga per militem Borussicum, Hanoueranum atque Cellensem obsidebatur, & licet res ad bellum pæne esset ventura, statim tamen componebatur. In Luneburgica domo GEORGIVS solus inter WILHELMI septem filios vxorem duxerat, cuius filiis CHRISTIANO LVDOVICO, Cellensi CIↃ IↃ CLXV, *a* & IO. FRIDERICO, Hanouerano CIↃ IↃ C LXXIX sine mascula prole exstinctis

O 6 fra-

a Hoc equidem defuncto, Cellensem Ducatum petebat Io. Fridericus, tertius ex Georgii filiis, sed, dum pater seniori optionis ius testamento concesserit, Cellensem Ducatum alter occupabat, Georgius Guilielmus, Hanouerano, quem antea possederat, relicto.

fratres successere GEORGIVS WILHELMVS in Cellensi principatu; ERNESTVS AVGVSTVS, episcopus Osnaburgensis in Calenbergico siue Hanouerano, nuper *a* noua Electoris dignitate ob summa in patriam merita ornatus. Hinc demum cIↃ IↃ C XCVIII exstincto successit filius GEORGIVS LVDOVICVS, qui mortuo cIↃ CCV Georgio Wilhelmo Cellensi vtrumque Ducatum sub communi Electoratus nomine coniunxit. Ante iam noua dignitas potentissimæ domui accesserat, cum ex communi Senatus Anglicani decreto, Angliæ regnum post reginæ mortem Sophiæ & qui ab eadem descendunt, fuit destinatum.

Duriora fata Holsatiæ erant, veteri simultate Danorum regiæ domus & Sles-

a Anno cIↃ IↃ C X CII mense Decembri. De nouo Electoratu controuersiam singulari scripto exposuit Adamus Cortreius & Cassander Thucelius in *Electis Iuris Publici*. Controuersiam vero, quæ cum domo Würtenbergica fuit, de Archiuexilliferatu Imperii explicant *VVechsel-Schrifften vom Reichs-Pannier*.

Sleswicensis principis sopita sæpius, quam penitus depulsa. Stabilioris concordiæ spes apparebat, quum CHRISTIANVS ALBERTVS, Friderici filius, regis Daniæ sororem, Friderici III filiam, vxorem duxisset, & quæ bello Suedo-Danico intercesserat, *a* Fontibellaquensi pace CIϽ IϽ C LXXIX componerentur. At anno CIϽ IϽ CLXXXIV recruduit malum, & regi inuadenti cedere princeps coactus, quinque annos domo, fortunis, caruit; tandem Cæsaris, Saxonis & Brandenburgici interuentu CIϽ IϽ CLXXXIX pactis *b* Altonauiensibus restitutus. Hoc fatis CIϽ IϽ CXCIX sublato, successit filius FRIDERICVS, cui idem cum nouo Daniæ rege FRIDERICO IV, Christiani, V, CIϽ IϽ CIC defuncti vita filio, de munimentis in limite exstructis bellum fuit, sed breui post *c* CIϽ

a Fontainebleau, vbi confirmata denuo sunt, quæ Rotschildensi & Hafniensi pace Holsato concessa fuerant. *Theat. Eur. T.* XI. *extr.*

b Imhof *Not. Proc. lib.* 4. *c.* 9. *§.* 55. Londorp *tom.* 13. *c.* 29.

c Holsatiæ Ducis socii erant Suecorum Rex, An-

IↃ CC, sequestrorum cura compositum. Mortuo in prœlio ad Clissouiam apud Polonos Friderico III CIↃ IↃ CCII, filius CAROLVS FRIDERICVS ipsi successor datus, administratorem gerente patris fratre Christiano Augusto.

Vicinitas in Meklenburgicum nos tractum ducit, vbi CIↃ IↃ CXCV Gustrouiensis princeps, GVSTAVVS ADOLPHVS sine prole virili decesserat. Acre de hæreditate certamen inter FRIDERICVM WILHELMVM, Swerinensem & ADOLPHVM FRIDERICVM Strelicensem de-

gli Belgæque, vna cum Hanouerano Electore & Cellensi Duce, quorum interuentu postquam Daniæ Rex Tonningæ obsidionem soluere coactus, Suecorum Monarcha in Selandiam adpulisset, classis etiam maritima Hafniam obsideret, pace Trauenthalensi fuit composita, qua anteriora pacta confirmata & Holsatiæ Duci supremum ius in Slesuicensem Ducatum restitutum. *Ant. Fabri Staats-Cantzelley tom. 5. p. 693.* Singula hæc bella quæ Danos inter atque Suecos & Holsatos fuerunt gesta describuntur *in Historischer Einleytung zu dem ietzigen Krieg in Norden, Francfurt* 1710. 4.

defuncti agnatos fuit, transactione a tandem CIↃ IↃ CCI finitum.

Ex Germania in vicinas gentes progrediamur. Hispanico bello fœderati Belgæ CIↃ IↃ CXXX Brasiliam occupauerant, quæ vero CIↃ IↃ CLIII ad Lusitanos, eiectis Belgis, reducta fuit, quod damnum Belgæ in oriente pensarunt, pæne multa castella, portus, emporia Lusitanis in ora b Malabara & insulac Cei-

a Transactio talis est, vt Friderico Wilhelmo Swerinensi Gustrouiensis Ducatus vna cum sessione & voto in comitiis, Adolpho Friderico Strelicensi Principatus Ratzeburgensis, dynastia Stargardiensis vna cum Commendatura Nemerau & Mirau concederentur, additis annuis 6000. Ioachimicis ex telonio Boitzenburgensi, confirmato in vtraque domo iure primogenituræ. *Ant. Fabri Staats Cantzelley tom. 6. p. 243.* Controuersia primum scriptis publicis fuerat agitata.

b Malabara est tractus, Indiæ inter *Goam*, metropolim Portugallorum; & promontorium *Comori.* ibi Portugallis munitæ vrbes ereptæ, *Cochim*, *Cananor &c.*

c Munimenta huius insulæ littoralia, a Portugallis condita, a Belgis expugnata, recensentur in Albrechti *Herporti*, Bernatis itinerario *p.* 174.

Ceilon, & aliis locis eripientes. Inter ea, cum Hispanis pace sancita, non multum aberat, quin intus discordia nouas turbas concitaret. Multis postulantibus, vt milites dimitterentur; Arausionensis princeps GVILIELMVS, Friderici Henrici filius, obsistens, sex dissentientes in *a* custodiam mittebat, & iam in eo erat, vt *b* Amstelodamum caperet, nisi prodita res a tabellario, noctu in milites incidente, fuisset. Princeps, caussa vix dum composita, moritur, cuius coniux, Caroli I, Britanniae regis filia, septimo die a mariti morte filium WILHEL-

a Lowensteinii, vbi Grotius captiuus fuerat. Histoire des Princes d'Orange p. 137. *Il fit arrêter prisonniers six des principaux Magistrats, qui furent conduits, incontinent apres, dans le château de Louenstein.*

b Quae ciuitas maxime aduersabatur. Bizot Histoire Metallique de la Rep. Hollande Tom. 2. p. 217. *La nuit du 30. Iuillet 1650. les troupes du Prince se rendirent de diuers endroits deuant Amsterdam, auec tant d'ordre & de secret, que la Ville eût été assurement surprise, si le Courrier de Hambourg, qui passa par l'Armée sans être apperçû, n'en eût donné auis aux Magistrats,*

HELMVM, post Britanniæ regem enixa est. Hic perpetuo, quod dicebatur edicto *a* ab omni Maiorum dignitate excludebatur, non nisi Gallico bello in easdem restitutus.

Grauior tempestas ex Anglia ruebat, cui rege sublato, protector regni CROMWELLVS imperabat. Regis quidem filius CAROLVS II a Scotis receptus & rite *b* inauguratus fuit, sed acie *c* victus a Cromwellianis, ægre in Galliam euasit. Sequenti anno Brittanni Batauorum naues interceperunt, quas dum *d* repetunt legatione, & de pace tractari cœptum erat, Ba-

a Edictum hoc publicatum XXVIII Nouemb. CIↃ IↃ C L I I I. *Histoire des Princes d' Orange & Resolutien der Heeren Staaten Van Holland ende VVestVrieslandt Van consideratie, Traiecti* 1706. 4.

b *Theat. Eur. Tom.* 6. *p.* 860. & *T.* 7. *p.* 96.

c Prœlium fuit XIII Septembr. CIↃ IↃ C L I ad Vigorniam vulgo *VVorchester*, Vid. scriptum, quod sub titulo prodiit: *Boscobel, ou abregé de ce qui s' est passé dans la retraite memorable de sa Maiesté Britannique a Rouen* 1676. 12.

d De huius belli origine Boxhornius legatur *Hist. Vniuers. p.* 1184.

Batauæ classis præfectus Trompius in classem Anglicanam, quam Blakius regebat, iuxta Duvrim in freto, vel casu, vel consilio incidit. Fit atrox *a* prœlium, ex quo aperte bellum susceptum, in cuius *b* vltima pugna Trompius glande traiectus periit. Pax initur CIↃ IↃ C L I V, sed Anglis, quam *c* Hollandis, vtilior. His enim infensus Cromwellus erat, quod Carolum, Caroli regis filium, in Batauia latere compererat, quem ne diutius tolerarent, pacificatione præcauit. Idem nauale bellum cum Hispanis gessit, eorumque classi, ex America redeunti, multum *d* damni intulit, & Iamaicam, Americæ insulam, Anglorum ditionis fecit. Sic maior rege Cromwellus, ab-

a *Tom. 7. Theatri p.* 280, mense Decembri CIↃ IↃ C L I I.

b Quatuor prœlia memorantur, Decembri 1652, Februario, Iunio, Augusto 1653. *Tom. 7. Th. Eur.* 433, 443, 447.

c Conditiones pacis tradit Boxhornius *p.* 1188. & *Th. Eur. Tom. 7. p.* 647.

d Eodem *T. 7. Th. Eur. p.* 820. Vid. & Vita Cromwelli separatim edita.

abusus inprimis religione est, quam, præter pontificiam, cuiuis liberam & nulli episcopo subiectam permisit, quo id euenit, vt nouæ & inauditæ sectæ in Anglia augerentur, quas ille non impediebat, vt omnium fauore frueretur. Vltimus actus erat *a* Dünkirchæ occupatio, quam Gallorum socius expugnauit, præmiumque laboris & auxilii tulit. Obiit Cromwellus CIƆ IƆ CLVIII, *b* filiumque Richardum successorem habuit, sed imparem patri calliditate. Turbulentus status fuit, in eo tandem plurimorum consensus, vt Richardus protector eiusque frater Henricus, Hiberniæ gubernator, ad pri-

a Anno CIƆ IƆ CLVIII. *Tom.* 8. *Theat. Eur.* *p.* 981, *seq.* Sed CIƆ IƆ CLXII Dünkircha in Gallorum potestatem emtione siue pretio venit. *Du Mont Memoires pour seruir a l' histoire de la Paix Tom.* I. *p.* 225.

b Extat *La Vie d' Olivier Cromwel, par Greg. Leti à Amsterdam* 1694. 12. *Histoire de la Rebellion & des Guerres Civiles d' Angleterre depuis* 1641. *iusqu' à l' etablissement du Roy Charles II par Eduard Comte de Clarendon à la Haye* 1704. 8. *La Tyrannie Heureuse ou Cromwel Politique par le Sr. de Galardi, a Leyde* 1671. 12.

priuatam vitam *a* iuberentur redire. Sed ne sic quieti consultum fuit, dubiis plerisque, vtrum regis filium reuocarent, regni formam instauraturum; an liberam formarent, ad Batauorum exemplum, rempublicam. Præualuit Monkius, Scotorum gubernator, quo auspice rex CAROLVS II ex Batauia reductus, & anno CIↃ IↃ CLX solemniter inauguratus fuit. *b* Hic pristinam regnorum formam restituit, episcopis confirmatis & vtroque *c* senatu ad antiquum morem reuocato; & id maxime laborauit, vt mercatura, neruus reipublicæ in suis regnis & prouinciis augeretur. Batauorum fortuna obesse videbatur, quos anno CIↃ IↃ CLXV adgressus bello, nihil admodum profecit, damno mutuo pensante, si quando victoria in eius partes inclinasset. Pacis itaque consilia acta, quam necessi-

a CIↃ IↃ CLIX. *Th. Eur. Tom.* 8. *p.* 1282.

b Vid. *Rob. Keuchenii Anglia triumphans, Hagæ Comitum* 1660. *f.*

c Parlamento tam superioris domus, in qua illustres & episcopi sedent; quam inferioris, hoc est, nobilium & ciuitatum.

cessitas maturauit, Londinensi vrbe a incendio absumta, & Batauorum audacia crescente, qui in b Tamesin classe incurrebant, & regiis nauibus igne iniecto, maiora mala minitabantur. Pax inita Bredæ CIƆ IƆ CLXVII, c nec vero ignominiæ memoria ex animo regis deleta, inique ferentis, in Tamesin hostes incucurrisse. Gallo igitur CIƆ IƆ CLXXII in d societatem venit, vt quum ille terra, ipse mari in Batauos pugnaret, quod quum impeditius esset, quam Gallorum terrestre bellum; solus pacem CIƆ IƆ CLXXIV fecit, & industrie laborauit, vt inter ceteros quoque bellum e componeretur. Huic

CIƆ

a d. 2. Septembris 1666. incendii initium, quod per quinque dies durauit. Th. Eur. Tom. 10. p. 296. Diar. Eur. tom. 16. p. 128. In perpetuam rei memoriam Monumentum publicum circa locum istum ex quo ignis prorupit, fuit erectum.

b *Ibidem pag.* 576. *anno* 1667.

c Aitzema *affaires d'état & de guerre Tom.* 13. *p.* 108. *Recueil des Traittés de Paix tom.* 4. *pag.* 211.

d *Theat. Eur. tom.* 10. pag. 630.

e Compositum tandem fuit pace Neomagiensi;

CIↃ IↃ CLXXXV fataliter ſublato frater IACOBVS II ſucceſſit, per multis ob pontificiam religionem ſuſpectus, qui Caroli nothum, MONMVTHIVM ducem, præferri poſtulabant. Plena vtriusque fortuna periculis erat, ſed Iacobi valentior, qui vicit, cepit, ſecuri percuſſit Monmuthium. *a* Nec vero tutum imperium cum ſacris mutatis, quæ quum amplificaret rex, & in poſteros firmaturus, puerum vt fama eſt, *b* ſubdidiſſet, quaſi ſuſceptum ex regina; GVILIELMVS *c* Arauſionenſis, gener illius, a pluribus expetitus eſt, vt ius vxoris & communem libertatem

tuius ſequeſter rex Angliæ erat. *Guil. Temple Lettres, Didier Hiſt. de la Paix de Nimegue.*

a Vid. *Hiſtoire des euenemens tragiques d'Angleterre & de derniers troubles d'Ecoſſe a Cologne* 1694. 12. *Hiſtoire ſecrete des regnes des Rois Charles II & Iaques II Cologne* 1690. 12. quo vitia regiminis deſcribuntur.

b Nota hiſtoria, poſt multos accurate ab Iacobo Perizonio V. C. in funebri laudatione *Mariæ*, reginæ Britannicæ, recenſita.

c Vid. Samſons *Hiſtoire de Guillaume III*, qui pleraque ex publicis depromſit documentis, & *das Neu-Geharniſchte Gros-Britannien.*

atem stabiliret; qui quum classe in Angliam traiecisset, *a* fugit Iacobus ad Galliæ regem, cuius autem auxiliis neque *b* Hiberniam conseruauit, neque *c* coniurationes cœlo prohibente consummare potuit.

In ceteris Gallus, quam in Iacobi caussa, fortunatior. Anno CIↃ IↃ CLXXII fœderatas prouincias Vltraiectinam, Transisulanam, magnamque Geldriæ & Batauiæ partem, & quæ his adiacent, impetu cœpit: in mari autem fortuna hæsit: nec socius Monasteriensis Gröningam expugnare potuit, qui & *d* Cœvor-

a Anno CIↃ IↃ CLXXXVIII mense Decembri.

b Plures vrbes & munitissimas Hiberniæ Iacobæi occupauerant, præter Londonderyum, frustra ab illis obsessum: Guilielmus cunctas recepit, eiecto ex Hibernia Gallicano milite; CIↃ IↃ CXCI.

c Ex quibus maxima & periculosissima fuit, quæ detecta Februario mense CIↃ IↃ CXCVI. Coniurauerant ad regem Guilielmum interficiendum, reducendumque Iacobum, qui Caletum vsque processerat, vt ad primum nuntium interfecti Guilielmi cum milite intraret. *Histoire de Guillaume III Amsterdam* 1703. 12.

d Quæ aditum in Frisios & Gröningensem prouinciam custodit, vulgo *Cœverden* dicta. Ca-

vordiam breui post tempore, quam ceperat, amisit. Omnis culpa in Iohannem & Cornelium de Witt reiiciebatur, qui populari tumultu occisi, *a* restituto Guilielmo Arausionensi. Galli, postquam imperii hostes declarati, desertis, quæ occupauerant, præter *b* Grauiam & Traiectum Mosæ in Westphaliam & Rhenanum tractum arma transferunt. Dubio Marte pugnatur CIϽ IϽCLXXIV in *c* Alsatia ad Sinshemium, & iterum apud Ensishemium, & eodem anno in Brabandia ad *d* Senefam: ac sequenti rursus in Al-

pta mense Iulio: recuperata stratagemate mense Decembri CIϽ IϽCLXXII a Groningensibus præsidiariis, quibus *Carolus Rabenhaupt* præfectus erat. *Theat. Eur. Tom.* II. *p.* 270, 284. *seq.*

a Valckeniers *Verwirrtes Europa p. 3. p.* 403.

b Vulgo *Graue*, quam Arausionensis obsidione recepit. *Mastrich* autem frustra obsedit, quæ vrbs pacificatione tandem reddita. Bellum hoc Belgicum plenius describit *der Verunrubigte Hollændische Löwe.*

c Hæc Alsatiæ prœlia haud procul Argentorato commissa. *Theatr. Eur. T.* II. *p.* 580, 600, 776.

d *Ibidem pag.* 711.

Alſatia, vbi Turenius, præcipuus dux Gallorum militiæ, tormenti globo percuſſus cadit, Germani CIↃ IↃ CLXXVI Philippiburgum ceperunt: inſequuto anno Galli Friburgum Brisgoiæ. Plus damni Hiſpanis illatum, Burgundia *a* iterum erepta & vrbibus in Belgio expugnatis, quarum *b* pleræque Neomagenſi pace Gallis confirmatæ ſunt. Qui vero Siciliam eodem tempore deſeruerunt, in quam eos Meſſanenſis rebellio CIↃ IↃ CLXXIV inuitauerat. Vltimo bello in Catalonia Galli ceperunt *c* Cadacherium, Rhodam, Palamum, Gerundam, igne tormentis excuſſo vexarunt Barcinonem: in Belgio Luzenburgum CIↃ IↃ CLXXXIV; *d* Montes Hanoniæ CIↃ IↃ CXCI; & poſtea

P Dix-

a Burgundiæ comitatus (*Franche comté*) Aquisgranenſi pace reſtitutus fuerat.

b Condé, Valenciennes, Cambray, Ipern, S. Omar &c.

c Cap de Quers Hiſp. *Cadaquez* captum 1684. Roſes 1693. Girona ſequenti anno. Barcellona ignitis globis vaſtata (*bombardirt*) 1691.

d Gallice *Mons*, quod nomen iam Teutonicum *Bergen* obſcurat.

Dixmudam occuparunt: sed Namurcum, quod etiam rapuerant, coacti sunt reddere.

Portugalliæ rex Ioannes CIↃIↃCLVI excessit, relicto regni herede ALFONSO filio, nondum pubere, cuius pueritiam mater gerebat. Adultior factus, feris moribus odium sui concitauit, vt PETRVS regno præficeretur, quod fratris loco *a* administraret: & ne motuum occasio esset, in insulam *b* Terceram deportatus, & post quindecim annos reductus, in arce, quam custodiæ sedem habebat, sexto a Lisbona milliario, CIↃIↃCLXXXIII exspirauit. *c* Petrus, pontifice *d* permittente, vxorem fratris duxit, Allobrogem gen-

a Non enim tum Petrus *Rex*, sed *Regens* Portugalliæ appellatus est. *Diar. Europ.* T.19.*p*.148.

b Tercera vna ex Flandricis siue Asoribus insulis est: quo missus est rex 1669. *Tom.* 10. *Th. Eur. pag.* 110.

c Cintra arci nomen *Theatr. Europ. tom.* 12. *p*. 606. Passarellus *lib.* 10. *b. Lusit.*

d Quæ XVI mense post nuptias ab Alfonso indigno marito successerat in monasterium. *Ibidem pag.* 713.

gente, eaque mortua, MARIAM SOPHIAM principem Neuburgicam, sororem imperatricis & reginæ Hispanicæ. *a*

Italia post Innocentium X, Germaniæ paci intercedentem, multos pontifices breui tempore vidit, ALEXANDRVM VII Chisiorum familia ortum, Innocentio CIↃ IↃ CLV suffectum: quem CIↃ IↃ CLXVII CLEMENS IX Rospigliosus excepit; hunc a biennio Aemilius Altieri, CLEMENS X nominatus: cui INNOCENTIVS XI, Odeschalchus genere CIↃ IↃ CLXXVI successit, liberalis præsul erga principes contra Turcum militantes: etiam tenax propositorum, & Gallicis molitionibus renitens, etiamsi *b* Aue-

a Dum hæc a. 1687. domum duceretur, publicata fuit Henrici Coccei dissertatio *de Iustitia belli & pacis in regno Portugallico.*

b Rex Galliæ Auenionensem comitatum pontifici Innocentio XI 1688. eripuit, quod is ipsi aduersaretur in priuilegiis palatii legatorum aliisque, ad cleri Gallici caussam pertinentibus: Alexandro VIII Auenionem reddidit. *Vid. Legatio Lauardini Romana.* Petrus Vp-

nione ab rege multaretur; post quem CIↃ IↃ C L X X X I X ALEXANDER VIII, Venetus ex Ottobonorum gente hunc apicem consequutus est: & hoc intra X V I menses exstincto, INNOCENTIVS XII, domo Neapolitanus, Pignatellus familia, qui Iubilæo celebrato exstinctus est Septembri mense CIↃ IↃ C C, eique CLEMENS XI, Vrbinas, successit.

Venetorum nos fortuna vocat, vt Græciæ oram ingrediamur. Diu cum Turcis de Creta bellum gesserant, naualibus prœliis victores *a* Phocæam, in *b* Hellesponto ad *c* Tenedum; nec vero

marck *de Franchitia Quarteriorum.* Londorp *tom.* 13. *c.* 31.

a Ad Phocæam Ioniæ, quæ nunc *Fochi* dicitur, & quidem in portu eius, pugnatum 1649. victoribus Venetis. *Theat. Eur. Tom.* 6. *p.* 800.

b In Hellesponto iuxta Dardanellas victi Turci 1656, vt generalis Bassa cum X I V nauibus fugeret, qui C X I X habuerat. Cæsi Turcorum tria millia: capti quinquies mille. Veneti amiserunt præfectum classis, Laurentium Marcellum & quadringentos classiarios. *Theat. Eur. T.* 7. *pag.* 899.

c Classis Veneta, quum *Souazchi* oppidum in

vero impedire potuerunt, quominus in dies plura Turci occuparent, vt tandem sola Candia metropolis insulæ Cretæ, Venetorum ditionis maneret, quam post longam obsidionem CIƆ IƆ CLXIX hoc pacto Turci ad deditionem compulerunt, *a* vt totam insulam Veneti cedentes, tres solos scopulos, propinquos insulæ & munitos, Sudam, Spinam longam, Carabusam, cum totidem portubus possiderent, sed Carabusa, nuper CIƆ IƆ C X C I, centurionis proditione a Turcis est intercepta.

Veneti dissoluunt pacem CIƆ IƆ C LXXXIII, indignati Turcorum perfidiam, qua nondum finitis induciis, Viennam oppugnauerant. Fœdere cum Romano imperatore & Poloniæ

P 3 re-

ora Natoliæ, quarto milliario a Scio insula remotum, receptaculum maritimorum prædonum, 1657. expugnasset, diripuisset & munimenta destruxisset; progressa ad Tenedon insulam, Turcorum classem offendit, vicit, fugauit. *Theat. T.* 8. *p.* 337.

a Franc. Fuluii Frangoni *Candia angustata, Venetiis* 1669. 12. *Relatio obsidionis Candiæ, Londini* 1670. 8.

rege percusso, bellum Turcis inferunt, CIↃIↃCLXXXIV *a* S. Mauræ fanum & Preuesam expugnantes. Qua victoria læti, maiora adgrediuntur, & intra paucos annos Peloponnesum receptant, munitis *b* vrbibus vi expugnatis, vel deditione captis, etiam *c* Naupacto Aetoliæ cum Dardanellis arcibus, & Corintho in potestatem redactis. Sed *d* Chalcidem Eubϖæ, quamuis fortiter oppugnantes, capere nequierunt, neque *e* Caneam Candiæ:

a In nouo bello hæc prima Venetorum victoria ductu & virtute *Francisci Morosini* parta, cuius & cætera, quæ sequuntur, in Peloponneso tropæa sunt, quibus *Ducis* honorem, 1688. collatum promeruit. S. *Maura* in insula Leucadia est; *Preuesa* in Nicopoleos ab Augusto conditæ loco: vtraque probe munita.

b E quibus vulgo notiores factæ Methone, (*Modon*) Nouarinum, Zarnata, Corone, Malvasia, &c. sed præcipua Neapolis Romaniæ.

c Naupactum vulgo *Lepanto* dictum.

d Chalcis, *Nigroponte*, munitissima vrbs, a duce Morosino diu oppugnata & pæne capta erat: at exercitu deficiente soluta obsidio. *Relat. Francof. Vern* 689.

e Ductu Mocenigi incepta obsidio, sed Gallo-

diæ: & captam nuper *a* Chium insulam breui post tempore amiserunt. Constantior fortuna in Dalmatia fuit. *b* Castellum nouum expugnatum, caput Arcegouinæ; & ad Narentam amnem munimenta, & quæ intra hæc & veteres possessiones iacent: finitimis quoque populis deditione in fidem acceptis. Infelicior Genuensis respublica, Gallis propter Hispanicam protectionem inuisa, & a classe illorum CIↃ IↃ CLXXXIV *c* ignitis tormentorum globis horribiliter vastata. Non satis hoc Gallis erat, nisi ignominiam addidissent, coactis miseris, vt cum Duce quatuor senatores in Gal-

rum transfugio factum, vt solueretur. *Relat. Francof. Vern.* 1662.

a Chios, nunc *Scio*, 1695. feliciter occupata: eodem anno post nauale prœlium a Zeng, præfecto classis, destructis ante munitionibus deserta, qui propterea Venetiis in custodiam datus fuit. *Relat. Lips. Vern. & Autumn.* 1695.

b Situm ad intimum sinum, cuius extremitati Venetorum vetus propugnaculum, *Catáno*, quod nomen sinui dat, appositum est.

c *Theat. Eur. Tom.* 12. *p.* 762.

liam irent, eorum *a* veniam precaturi, quibus regem forsan offendissent. Sicilia CIↃ IↃ CXCIII infelicissima, cuius vrbes terræ motu fere omnes quassatæ, multæ funditus euersæ, quædam ita hiante terra *b* absorptæ, vt nec vola, nec vestigium supersit.

Poloniæ quies difficilis ad reparandum. Nouus rex MICHAEL, CIↃ IↃ CLXIX electus æque discordiis, vt antecessor, impediebatur, quibus id factum fuit, vt omnia paterent, & Kaminicum, limitis tutamentum, a Turcis CIↃ IↃ CLXXII expugnaretur, qui ne longius progrederentur, non armis, inualidis per discordiam, sed tributi pactione arcebantur. *c* Michaele, proximo anno, febre sublato, militiæ præ.

a *Ibidem pag.* 962. Missonis *Reise Beschreibung* p. 1000. Zechs *Europ. Herold. p.* 2. *p.* 579.

b e. gr. *Augusta*, a Friderico II, Imperatore Rom. condita, in cuius locum mare successit. Vide integras relationes de hac calamitate.

c Ad Historiam Michaelis facit Casimiri Zawadzky *historia arcana, seu Annalium Polonicorum libri VII, Cosmopoli* 1699. 4. Sic etiam Andr. Chrysostomi Zalusky epistola-

præfectus IOANNES Sobieski, rex eligitur, qui Turcos *a* prœlio ad nouas pactiones, abolitis cum Michaele factis, CIↃ IↃ CLXXVI adegit, quibus regnum tributo liberatum, Kaminicum autem Turcis relictum est. Non diuturna quies fuit. Rex enim Vindebonæ obsessæ auxilium tulit, Turcici belli societate cum Cæsare facta, cuius initium, quam processus, auspicatius fuit, rege semel iterumque in Walachiam & Tartariæ fines progresso, vt spes recuperandi amissa esset, præsertim quum Kaminicum obsideretur. Sed pleraque successu caruerunt, quod vel internis discordiis, vel malo clandestino imputatur, quo id euenit, vt potens & inclutum regnum rapinis Tartarorum pateret, qui prædam abigebant, & Kaminicum, quoties vol-

rum Tomus primus historiam & Acta publica Michaelis I. & Iohannis III. comprehendit.

a *Theat. Eur. T.* II. *p.* 1064. Illico noua pacificatio, Tartaro principe sequestro, in castris sequuta, cuius primo articulo abolitæ pactiones Michaelis. *Ibidem.*

uere, commeatu aliisque necessariis confirmarent. *a* Ioanni regi CIƆ IƆ C XCVI mortuo, insequenti anno suffectus est FRIDERICVS AVGVSTVS (Polonis AVGVSTVS II dictus) Elector Saxoniæ, bellum cum Suedorum rege CAROLO XII, qui patri CIƆ IƆ C XCVII successit, de Liuonia gerens, quod Septembri mense CIƆ IƆ CCVII *b* finitum, ita vt Coronæ Polonicæ sponte renuntiaret Rex AVGVSTVS, quam paullo post recepit. *c*

In Moscouia Michaeli Fedrowiz successit CIƆ IƆ CXLV ALEXIVS filius, a patre, vt moris est, Michaelowiz, hoc est Michaelides, cognominatus, qui *d* Radzinium, regnorum Casan & Astra-

a Bellum Turcicum potissimum describitur in libro Gallico, cui titulus *Anecdotes de Pologne, où Memoires secrets de Iean Sobiesky III du Nom.*

b Pace Alt-Ranstedtensi. Integrum bellum scripsit Salomon Faber in vita Caroli XII.

c Quid circa obitum Iohannis, & post mortem ipsius vsque ad annum 1710. apud Polonos fuerit gestum, Zalusky exponit tomo secundo & tertio.

d De Stephano vel Stenko Radzinio vide *Theat.*

Astrakan inuasorem, oppressit; cum Suedorum rege, redditis in Liuonia subactis, *a* pacem CIↃ IↃ CLXVI; & *b* inducias tredecim annorum eodem anno cum Polonis fecit, vt Smolenskum & Seueriam retineret; Polonis quædam ad Dünam amnem concederet: de Kiouia reddenda conueniri non poterat. Hic Alexius ex priore coniuge duos filios, Iwanem mente ac corpore imbecillem, & Theodorum siue Fedorem, neque hunc satis valentem, cum filia Sophia: ex altera, vnicum Petrum genuerat. Mortuo patre CIↃ IↃ CLXXVI. *c* THEODORVS princeps constituitur, iniquus *d* iis,

P 6 qui

Eur. Tom. 10, *P.* 2. *p.* 517. *seqq.* Cœpit rebellio 1667. oppressa supplicio Radzinii 1671. Singularis de eo extat dissertatio C.S. Schurtzfleischii, V. C.

a *Th. Eur. Tom.* 10. *p.* 268.

b Eodem anno exeunte pactæ sunt induciæ; altero ineunte confirmatæ & publicatæ *Th. Eur.* *T.* 10. *p.* 529. & *Diar. Eur. Append. Contin.* 15.

c Qui & *Fedor* aliis dicitur, nam idem nomen. De morte & sepultura patris & filii inauguratione *T.* 11. *Th. Eur. p.* 1071.

d Erat Artemon maxime ob id proscriptus. Ea

qui Petrum anteferendum censuerant. Sed CIϽIϽCLXXXII vel fato, vel, vt suspicio erat, veneno sublatus, PETRO locum, sed cum magno malo & aulæ pæne exitio reliquit. *a* Satellites enim hoc nuntio accepto, in furorem acti trucidant, quotquot obuios nobiles habent, vel hac de caussa, vel alia quacunque ipsis suspectos, & vt IWAN imperio præficiatur, minis, ferro flagitant. Post infinitas cædes res ita fuit composita, vt pari potestate vterque fratrum imperent, qui cum Cæsare & Poloniæ rege adversus Turcos pacti, in Crimensem Tartariam aliquoties irrumpunt, *b* vincunt, sed *c* clade victoriam pensante. Quare

ipse Petrus procul ab aula quasi in exsilio vixit. *Bernh. Tannerus Legatione Polon. in Mosc. c. 23.*

a Strelizii dicti, milites prætoriani, quorum partibus & plebs accessit, indignata veneno Theodorum, vt suspicabatur, a Petri amicis sublatum esse. Hinc sæuitum in proceres, qui Petrum elegerant.

b *Relatio Francof. Autumn.* 1689.

c *Relat. Francof. Vern.* 1690.

Quare summus dux militiæ *a* proditionis accusatus, etiam coniurationis aduersus Petrum, in Siberiam relegatur, & Sophia principum sorore ad religiosam vitam abire iussa, Iwan imperium fratri concedit, ipse titulo contentus & otio, in quo etiam exstinctus fertur CIↃIↃCXCVI. Petrus, *b* solus regnans, Turcis munitissimam vrbem Asow, ad os Tanais sitam eripit: cum iisdem inducias facit, & itinere in Batauos confecto per Germaniam reuertitur; socius Poloni regis aduersus Suedos bello in Liuonia.

Duo bella, vtrumque cum Cæsare & sociis gestum, supersunt. Induciis cum Turco pactis, nouus motus ex Vngaria nuntiabatur. Franciscus *c* Nadasti, Petrus Serini & Franciscus

 Chri-

a *Relat. Francof. Vern.* 1690. *pag.* 74. Duci *Galyczin* nomen est.

b *Relation vom Moscovitischen Reich cap.* 2. Plenius hæc exponit vita Petri vernaculo sermone scripta.

c De his comitibus eorumque supplicio *Theat. Eur. Tom.* 10. *p.* 2. *pag.* 261. *seqq.* Menckenii *Vita Leopoldi p.* 115.

Christophorus Frangipani, perduellionis CIↃ IↃ CLXXI. damnati, supplicium capitis subibant. Qui quamuis catholici omnes essent, protestantibus tamen, *a* suspicione manante, sacrorum libertas erepta, sacerdotes & magistri scholarum in exilium eiecti, nonnulli etiam damnati ad triremes. Sic opprimendo seditionem longe grauior concitatur, *b* multis libertatem ferro tuendam censentibus. Horum dux Emericus Tœkeli, Turcorum clientela vsus, in caussa infelici fuit, vt Turci Vngariam incursarent, clientem suum gentis principem constituturi. Armis, conditionibus tentatum, vt tumultus componeretur. Turci bellum spectabant: Cæsarei vrgebant *c* inducias, in exitum nondum deductas, earumque prorogationem postulabant.

a Elector Saxoniæ epist. ad Cæsarem Pontificii cleri delationibus imputauit, *durch des Cleri ungleiche und übelgegründete Vorstellungen.* Tom. 12. Th. Eur. p. 656. ad ann. 1684.
b Quos *male contentos* vulgo appellant.
c CIↃ IↃ CLXV ad XX annos sancitas.

bant. Inter hæc belli & pacis incerta, Turci CIↃIↃCLXXXIII in Austriam subito excurrunt, & Viennam ab Iulio mense in *a* Septembrem oppugnant. Fortuna fuit Germaniæ, quod hostes ad vrbem tendentes, non impediuere, ne peditatus Cæsaris in altera ripa præveniret firmaretque præsidium. Pridie idus Septembris auxilio venerunt rex Poloniæ IOANNES & electores *b* Bauarus & *c* Saxo, quisque cum instructo exercitu, qui vna cum Cæsareo, quem Lotharingus ducebat, & misso a circulis imperii, cui princeps Waldeccensis præfectus erat, tam auspicato hostes adgrediuntur, vt illi, relictis castris & immenso apparatu, fuga se præcipiti auferrent: quos victores persequuti Polonus & Lotharingus, Bar-

a Liberata vrbs obsidione die 2 (st. n. 12. Septembris. Menckenii *Vita Leopoldi pag.* 272. Rinck *Leben Leopoldi p.* 836. *sqq.*

b Maximilianus Emanuel, Ferdinandi Mariæ filius, Maximiliani, primi ex hac gente electoris nepos.

c Ioannes Georgius III.

Barcanum, *a* Strigonium & Nouigradum expugnant. Hic finis illo anno expeditionis, & in hiberna exercitus deducti. Tam felicis auspicii feliciores progressus sunt & paucis annis Vngaria, Slauonia, eiectis Turcis, recuperantur. CIↃ IↃ CLXXXV Neuheuselium, sequenti anno Buda, *b* regia Vngarorum; & a biennio Alba Græca, vi expugnantur; Canisia, *c* Agria, Alba Regalis, deditione: &, quas Tœkelius tenuerat montanas vrbes, in fidem *d* recipiuntur, ipsiusque insuperabile castellum, Monkatsch, quod vxor insidebat, redactum in potestatem. Quoquo loco cum Turcis congressi Christiani sunt, ad Vaciam,

Ve-

a Vulgo *Gran* appellatum, vrbem archiepiscopalem.

b Buda prima vice CIↃ IↃ CLXXXIV obsessa. Sed cum varia deficerent, iterum relicta, amissis viginti militum millibus & vltra. Menckenii *vita Leopoldi p.* 314. Rinck *pag.* 874.

c Quæ vulgo *Erla* appellatur, fame compulsa ad deditionem 1687.

d Eperies, Caschouia &c. post obsidionem deduntur. *Th. Eur. Tom.* 12. *pag.* 833, 837.

Verobizam, *a* Strigonium, Essekum, Mohazium *b* Salankemen; superiores discesserunt, plerumque castris etiam hostium & apparatu bellico potiti. Certabant principes imperatori adesse, Saxo, *c* Brandenburgicus, Luneburgenses, subsidiis per duces missis: Bauarus ipse adducebat suos, cuius præclara opera in Albæ Græcæ expugnatione fuit: Carolus Lotharingus regiam Budam cepit: Ludouicus Badensis prœliis vicit, in Bosniam penetrauit. & Seruiam omnem ditionis

a Quam vrbem Turci oppugnabant obsidionis Neuheuselianæ tempore: aduentante Christiano exercitu soluunt obsidionem, & acie congressi vincuntur. *Ibidem p.* 823. *seqq.*

b In primis notabile est prœlium ad Salankemen, qui locus inter Peterwardinum & Albam Græcam est, propter ingentem stragem Turcorum, post acerrimam & diu dubitabilem conflictum, mense Augusto CIↃ IↃ CXCI.

c Brandenburgicorum virtutem in obsidione Budensi laudat Lotharingus epistola ad Electorem. *Ibidem p.* 1026. Et in prœlio ad Salankemen laudat eosdem Cæsari princeps Valdemontius (*Vaudemont*) a Badensi legatus. *Relat. Francof. Vern.* 1692.

nis Christianæ fecit. Transiluania quoque ex Turcica clientela ad Cæsarem reducta. Hanc victoriam nullo limite terminatam, inuidia stitit, quæ ductores, artifices, tormenta, barbaris submisit, vt Austriaca fortuna subflaminetur. Quo factum fuit CIƆ IƆ C X C, vt Pyrotum *Bulgariæ*, & Seruiæ Nissaeum Semendria, & quæ in austrum ad Macedoniam vsque præsidiis tenebantur, a Turcis reciperentur. Nec vero AlbamGræcam recepissent, forte quantumuis arcta obsidione pressam, nisi vel globo ex castris immisso, vel alio casu, aut scelere, turris, qua puluis pyrius adseruabatur, incensa, disiectis muris, viam aperuisset, qua hostes agminatim intrarent. Tum fortius, quæ proxima erant, Essekum & Pederwardinum emuniuntur, & fluuiali classe, inuento nouo, ripensis ora defensatur. Hostes, Alba potiti, & a Essekum oppugnabant, quos dux Croyus tum armis fortiter, tum, quod mirum est, clangore atque strepitu fu-

a CIƆ IƆ C X C mense Octobri & Nouembri.

fugauit, aduentantis exercitus specie simulata. *a* Is tertio post anno Albam Græcam recuperaturus ibat, & spem habebat potiundi: sed hostili exercitu accedente, cui par non erat, dissoluit obsidionem. Pensatum malum propugnaculis, quæ Transsiluaniam Vngariæ iungunt, deditione captis *b* Waradino magno, Gyula & Ienoa.

Antequam fortuna inclinaret, Vngaria successu læta IOSEPHVM, magni LEOPOLDI filium, suum *c* Regem dixit, vt sub patriis auspiciis imperio victoriisque adsuesceret. Turci è contrario tot cladibus attriti, Moham-

a CIƆIƆCXCII mense Septembri obsidio Albæ Græcæ soluta.

b Waradinum CIƆIƆCXCII deditione adquisitum: Ieona insequuto anno: Gyula CIƆIƆCXCIV.

c Mense Nouembri CIƆIƆCLXXXVII. cum ante in Comitiis Presburgensibus ius hæreditarium Austriacæ domui fuerit firmatum & priuilegium Andreæ Regis, vt liceret subditis Regi se opponere, abolitum. Londorp. *tom.* 13. *c.* 30. Leben Iosephi p. 153.

hammedem IV, imperatorem suum, quasi caussa infelicitatis sit, deturbant, SOLIMANVM in locum substituentes, qui in eo felicior fratre fuit, quod deiecturos ipsum, fatali morte CIϽ IϽ CXCIV praeuenit, cui Mohammedis, inter haec in custodia defuncti, filius MVSTAPHA successit. Germania, Vngariae exemplo excitata, vt securitati suae prospiceret, IOSEPHVM, Vngariae regem, etiam suum Romanorumque REGEM CIϽ IϽ CXC *a* Augustae Vindelicorum declarauit.

Intuta enim Galli fides erat, post Noviomagensem pacem Argentoratum *b* CIϽ IϽ CLXXXI opprimentis, quo patentiorem viam inuadendae Germaniae nactus, solam occasionem exspectabat, quae vt longius abesset, nec Turcicum bellum impediretur; XX annorum

a in-

a Electionis atque coronationis solennia describit Sigismundus Schmidt *im eröffneten Teutschen Audientz-Saal* & Cassander Thucelius. Zschackwitz *Leben Iosephi p.* 6. Rinck *p. I. p.* 231.

b *Th. Eur Tom.* 12. *p.* 274; Menckenii *Vita Leopoldi p.* 246. Rinck *p.* 804.

a induciæ CIↃIↃCLXXXIV cum Gallo pactæ, quas ille tertio post anno abrupit. Electorales successiones, Palatina & Coloniensis, in speciem adductæ, quasi ibi *b* fratris vxor, mortui Palatini soror, heic *c* Fürstenbergius, regi semper deuotus, iniuriam paterentur. Palatinus successor PHILIPPVS WILHELMVS, Neuburgicus nihil antehabuit huic liti componendæ. Quæ principum more, antecessoris sorori debebantur, *d* exsoluere paratus fuit: quæ

a Tabulæ armistitii vicennalis Ratisbonæ conclusi; continentur Recueil des Traittés de Paix *Tom.* 4. *p.* 490. De Gallorum sic dictis vnionibus & reunionibus Londorp *tom.* 13. *c.* 33.

b Philippi, ducis Aurelianensis, qui frater regis est, vxor Charlotta Elisabeta, Caroli Ludouici Filia, Friderici V neptis, Caroli, vltimi suæ familiæ, soror.

c Wilhelmus princeps Fürstenbergius, fratris Francisci cum in aliis dignitatibus, tum in episcopatu Argentoratensi successor, etiam cardinalis.

d Anno CIↃIↃCLXXXVII cum legato Gallico transactum est de pecuniæ summa pro supellectile, equis, frumentis, & quidquid iure Aureliana repetebat, soluenda: sed reiecit

quæ *a* inique Galli postulabant, ad forum imperii remisit, vt legibus diiudicentur. Sed vim & arma Galli, quam leges experiri malunt. Neque solum Palatinatum CIↃ IↃ C LXXXVIII inuadunt, vastant, euertunt; sed Philippiburgum quoque expugnant, Moguntiam captant, eamque reddunt munitiorem; Spiram, Wormatiam solo æquant, in templa & sepulcra impii, in agros & vineta sæui, succisis & eradicatis, quæ fructum posteritati ferant. Wirtenbergios quoque & Badenses, aliosque accolas pari hostilitate vexant; plus damni adlaturi, nisi Cæsaris exercitus Lotharingo, & ab huius morte Ludouico Badensi duce, cum Saxonico, Hasso Cassellano, & aliorum, cohibuissent, a quibus *b* Moguntia expugnata, Francofurtum ser-

pactum rex Galliæ, *Relat. Francof. Vern.* 1689. Londorp *acta publ. tom.* 13. *c.* 22. *Vid. Acta compromissi Francofurtensis.*

a Certas regiones & oppida, ac omnium a pace Germaniæ tributorum, multarumque reliqua, *ibidem. Th. Eur.* 12. *p.* 785.

b Post septem hebdomadum obsidionem 1689.

seruatum, Reinfelsa ab obsidione liberata.

Coloniensis elector, MAXIMILIANVS HENRICVS, Bauarica gente ortus, mortem obierat CIↃ IↃ CLXXXVIII, quum paulo ante Wilhelmum Fürstenbergium coadiutorem adsumsisset, quo possessionem occupante, *a* diuisis suffragiis canonicorum; Pontifex & Cæsar IOSEPHVM CLEMENTEM Bauaricum, Bauariæ electoris fratrem, prætulerunt, ætate illius pontificio diplomate suppleta. Rex Galliæ Fürstenbergium tuebatur, Bonna, *b* Cæsaris Insula aliisque vrbibus præ-

a Tredecim canonici Fürstenbergium, sed suspecti tanquam Gallicis rebus studentes: nouem Clementem poscebant, quorum paucitatem pontificia auctoritas suppleuit. De Clemente enim ante iam Ratisbonensi & Frisingensi episcopo Papa dispensauerat, eum tanquam eligendum considerandum iudicans. Caussa Bauariæ Principis defenditur singulari libello, cui titulus: *Innocentius III. Papa Romanus Cardinali Fürstenbergio propter Archiepiscopatum Coloniensem valde aduersus, Coloniæ* 1688. 4. Londorp *tom.* 13. *c.* 47.

b Vulgo *Kaysers VVerth.*

præſidio firmatis: quæ acri obſidione CIƆ IƆ CLXXXIX recuperandæ erant. In quo bello FRIDERICI III, Brandenburgici electoris, qui magno parenti ſucceſſerat, prudentia & virtus eluxit, quam non minus in Brabandia, Italia ſubalpina & in Vngaria per copias ſuas & præclaros duces oſtendit. Fœdus enim contra communes hoſtes cum Cæſare, Hiſpano rege & electore Bauaro, eodemque Belgii gubernatore; Sabaudo principe & fœderatis Belgis percuſſit, ſingulis auxiliares copias mittit, quarum ea fortitudo eſt, vt nulla hoc bello victoria relata, nullum captum munimentum ſit, cuius gloriæ ſocietatem non cum primis ſibi Brandenburgici vindicare poſſint, vt vel teſtes Namurcum & Caſale ſunt, ſed in huius obſidione glorioſus Elector fratrem CAROLVM PHILIPPVM, S. Ioannis equitum in Marchia & Pomerania magiſtrum amiſit, non autem ab hoſte victum, ſed morbo ſuperatum, quum hoſtem iam vicisſet & ad deditionem compuliſſet.
Vt

Vt summam belli nouissime gesti faciamus, de Vngaricis & Hispanicis rebus ante dictum: præter *a* Bruxellarum vastationem a Villeroyo, Gallici exercitus præfecto, inter Namurcensem obsidionem, immissis globis ignitis factam: contra idem malum Britanna & Hollandica classes Gallicanis vrbibus intulerunt. Diepæ, *b* Portui gratiæ, Caleto, Magnæuillæ & Maclouio. Sabaudo rex Galliæ *c* Montem Melianum ad Isaram, Nicæam & Villam Francam ad mare, Susam in Alpibus eripuit: Carmagnolam reddere coactus fuit. Sabaudus Gallorum iniurias vlturus, in Delphinatum CIƆ IƆ C X C I I irrupit, Barcellonetam & *d* Ebrodunum cepit, Vapincum exussit, Brigantium & Gratianopolim conterruit: sed morbus victorem, ne pergeret felici cursu, re-

Q uo-

a Mense Augusto CIƆ IƆ C X C V.

b Haure de Grace, Calais, Granuille & S. Malo.

c Montmelian, difficili & operosa obsidione mense Decembri CIƆ IƆ C X C I captum.

d Ebrodunum, *Embrun*, Vapincum, *Gap*: Bragantium, *Briancon*: Gratianopolis *Grenoble*.

uocauit. Cetera in pace, quæ sequuta est, explicaturi sumus.

Tandem enim ex vtroque bello pax conuenit, Gallico primum, deinde etiam ex Turcico.

Ryswik, vicus ad Hagam Batauorum, vtrique parti placuit, vt sedes consultationum esset de pace ineunda. Medius inter partes CAROLVS XI rex Suedorum fuit, cuius legati, etiam mortuo rege, id negotium perfecerunt. Septembri mense CIↃIↃCXCVII consensione partium pax *a* reddita Europæ his est conditionibus: vt Brisacum & Friburgum, & alia Brisgoiæ, Austriacæ domui, cuius fuerant, restituerentur: Argentoratum vero, præter *b* Cisrhenanam munitionem, maneret regis Galliæ; & Philippiburgo Germanis reddito, ac diruto *c* Monte Regio ad Mosellam, *d* Castellum Ludouici in Rheno seruaretur, & Lo-

a Vid. *Actes & Memoires de la paix de Ryswick.*
b Huic munimento nomen est *Kebl.*
c Id est *Mont Royal*, e regione Trarbachi.
d Id est *Fort Louis*, vt vulgo appellatur.

Lotharingia ad principem suum rediret; Hispanus rex omnia reciperet supremo bello adempta: Wilhelmus Britanniæ, etiam a Gallis, qui negauerant antea, rex iustus censeretur, præclusa Iacobo spe restitutionis. Antequam hæc decernerentur, princeps Allobrogum & *Italiæ* Alpinæ, inuitis sociis, cum Gallorum rege transegit solus, optima inductus conditione, vt receptis omnibus, quæ ablata erant, eius filia Burgundiæ duci, in spem regni genito, regis nepoti nuberet.

Propere finis & alteri bello, cum Turcis gesto est adlatus. Dum enim in Batauis cum Gallorum rege de pace agitur, nouis *a* cladibus terra marique Turci adficiuntur, in Vngaria ad Tibiscum duce Eugenio, *b* Allobroge, fusi & castris exuti: & a Venetorum classe gemino proelio ad Tenedon & Andron superati. Quæ caussa

 fuit,

a Anno CIↃ IↃ CXCVII mense Septembri tam ad Tibiscum, quam ad Andrum: & paullo ante ad Tenedum profligati.

b Vid. vita Eugenii.

fuit, vt pacem a Christianis datam, præter quam soliti erant, acceptarent. Cesserunt enim omnibus, quæ inuictus imperator LEOPOLDVS recuperauerat, hoc est, Vngariæ, quam vsurpauerant, parte, & omni Sclauonia ac Transiluania: Croatiæ vero pars Turcis relinquebatur, & Venetis Peloponesum ac Dalmatiam; Polonis Caminicum reddiderunt: missique ab vtraque parte, qui limites vbique definirent firmarentque.

Finis sæculi appropinquabat, quum in comitiis imperii de fastis corrigendis deliberatum est, & principum consensu ex anno CIƆIƆCC vndecim dies eiecti, vt tempora ad solis cursum reducerentur. Idem annus, sacer Catholicis, fatalis fuit pontifici maximo INNOCENTIO XII, decedenti *a* vita, antequam iubilæum, quod vocant, ab ipsomet publicatum, finiretur: & Hispaniæ regi, CAROLO II, sine prole calendis Nouembribus ex-

a V. calend. Octobris decessit Innocentius XII. & IX cal. Decemb, Clemens XI eligitur.

exstincto. Ante, mensibus aliquot, quam ille exspiraret, rex Galliæ cum Britanno & Batauis, diuisionem *a* Hispanicarum possessionum moliebatur, quæ ceteris displicebat, præsertim viuente Hispanorum rege, neque spe omni salutis destituto. Quo quum minus proficeretur, alia via adgressi Galli sunt administro Portocarero cardinale, simul atque rex viuere desierat, testamentum proferentes, quo PHILIPPVS, dux Andegauensis, nepos regis Galliæ, ex asse heres scriptus fuit; quod plerique negant esse legitimum. Augustus ergo imperator LEOPOLDVS, armis se ab iniuria vindicaturus, bellum aduersus Gallos magis, quam Hispanos coepit. Adgnationis vinculum, renunciatio

a Conclusi Tractatus Londini III Martii CIↃ IↃ C C. Iisdem Hispania vna cum America & Belgii prouinciis, Carolo, Austriæ archiduci: vtriusque Siciliæ regnum, vna cum Italiæ portubus, Galliæ Delphino. Mediolanensis Ducatus Lotharingiæ Duci, cesso tamen Gallis Ducatu auito, adsignabatur. Nec Cæsar, nec Hispanus tractatus adprobabat.

Annæ atque Mariæ Tereſiæ, fidei-commiſſum perpetuum ipſi ius dabant cernendæ hæreditatis. Neque tamen Gallis deerant, quibus renuntiationes iſtas inualidas reddere conabantur, iura ſua firmare. a

De barbaris regnis, quod pleraque incerta ſunt, tacere præſtat, quam dubia proferre. Propiores Europæ ſunt Africæ vrbes, piratica infames, Alger, Tu-

a A Gallorum partibus militat Georgius Abuſſon in libro, cui titulus: *la defenſe du droit de Marie Thereſe d' Autriche, Reine de France à la ſucceſſion de couronnes d' Eſpagne*, qui primum prodiit *Pariſiis* 1674. 8. recuſus 1699. 8. & Vlricus Obrechtus in *excerptis Hiſtoricis & Iuridicis de natura ſucceſſionis Hiſpanicæ in Monarchiam Hiſpaniæ.* A partibus Auſtriacis habemus *Ius Auſtriacum in Monarchiam Hiſpanicam aſſertum, Viennæ* 1702. 8. *La Defenſe du droit de la Maiſon d' Autriche a la ſucceſſion d' Eſpagne, a Cologne* 1703. 12. & Io. Aluares da Coſta *Aquila Auguſta, triſulco obarmata fulmine, ſeu Carolus Tertius, Auſtriacus, Rex Hiſpaniarum aſſertus.* Venerandus etiam noſter collega, Io. Franciſcus Buddeus diſſertatione *de teſtamentis ſummorum Imperantium, ſpeciatim Caroli II. Hiſpaniarum Regis* eadem iura defendit.

Tunis, Tripolis, quæ, vt ingenium barbarorum est, nunc hostes, nunc amici earum gentium sunt, a quibus vel lucrum prædando sperant, vel damnum & belli offensam metuunt. Europæi tamen, præsertim *a* Galli, nauali obsidione & igne ex machinis excusso ostenderunt, esse etiam, quod barbariem domet, & ad paciscendum vel duris conditionibus compellat. Maroccensis rex a *b* Tafiletta vexatus, cum *c* filio eius pepigit, & regionem, quam incolat, dedit: obsidione autem maritimarum vrbium, vt *d* Tingis, nunc Tanger, ad fretum Herculeum, antequam Angli desererent; & Hispanicarum, Orani, Melillæ, Ceutæ,

Q 4 quæ

a Vide Africam de la Croix *Tom. 2. pag. 133.* A. 1682. de Alger: & *pag. 263.* A. 1685. de Tripoli idem fatum subiit Alger 1688.

b huius historia ad annum 1669 & 1670. referenda, exstat *Tom. 10. Parte 2. Theat. E. p. 147.* & 388.

c *Tom. 12. Th. Eur. p. 616* & 1683. dicitur *Muley Ismael*, rex Maroccenus & Fezzanus, Tafilettæ iuniori concessisse prouincias Zuz & Cyzulam.

d Vulgo *Tanger* ad fretum Herculeum.

quæ Septa est; parum adhuc profecit: solum Lixum veterem in oceani ora, nunc Larache dictum, CIƆ IƆ CLXXXIX *a* expugnauit, & Oranum durius obsessum.

Tandem etiam illustres familias hoc sæculo exstinctas memoramus. Ducum CLIVENSIVM stirps mascula in Ioanne *Wilhelmo* CIƆ IƆ CIX defecit, cuius auus Ioannes Cliuensis etiam Iuliacensem & Bergensem ducatum connubio adquisiuerat. De heredibus eorumque controuersia, quod *b* supra satis dictum est, nihil repetemus. GLEICHENSES comites in Ioanne Ludouico CIƆ IƆ CXXXI desierunt, cuius possessiones *c* Thuringicæ a Saxonibus hodie, Hohenloicis & Hazfeldiis tenentur: *d* Pyrmontanæ a Waldeccensibus. SCHAVMBVRGICA domus CIƆ IƆ CXL in Ottone finem accepit, succedente maiori parte Landgrauio

a *Relat. Francof. Vern.* 1690.
b Sub initium historiæ huius sæculi.
c Vide *Geograph. nostram Nob. p.* 225.
d Vid. Imhof. *Not. Proc. lib.* 6 *c.* 19. *n.* 3.

uio Haſſo Caſſellano *a* Comitatus BARBY defecit CIↃ IↃCLIX in Auguſto Ludouico, comitum huius gentis vltimo: delatusque ad Auguſtum Saxonem, Magdeburgici archiepiſcopatus adminiſtratorem. In SILESIA vltimus Georgius Wilhelmus, Brigenſis, CIↃ IↃ CLXXV exſpirauit, *b* principatibus ad regnum Bohemiæ, in cuius clientela erant, reuolutis. OLDENBURGICAM ſeparatam gentem, hoc eſt, a Danis & Holſatis diſtinctam, terminauit CIↃ IↃ CLXVII Antonius Güntherus. Succeſſio inter regem Daniæ & Gottorpienſem ac Plœnenſem Holſatos agitata, maiori ex parte ad regem Daniæ peruenit, qui cum Plœnenſi pepigit & portiones permutauit: reliquum Anhaltinus Ioannes, ex ſorore natus, ſibi vindicauit, ſupremis tabulis auunculi Ieueræ poſſeſſor ſcriptus. *c* SAXO-LAUENBURGENSIS domus in Iulio

a Partem etiam Brunſuicenſis domus: partem Lippiæ Comes accepit. *Luca Gmſen-Saal p.* 551.

b Frid. Lucæ *Schleſ. Chronic. p.* 1527.

c Speneri *hiſt. inſign. lib.* 3. *c.* 12. §. 36.

Francisco, Iulii Henrici filio, CIƆ IƆ CLXXXIX finem habuit. De hereditate plures litigant. Electori Saxoniæ primum prouincia sacramentum dixit: Luneburgenses armis occupauerunt, qui quum Razenburgum munitius efficerent, rex Daniæ CIƆ IƆ CXCIII obsidione prohibebat, qui motus, eodem anno, interuentu principum sedatus est: *Saxones Ernestinæ lineæ* pacta antiqua; Anhaltini propinquiorem sanguinem prætendunt. *a* Defuncto CIƆ IƆ CXCIX Alberto Saxoniæ Duce Coburgensis lineæ, sine liberis, inter adgnatos de successione lis suborta, quæ nec dum sopita, Meinungensi potissimum atque Salfeldensi Duce de ipsa Ducatus possessione inter se contendentibus. *b*

Eccle-

a Singulorum qui in terras Lauenburgenses prætendunt iura ac fundamenta exhibet Levin v. Ambeer, siue potius Immanuel Weber *im Sachsen-Lauenburgischen Streitigen Landesanfall, Hamburg* 1690. 4. Diuersis scriptis iura sua defendere conati fuerunt Anhaltini, inter quæ præcipuum *Iustitia causæ Anhaltinæ.*

b Zschackwitz Leben Iosephi p. 511.

Ecclesiæ statum *a* ex parte diximus: reliquum summatim attingemus. Nostra memoria, Molino auctore, noua secta in Italia orta, quæ, quod quietem animi adfectat, abducti ab externis rebus, & sanctis contemplationibus contenti, *Quietistarum b* nomen habet, in quos graviter animaduertunt, qui suam religionem, quæ fere in cæremoniis est, hoc abdito cultu interire metuunt. Turbatior status in Gallia, rege protestantes cogente, vt pontificiis se sacris addicant. Templis, scholis euersis, immissi milites, qui vexarent tamdiu homines, dum ad missæ sacrum vel inuiti se conferrent. *c* Quibus elabendi copia erat, in Angliam, Batauiam, Germaniam euase-

Q 6 runt,

a Huc faciunt, quæ de Arminii, Iansenii, Puritanorum & aliorum dissidiis supra iamdum memorauimus.

b De his atque aliis videri potest Vita Molinos separatim edita & præcipue Gotfriedi Arnoldi *Kirchen- und Ketzer-Historie.*

c Videri possunt *Ottenis Pineton de Chambrun Larmes.*

runt, religionis libertatem maioris facientes, quam incommoda exilii. Quod principum rerumque publicarum bonitate ita mitigatur, vt tanquam in patria viuant, & libertate in sacris æque rebus, ac ciuilibus vtantur. In quo singularis laus est Electoris Brandenburgici, FRIDERICI III & Hassorum Landgrauii, CAROLI Cassellani, qui hos Gallos exsules & eiusdem sortis Palatinos in oppida receperunt, & beneficiis ornatos fouent ac tuentur. Idem fatum, aut durius forte Alpinæ gentis (Waldenses vocant) eodem tempore & paullo ante fuit, quos Sabaudiæ princeps CAROLVS EMANVEL, Victoris Amadei filius, CIↃ IↃCLV a horrendis malis & suppliciis adfecit. Aliorum rogatu reddita quies, sed sæpe rursum conturbata, etiam a filio VICTORE AMADEO, qui ferro & fame illos adflixit, vt vel dederent se se, vel emigrarent ex patria. Quos vero

a Quæ Samuel Morland scripsit Anglice: excerpsit Latine Georg. Hornius *Hist. eccles. sub fin.*

vero oppressurus erat, eorum post ipse opera aduersus Gallos vtebatur: pace facta rursus aut mutare sacra, aut migrare adigebat. Idem malum experti fuerunt incolæ vallis Teffereccensis, Salisburgensis Archiepiscopatus, euangelicæ religioni addicti, quam occulte primum exercuerunt, detecti tamen, atque exinde fuerunt fugati, frustra licet pro iis intercedentibus Statibus Euangelicæ Religionis. *a* Tacemus qui a veritate religionis recesserunt Anabaptistas, Socinianos, fratres roseæ Crucis, Weigelianos, Iacobi Böhmii & Io. de Labadie adseclas. *b*

Protestantium dissidiis componendis non defuerunt quoque, qui operam nauarent. Ratisbonense colloquium anni CIↃ IↃ CI Lutheranos inter & Pontificios institutum primum erat, sed prout reliqua, frustraneum. Idem

a Londorp *tom.* 13. *c.* 4. 39.

b Facit ad noscendos hosce seculi XVII sectarios Io. Wolfg. Iägeri *Historia Ecclesiastica.*

c Institutum auctoritate Maximiliani Bauari & Philippi Ludouici Bauari. *Aegid. Hunnii Relatio de Colloquio Ratisbonensi.*

euentus Colloquii Neuburgensis *a* CIↃ IↃ C X V. Post Palatini theologi pacificis libellis concordiam suaserunt, quos anno CIↃ IↃ C X X X I. in Lipsiensi conuentu Brandenburgici & Hassi sequuti sunt, de eadem caussa cum Saxonicis conferentes. Tentata tamen in Borussicis terris fuit vnio. Thorunense colloquium CIↃ IↃ C X L V regis Vladislai auspiciis institutum, in quo pontificiorum quoque partes erant, abruptum ante fuit, quam in arcem caussæ veniretur. *b* Erneſtus, Hassiæ Landgrauius, ne sine caussa ad pontificios transiisse videretur, Rheinfelsæ *c* CIↃ IↃ C L I inter Giessenses Theologos & Valerianum Magnum atque pontificiorum alios colloquium instituit: paullo post ipse pontificius. Wilhelmus VI, Hassorum princeps, Cassellis

CIↃ

a Huius auctor est Wolfgangus Guilielmus. Institutum autem inter Iacobum Heilbrunnerum & Iacobum Kellerum.

b G. Calixtus *de Colloquio Thoruniensi*, & Io. Hülsemanni *relation vom Colloquio zu Thoren.*

c Vid. *Acta G. Calixti & Ernesti Landgrauii coniunctim edita.*

CIƆ IƆ CLXI vtriusque academiæ, Marpurgensis & Rintelensis theologos commisit, qui concordiam inierunt, non obstante aliarum quæstionum dissensione. *a* Quod pacis studium diversis iudiciis, vt solet, exceptum fuit, quemadmodum antea in simili tolerantiæ caussa ab vtriusque Saxoniæ theologis certatum acriter fuerat. Deus faxit, vt vetera, noua certamina & puritate doctrinæ, & vitæ sanctimonia componantur, ac diuina gloria & humani generis salus vbique amplificetur.

Iudæi hoc æuo, vt sæpe antea, delusi ab impostore sunt. Fama CIƆ IƆ CLXVI increbuerat, Messiam Iudæorum venisse, cui nomen Sabatai Seui sit, & prophetæ, quo vtatur, Nathan Leui. Incredibile, quanta gentis lætitia, quantus in Asia concursus fuerit. Is qui *b* Messiam

a Extat Colloquii Cassellani relatio breuis, cum obseruationibus Maresii.

b *Tom. 3. d'Histoire des trois derniers Empereurs des Turcs par Ricaut, a pag.* 169. Io. a Lent Schediasma Historico-Philologicum *de Iudaeorum Pseudo-Messiis.*

Meſſiam ſe gerebat, terram ſanctam repoſcere non dubitauit. Abydum quum veniſſet, detentus in cuſtodia, tumultus forſan reprimendi cauſſa. Ibi æmulum invenit Nehemiam Polonum, qui Meſſias, Ephraimi filius videri cupiebat, ſi Sabatai alter atque maior, ſeu Dauidis filius eſſet. Qui quum nollet ſocium ferre, Nehemias Adrianopolim profectus, illum ſeditionis reum fecit, qui eodem portatus ad cauſſam dicendam, vt ſupplicium, quod metuebat, effugeret, Mohammedis religionem profeſſus eſt, eluſis Iudæis & in ſpe falſa deſtitutis.

Habuit quoque litteraria reſpublica, quorum ingeniis lætaretur. Vt ſupra cœptum, illos ſolos nominamus, qui eas litteras excoluerunt, quæ cunctis diſciplinis præſidio ſunt & ſingulari ornamento. Lipſium, Caſaubonum ex ſuperiori æuo ſuperantes, antea laudauimus. Sic vtriusque temporis Ioſephus Scaliger fuit, & Ianus Douſa, & alii: proprium decus ſæculi, aut diuturnius in Belgis erant Andr.

Schot-

Schottus, Ianus Rutgersius, Ianus Gruterus, Iustus Ryckius, Ioannes Meursius, Hugo Grotius, Petrus Cunæus, Dominicus Baudius, M. Zuerius Boxhornius, Vbbo Emmius, Daniel Heinsius, Ger. Io. Vossius, Iac. Ouzelius, & quos nostra ætas vidit, Nicolaus Heinsius, Isaacus Vossius, Guil. Goesius, Theod. Ryckius, & quorum præterea doctrinæ laus & memoria consecrata est. Nec minor fertilitas Galliæ, quam Nicolai Rigaltii, Rolandi Maresii, Gabrielis Naudæi, Io. Bapt. Cottelerii, Dauidis Blondelli, Dionysii Petauii, Iacobi Sirmondi, Samuelis Petiti, Claudii Salmasii, Iacobi Palmerii, Iacobi Gothofredi, Tanaquilli Fabri, Samuelis Bocharti, Valesiorum fratrum Hadriani & Henrici, Aegidii Menagii, Iacobi Sponii, Petri Dan. Huetii, alia clarissima nomina, aut lumina potius illustrant. Quibus apud Italos Laurentium Pignorium, Octauiumque Ferrarium, Nicium Erythræum, Guidonem Pancirollum, Famianum Stradam, Raphaelem Fabrettum, Io. Pe-

Petrum Bellorium; in Anglia Guil. Camdenum & Io. Pricæum; in Hibernia Iacobum Vſſerium adnumeramus. Et Germania habet, quos aliis nationibus oſtendat, Geuerh. Elmenhorſtium, Marcum Velſerum, Dauidem Hœſchelium, Frid. Lindenbrogium, Caſp. Barthium, Hermannum Conringium, Auguſtum Buchnerum, Thomam Reineſium, Lucam Holſtenium, Io. Fridericum Gronouium, Petrum Lambecium, Ioannem Vorſtium, Io. Andr. Boſium, Marquardum Gudium, Georgium Caſparum Kirchmayerum, Henricum Meibomium, Ioachimum Fellerum, Dan. Georgium Morhofium, & Argentorati ornamenta Matthiam Berneggerum, Ioannem Freinshemium, Io. Henr. Bœclerum, Ioannem Schefferum, hunc autem ſeptentrioni a felici patria donatum. Dania Olao Borrichio gloriari poteſt. Orientales quoque litteræ, quantum nunquam antea, hoc ſæculo caput extulerunt ingenio & induſtria Thomæ Erpenii, Ioannis Druſii, Io-

annis

annis Morini, Ludouici de Dieu, Briani Waltoni, Edmundi Castelli, Ioannis Buxtorfii vtriusque, patris, filii; Io. Henrici Hottingeri, Ioannis Lightfooti, Iacobi Golii, Eduardi Pocockii, Theodori Hackspani, Io. Frischmuthi, aliorumque, qui sacris studiis sollertia sua eximium adiumentum attulerunt. Sed delibasse hæc de litterarum historia sufficiat, ne vltra modulum breuitatis nostræ narratio excedat. Superesse autem honorem litteris & curam liberalium disciplinarum, vel principum studium & Rerum publicarum demonstrat, quo noua litterarum domicilia condiderunt, etiam vetera, iniuriam temporum passa, nitidissime repararunt, & maioribus locupletauerunt beneficiis. Anno CIↃIↃCVII Giessensis academia ex Marpurgensi deriuata est occasione ea, quam supra exposuimus. Quartus decimus annus sæculi erat, quum Groningensem ordines illius prouinciæ statuminarent: & annus XXI, quum princeps & comes Schaumburgicus Ernestus, Rintelensem

ſem ad Viſurgis ripam collocaret, quæ nunc in poteſtate principis Haſſi Caſſellani eſt. Anno XXVI reducta Gieſſenſis Marpurgum, vrbe & regione a Darmſtadino occupata: qui Marpurgi adhuc docuerant, Caſſellum ſe recipientibus. Dorpatenſis Liuoniæ a Guſtauo Adolpho Sueciæ rege CIƆ IƆC XXXII: *Vltraiectina* CIƆ IƆC XXXVI a prouinciæ ordinibus conſecrata: & Hardeuicenſis Geldriæ CIƆ IƆC XLVII. Medium ſæculum erat, quum Marpurgo Caſſellanis reſtituto, *a* Gieſſenſis academia, quæ ſupra XX annos Marpurgi fuerat, in locum ſuum CIƆ IƆC L reduceretur: & poſt biennium *b* Heidelbergenſis, tumultu belli concuſſa; & altero anno hoc eſt CIƆ IƆC LIII, *c* Marpurgenſis, quaſi noua Wilhelmi Landgrauii auſpiciis conderetur. Sereniſſima domus Brandenburgica, vt nullius gloriæ, ita nec litterariæ exſors fuit, Friderico Wilhelmo, glorioſo prin-

a Theatr. Eur. T. 6. p. 1194.
b Theatr. Eur. T. 7. p. 311.
c Ibidem pag. 460.

principe in Cliuensi prouincia Duisburgensem academiam CIↃIↃCLV dedicante. Kiloniensis Holsatiæ CIↃIↃCLII Friderico Duci a Ferdinando III concessa, bello interueniente, CIↃIↃCLXV a filio Christiano Alberto inaugurata est. Tertio post anno rex Suediæ Carolus, Lundini Scaniæ litterarum domicilium consecrauit. Coronis Academiarum, & suprema forsan exeuntis sæculi, est nostra Halensis, siue Fridericiana, olim quidem ab Alberto Magdeburgensi præsule meditata, sed nuper tandem a sapientissimo principe FRIDERICO III, Electore Brandenburgico constituta, & CIↃIↃCXCIV cal. Iul. tanto splendore dedicata, quantus nulli ante academiæ contigerat. Cui, quod vnicum filium FRIDERICVM WILHELMVM, magnificentissimum RECTOREM præposuit, grande documentum dedit, quanti bonas litteras æstimaret.

Sic felix DOMVS BRANDENBVRGICA vergente sæculo fuit: felicior futura ineunte nouo.

HISTO-

HISTORIA SAECVLI XVIII CHRISTIANORVM.

NOuas mutationes nouum seculum parabat. Vix ortum illud erat, cum potentissimus Princeps Elector, FRIDERICVS faustis auspiciis Rex BORVSSIAE [a] crearetur, & apicem honoris ac felicitatis in augustam suam domum inferret. Nec finis crescentis potentiæ: mortuo enim Guilielmo III, Anglorum Rege, iure Arausionensis Principatus & nuper demum Ducatu Neuburgensi augebatur domus Augusta, noua quoque exeunte anno CIↃ IↃ CCVII natiuitate principis Arausionensis FRIDERICI LVDOVICI [b] cepit incrementa, qui tamen anno insequenti iterum extinctus.

Hi-

[a] Coronatio omni solennitatum adparatu peracta Regiomonti XVIII Ianuarii CIↃ IↃ CC. Vid. Cellarii Panegyricus, Friderico, Borussorum Regi dictus, & Acta coronationis separatim edita.

[b] Natus XX Nouembr.

Hispaniæ Rex, Carolus II cum seculo vitam amittebat. Galli regno inhiabant & prouinciis, Testamentum vltimi Regis obtentui habentes. PHILIPPVS Andegauensis, magno cum comitatu ad Hispanos profectus, ab iisdem XVII Februarii die CIϽIϽCCI splendide fuit exceptus, cum paullo ante Hispanicæ prouinciæ a Gallico milite nutu Bauariæ Electoris & reliquorum Proregum fuissent occupatæ. Neque tamen iure suo cedebat domus Austriaca. Hoc enim fœderibus firmato, CAROLVS III CIϽIϽCCIII Viennæ Rex Hispaniæ *a* enunciatur, transferente in illum iura sua Leopoldo atque Iosepho. Hic etiam per Belgium Angliamque Martio mense, in portum Vlyssiponensem felix aduentans, fundamenta iecit vindicandi regnum auitum.

Ineun-

a Factum XII Septembris præuia solenni oratione Leopoldi. Omnia iuramento fuerunt confirmata. Actum solennem vide in Antonii Fabri Staats-Cantzelley *Tomo* VIII. *cap.* VIII.

Ineunte vere anni CIↃ IↃ CCII e vita excessit GVILIELMVS III, *a* magnæ Britanniæ Rex. Succedebat statim ex legibus Parlamenti ANNA, *b* hodierna Regina. Hæc & ob communem caussam, quam totis viribus defendit, & ob vnionem *c* Angliæ Scotiæque per

a XIX. Martii.

b Maria enim defuncta, successio ita definiebatur, vt Anna succederet Mariæ sorori, huiusque marito Guilielmo sine liberis extinctis. His vero non existentibus, Sophia, Ernesti Augusti, Hanouerani Electoris vidua, & qui ab ea descendunt. Propiores quidem erant Sabaudica domus & Aurelianensis, verum ob religionem Catholicam excludebantur. Mortuo igitur Guilielmo, Anna statim succedebat, insequenti etiam die XX Martii apud Scotos proclamata & XXVIII Martii Dublini apud Hibernos. Licet orta seditione non deessent, qui Walliæ Principem vellent proclamari, quæ paullo post sedata. Successionis rationem vide infra in tabulis genealogicis.

c Vnio hæc per Commissarios vtriusque regni 22 Iulii (2 Augusti) CIↃ IↃ CCVI fuit conclusa, post longas altercationes ab vtroque Parlamento adprobata. Licet non deessent, qui ante contradicerent. Inter hos Hamiltonius atque Fletcherius Baro erant præcipui, vt res pene tu-

per seculum frustra tentatam, post longas altercationes faustis auspiciis consummatam, Princeps felicissima.

Fatalis annus CIƆ IƆ CCV & Austriacæ domui & Imperio vniuerso, immo toti orbi Christiano, dum potentissimus princeps, Imperator LEOPOLDVS, *a* postquam e Germania eiectos vidisset Gallos, hostes atrocissimos, vita excessisset. Dignus tanto parente filius, IOSEPHVS, ante iam Romanorum Rex, statim imperii habenas suscepit, qui sub initium Donawertham atque Landauium pristino statui Imperii restituit. *b*

In Portugallia PETRO Regi CIƆ IƆ CCVI succedebat filius natu maior, IOANNES V Imperatoris partes, prout pater, in bello Hispanico secu-

R tus.

multum esset. Maxime, cum Scotiæ clerus populo persuadere conaretur, Scotiæ ecclesiam magno versari in periculo.

a Mortuus V Maii CIƆ IƆ CCV. Vitam ipsius & res gestas nuper demum scripsit Ioannes Burcardus Menckenius, & post hunc maiori adhuc adparatu Eucharius Gottlieb Rinckius.

b Rinck *Leben Iosephi* p. II. p. 30.

tus. Suecia nouum Regem habet CAROLVM XII. Dania FRIDERICVM IV. Nouum igitur seculum nouam rerum faciem induxit. Sola Gallia videbatur excepta, quæ Rege suo LVDOVICO XIV adhuc gaudet, neque tamen ob insignes, quas accepit, clades, omnis mutationis expers fuit. Polonia turbis misere vexata, nouum regem accepit STANISLAVM, de quo nunc dicendi occasio.

Ad finem properabat seculum decimum septimum, cum Daniæ Rex FRIDERICVS Holsatiæ Ducem bello adoriretur, Suecorum tamen, Anglorum, Belgarum & Lüneburgensium interuentu, res omnis Trauenthalensi pactione fuit composita, vt supra diximus. Eodem anno CIↃIↃCC Februario mense, milites Saxonici ex Polonia Rigam *a* vrbem ex improuiso adgrediebantur, quibusdam etiam extra vrbem extructis *b* munimentis occupatis, ipsam

a Fabri vita Caroli XII *lib.* I. *c.* 3.

b *Cobronschantz* primo insultu capta *Dünamunda* XXV Martii.

ipsam tamen vrbem adparatu necessario destituti, pacta pecunia, derelinquere cogebantur. Socius accedebat Augusto Petrus Moschus, qui, postquam Kal. Septembris bellum contra Suecos declarasset, Naruam eodem mense magna copiarum turba obsidebat. Verum, inuictissimus Suecorum heros, Carolus XII diuinis potius auxiliis, quam copiarum multitudine firmatus, Moschos *a* adgressus, insignem de iisdem reportauit victoriam. Insequenti anno Dunam amnem transibat *b* Rex Suecorum, frustra impediente milite Saxonico. Inde Kockenhusam arcem & munimentum ad Dünam recuperabat, a Saxonibus huc vsque detenta, & Curlandiam occupabat. De pace quidem agi cœptum, verum cum Sueciæ Rex omnium, sumtuum etiam restitutionem & damnorum refarcitionem peteret, nihil perficiebatur. Polonia in-

R 2

a xx Nouembris CIↃ IↃ C C. Multa Russorum millia vel capta, vel occisa, paucis fuga elapsis: castra direpta. Fabri vita Caroli XII p. I. c. 18.
b ix Iulii.

interim varie diuisa, cum bello implicari nollet, in multas incidit calamitates. Diuersa igitur proelia & conflictus, atque inter haec illud ad Clissouiam *a* Suecorum, ob fugam Polonorum, victoria, ast morte etiam Friderici, Holsatiae Ducis clarissimum. Aliud sequebatur ad Ploskum, *b* & hoc Thorunii occupatio, *c* & paullo post Elbingae. Poloni autem Regi suo infideles, in conventu Varsouiensi nouum Regem Stanislaum, *d* Posnaniensem olim Palatinum eligunt. Electioni contradicebat Augustus Rex, Varsouiam occupabat, multis Suecorum captis, inter quos etiam Posnaniensis episcopus, inde Romam abductus. Russi post cladem ad Naruam adparatu bellico potissimum tempus terebant; post in Liuo-

a IX Iulii CIↃ IↃ CCII.

b I Maii CIↃ IↃ CCIII.

c XIV Octobris.

d Electio facta XII Iulii CIↃ IↃ CCIV dirigente Cardinale Radziowskio & episcopo Posnaniense: electionem protegente Suecorum milite. Multi tamen contradicebant. Fabri vita Caroli XII p. 4. c. II.

quoniam irrumpentes aliquot conflictibus a Suecis depincebantur. Dorpatum frustra obsidebant, Noteburgum autem Ingermanniæ deditione capiebant, Naruam *a* adsultu. Inde mari *b* aliquando victores Russi, licet paullo post Sueci victoria terrestri in Curlandiæ finibus cladem hanc insigni cum Russorum *c* damno compensarent. Nouis tamen copiis firmati Russi, Mietouiam, immo omnem Curlandiam occupabant. Polonia interim turbis ciuilibus agitata, dum ad Varsouiam victores essent Sueci, & Stanislaus in eadem vrbe *d* coronam Poloniæ acciperet, quem auxiliis suis firmabat potentissimus Rex Suecorum. Ineunte anno

 CIƆ

a IX Augusti CIƆ IƆ CCIV.

b in mari Balthico prope insulam Retusar VI Iulii CIƆ IƆ CCV Suecorum classem ducente Anckerstierna. Fabri vita Carol. XII *p*.V. *p*.45.

c XVI Iulii CIƆ IƆ CCV. cæsis quinque Russorum millibus *c*. *l*. *p*.66.

d IV Octobris CIƆ IƆ CCV. Coronationis solennia describit idem Faber *p*.5. *c*.II. Turbas in Polonia desuper ortas describit Andr. Zalusky epistolarum tomo tertio.

CIↃ IↃ CCVI Russos intra munimenta sua ad Grodnam *a* inclusos adgredi tentabant Sueci, verum; cum dubius videretur euentus, relictis Russorum castris, alio se vertebant. Interea Rheinschildius diutius circa Silesiorum confinia hærebat, vt noua, quæ ex Saxonia Augusto adferebat auxilia Schulenburgius, in Poloniam transire impediret. Feliciter hoc ipsi euenit in prœlio ad Frauenstadtium, *b* quo multa Saxonum millia vel capta, vel occisa. Post hæc ipse Suecorum Rex circa Silesiorum confinia aliquamdiu cum milite commorabatur, vsque dum vltra Viadrum in Saxonicas pergeret prouincias, sedem in iisdem figens. Transitus hic pacem *c* promouebat paullo post conclusam. Pace vix conclusa, prœlium tamen ad vrbem Kalisch *d* Augu-

sto

a XXVI Ianuarii CIↃ IↃ CCVI. Leben des Czars *p.2.p.* 424.

b Factum prœlium XIII Febr. CIↃ IↃ CCVI.

c in pago Alt Ranstadt prope Lipsiam XIV Octobris CIↃ IↃ CCVI Fabri vita Caroli XII *p.6.p.*334.

d XXIX Octobris CIↃ IↃ CCVI Fabri vita Caroli XII *p.6.p.*191. Leben des Czars *p.2.p.*443.

sto regi feliciter cessit. Firmata nihilominus pace, Sueci, cum per annum fere Saxoniæ graues fuissent, relicta Septembri mense 1707. Saxonia, in Poloniam fuerant regressi, quæ interim bello, fameque nimium consumebatur. Agebant quidem Russi, vt, postquam Augustus Rex coronæ renunciasset, reiectoque Stanislao, Interregnum publicaretur, nouoque Regi eligendo Comitia haberentur, quod tamen Poloni ob Suecorum aduentum vix audebant: Russi vero, his pares se haut putantes, pedem retro figebant. Ast Sueci Poloniam Lithuaniamque transientes, versus Russos, insequenti anno 1708. tendebant. Variis conflictibus diuerso Marte pugnabatur, ad Mohilouiam tamen Sueci erant victores. *a* Ast constans in proposito Suecorum Rex, postquam Borysthenem transiisset, vlterius in

a Prœlium hoc 14. Iulii 1708. fuit factum cum multa Russorum clade. La Clef du Cabinet des Princes *Oct.* 1708. *p.* 285. Licet Russorum cladem minuat Leben des Czars *p.* 2. *p.* 463.

Moscouiam pergere constituerat. Et licet fatalis clades, quam Sueci, Lōwenhauptio Duce, ad Lezno fuerant perpessi, *a* ipsum a proposito auertere potuisset, Cosackorum tamen auxiliis firmatus, quorum Dux Io. Mazeppa *b* ipsi accedebat, non solum quæ victui erant necessaria, in horum terris sufficienter inuenit, sed etiam multo milite stipatus vlterius perrexit. Verum, fatales ipsi erant Russorum, quos ingressus fuerat, termini. Captis enim aliquot illorum castellis, Pultowam Kiouiæ ad Worsklam sitam, obsidione cingebat, quod, dum Russorum Imperator liberare vellet, die xxvii Iunii ciↄ iↄ cc ix Sueci Russos adgressi, magna clade fuerunt adfecti, ita, vt dissipato illorum exercitu, ipse Rex traiecto Borysthene, in fuga salutem quærere coactus, in Turcarum terras abiret. Russi vero post hanc victoriam, liberata vrbe, non castris solum Suecorum & insigni præda potiti, sed etiam

a Leben des Czars *p. 2. p. 465.*
b Leben des Czars *p. 2. p. 474.*

etiam octo millibus & vltra cæsis, pluribus captis, inter quos præter Rheinschildium, aliosque Duces militares, plerique qui a latere Regis fuerant Ministri, vna cum Comite de Piper capti fuerunt. *a* Reliquias Exercitus ad Borysthenem vsque persecutus Mentzikouius Dux eo adegit, vt positis armis, se Suecorum sedecim millia captiuos traderent. *b* Suecorum Rex in Tartarorum castro Oczakow refugium quærebat, sed nec ibi satis se reputans securum, Benderiam ad Driesteram in Moldauiæ finitimis sitam *c* se contulit, a Turcis benigne exceptus & liberaliter habitus, frustra, vt ipsi tradatur, a Turcis petente Russorum Monarcha, Alcorani lege se impediri æstimantibus. *d*

R 5 Per

a La Clef du Cabinet *Septemb.* 1709. *p.* 249. Leben des Czars *p.* 2. *p.* 507.

b La Clef *Octob.* 1709. *p.* 298. Leben des Czars *p.* 2. *p.* 521.

c situm describit La Clef *Juillet* 1711. *p.* 63.

d La Clef *Decemb.* 1709. *p.* 449. Leben des Czars *p.* 2. *p.* 528.

Per hanc autem victoriam aditus Russis in Poloniam, Lithuaniam, Liuoniamque patebat, Stanislao Rege vna cum reliquiis Suecorum in Polonia, Crassouio Duce in Pomeraniam reuertentibus, *a* licet in transitu Saxonibus terrorem incuterent. Russorum autem Monarcha postquam VIII Octobris cum *Augusto Polonorum Rege Thorunii*, & cum *Borussorum* Rege Friderico XXVI Octobris in Borussiæ vrbe Marienwerder *b* fuisset collocutus, Liuoniæ Metropolim Rigam magna copiarum vi obsidebat, eandemque ignitis globulis plurimum fecit angustari, sed parum proficiens, satis ipsi fuit vrbem arctius inclusam tenere, vsque dum fatali casu pulueris pyrii incensi, magna munimentorum pars fuerit euersa. *c* Demum post septem menses vrbs omni subsidio destituta, peste fameque desolata, ad

a La Clef *Decemb.* 1709. *p.* 452.

b La Clef *Decemb.* 1709. *p.* 454. *Ianv.* 1710. *p.* 55. Leben des Czars *p.* 2. *p.* 550.

c Leben des Czars *p.* 2. *p.* 602. La Clef *Mai* 1710. *p.* 175.

ad deditionem fuit coacta, milite præsidiario cum omnibus honorum signis egresso, *a* dum interim Russorum Monarcha magnifico solennium adparatu vrbem suam Metropolem *b* ingrederetur. Interea temporis Russi Elbingam Borussiæ a Suecis adhuc possessam VII Februarii CIϽ IϽ CCX adsultu capiebant. *c* XXIV Iunii Wiburgam Careliæ pacto. *d* Sequebatur castrum ad Dünæ ostium situm, Pernauia, Reualia, & quæ in Liuonia adhuc possidebant Sueci, atque hinc vniuersa Liuonia Russorum potestati fuit subiecta.

Medium hunc victoriarum cursum Turci interrumpebant, qui firmatis

a La Clef *Septemb.* 1710. *p.* 187. vrbs 20. Nouembris 1709. obsideri cœpta, 12. Iulii 1710. dedita. Licet postea ex Repressaliarum iure vt dicebant, quod Russorum captiui adhuc apud Suecos detinerentur, omnes fecerint captiuos. La Clef *Nouemb.* 1710. *p.* 342.

b hunc plenius describit Leben des Czars *p.* 2. *p.* 564. La Clef *Feb.* 1710. *p.* 113. *Mars p.* 251.

c La Clef *Avril* 1710. Leben des Czars *p.* 2. *p.* 582.

d La Clef *Sept.* 1710. *p.* 187.

licet ad triginta annos induciis, *a* tandem XX Nouembris CIƆ IƆ CCX bellum contra Russos atque Polonorum Regem Augustum declarabant, *b* & Tartarorum copiis adiuti, Russorum terras inuadebant, dum interim Kiouiæ Palatinus in Cosacorum terras irrumperet, vt per istas liberum Regi transitum pararet in Poloniam. *c* Dum igitur arma armis opponerentur, atque a Danubii transitu Turcas prohibere vellet Russorum Monarcha, die XX Iulii CIƆ IƆ CCXI ad Pruthum amnem in Moldauia ventum ad manus, vbi Turci copiis superiores, Russos subitaneis munimentis inclusos, iisque quæ ad victum

a Factum hoc 14. Ianuarii 1710. Leben des Czars *p.* 2. *p.* 579. Promittebant autem se munimenta quædam in Turcarum confiniis exstructa destructuros, & Suecorum Regi liberum transitum esse concessuros. La Clef *Mars* 1710. *p.* 181. *Avril* 1710. *p.* 321.

b La Clef *Fevrier* 1711. *p.* 126. Rationes extant in Manifesto publicato desuper, exstructio munimentorum, denegatum tributum Tartaris & liber transitus Suecorum Regi, confœderatio contra Stanislaum. La Clef *Avril* 1711. *p.* 266.

c La Clef *Mai* 1711. *p.* 328.

victum erant necessaria, destitutos, per vnum alterumue diem adgrediebantur. Russorum Monarcha vero inducias petente, pax XXIII Iulii Falezini fuit signata, his conditionibus, vt quod superiori bello Turcico captum fuerat, Asophum cum fortalitiis inde dependentibus restitueretur, castra quaedam ad Pontum Euxinum nouiter extructa destruerentur, Russorum Monarcha Polonorum, Tartarorum, Cosacorumque negotiis sese haut immisceat, militem suum e Polonia educat, Suecorum regi liberum transitum concedat. a Dum autem Russi tardius exequerentur, quae promiserant, omnis culpa in Magnum Vezirium redundabat, quod se corrumpi passus fuisset, suffecto ipsi Isouffo Bacha. b Hoc ipsum etiam pacis ratihabitionem ad tempus impediuit, quae tamen inse-

a haec singula latius describuntur in La Clef *Oct.* 1711. *p.* 305. *Nov. p.* 336. *Ianv.* 1712. *p.* 55. Histor. Nachricht vom Nordischen Krieg *p.* I. *p.* 74. Russorum diarium de hoc proelio exhibet & ipsum pacis instrumentum.

b La Clef *Mars* 1712. *p.* 188.

quenti anno CIↃ IↃ CCXII articulis quibusdam de non construendis nouis munimentis, adiectis, fuit insecuta, *a* licet de rumpenda cum Russis pace Galli Suecique Turcas sæpius sollicitarent. Firmata igitur pace, *b* publicato Manifesto, in Finniam irrupit Russorum Monarcha, ipsam metropolim *c* Aboam capit. Vlterius progredi cupientes Russos, Sueci impedire conabantur, qui tamen d. VII Octobris ad Tamersfort a Russis victi fuerunt & fugati, castro etiam Tauasthuys relicto. *d* Nouam victoriam Russi Gallicino Duce, ad Lapolam Finniæ XIX Februarii CIↃ IↃ CCXIV fuerunt adepti, ita, vt pauciores ex Suecis euaderent. *e* Inde Augusto mense Alandiam insulam vna cum Sauolaxiæ castro Nyslot occu-

a La Clef *Iuillet* 1712. *p*.46. *Août*. *p*.115.

b XXV. Iunii CIↃ IↃ CCXIII ita vt Russorum Monarcha territorium circa Asoph Turcis relinqueret, Cosacorum iura restitueret La Clef *Oct.* 1713. *p*.264.

c La Clef *Decemb*. 1713. *p*.425.

d Hist. vom Nord. Krieg *p*.I. *p*. 318.

e Contin. I. Nordischen Krieges *p*.33.

occuparunt, vlterius in Sueciam vt irrumperent, tentant.

Inter hos Russorum conflictus, Poloniæ Rex Augustus vna cum Danorum Rege bellum restaurabant. Dum enim Russis adhuc graues essent Sueci, de nouo fœdere ineundo agitatur, ipso Danorum Rege, dum ex Italia redux factus, XXVI. Maii CIƆ IƆ CCIX Dresdam aduentante, *a* vbi festiuos inter adparatus, ludorumque solennia, de bello restaurando fuit consultatum, vtrisque postmodum cum Borussorum Rege Potsdami conuenientibus. *b* Augustus igitur Rex inuitantibus Poloniæ Magnatibus, Augusto mense publice proposito libello, *c* quo caussas reditus sui exponit, iter Poloniam versus fuit ingressus, ibidemque a plerisque benigne acceptus, *d* Palatino Kio-

a La Clef *Iuillet* 1709. *p*. 40.

b *Août p*. 148.

c Manifestum, vt dicitur, Dresdæ fuit publicatum VIII Augusti CIƆ IƆ CCIX. Singulari etiam libello qui Gallico sermone prodiit, factum hoc pro legitimo declaratur. La Clef *Oct*. 1709. *p*. 311

d La Clef *Fevrier* 1710. *p*. 114.

Kioniæ excepto, qui collecto milite Stanislao adhuc fauebat, Saxonibus infestus, fugatus tamen, ad Suecorum se contulit Monarcham. Turbato igitur plurimum Poloniæ Regno, IV Februarii CIↃ IↃ CCX Varsouiæ Senatus Consilium fuit institutum, de regni securitate paceque restituenda. Deputati prouinciarum præter amnestiam, quam postulabant vniuersalem, regnum extero milite liberari, atque vt pacta Regis conuenta denuo confirmarentur, volebant. *a* Tandem vero finito XVI Aprilis consilio, concludebatur, vt pacta Grodnouiensia cum Russis confirmarentur, miles regni augeretur, amnestia publicaretur. *b* Dum igitur turbis intestinis componendis sollicitus esset Augustus, Turci pro Stanislao restituendo laborabant. Hinc, dum ad iter in Poloniam se præpararet, ipse Suecorum Rex Turcorum Tartarorumque auxiliis adiutus, pu-

blice

a La Clef *Avril* 1710. *p.* 248. 256. Leben des Czars *p.* 2. *p.* 591.

b La Clef *Iuin* *p.* 391.

Elicto proposito edicto, vt relicto Augusto, Stanislaum reciperent, Polonos hortabatur, *a* dum interim Smigelskius militem pro Stanislao in Polonia colligeret. *b* Durante cum Turcis Russorum bello, inter spem metumque Polonorum agebat Respublica. Post pacem Falicinensem vero ineunte anno CIↃ IↃCCXIII Varsouiæ Comitia fuerunt instituta *c* de regno in pristinam securitatem restituendo, ob animorum tamen dissidia sine fructu fuit discessum, Polonis Russicum & Saxonicum militem, vt educeretur, postulantibus. *d* Nec dum igitur dissidiis cessantibus, Polonorum rex Augustus Russiæ Palatinum Iablonowski cum Stanislao facientem, in Königsteinensem arcem, Dresdæ vicinam, vna cum aliis vtriusque sexus Polonis, captiuos abduci iussit, his de violata libertate conquerentibus. *e* Pa-
x.

a Extat hoc in La Clef *Iuin* 1711. *p*. 413.
b La Clef *Aout* 1711. *p*. 128.
c La Clef *Mars* 1713. *p*. 202.
d La Clef *Abril* 1713. *p*. 253.
e La Clef *Octobr*. 1713. *p*. 272.

Pace autem cum Turcis conclusa, eademque cum Polonis conseruanda, Turcis per legatos declarantibus, vniuersalem amnestiam singulari edicto proposuit Augustus Rex, vt pacatum redderet regnum suum & securum. *a* Turcis interim Choczimo vbi Caminico vicinæ ad fines Imperii sui sitæ, maiora adhuc munimenta circumducentibus, Polonis licet contradicentibus. *b*

Tertium ex hoc exortum est bellum cum Danis. Nouo etiam contra Suecos foedere concluso, *c* & publice a Friderico IV Danorum Rege proposito edicto, quo belli caussæ exponebantur, *d* primus impetus in Scaniam, in

a Extat hoc in La Clef *Febr.* 1714. *p.* 131. in quo nomina Stanislai aliorumque, qui cum ipso fecerant, fuerunt expressa.

b Hist. Nachricht von Nord. Krieg *p.* 281. & *Contin.* I. *p.* 17.

c La Clef *Oct.* 1709. *p.* 306.

d Manifestum hoc Hafniæ XXVIII. Octobris CIƆ IƆ CCIX publicatum. La Clef *Ianuier* 1710. *p.* 48. Reperitur illud vna cum initio belli in Hi-

in qua traiecto milite, Helsingburgum capiebatur, *a* Halmstadtum, Christianstadtum, Suecis pedem semper retro figentibus. *b* Feliciori hoc successu incitabantur Dani, ad Malmoam & Landscronam obsidendam, vlterius in ipsam Sueciam progredi tentantes. Suecis autem, congregato milite in hostem pergentibus, Dani Helsingburgum versus retrocedebant, quos Sueci insecuti, magna clade ad dictam vrbem fuerunt affecti, vt octo millibus suorum amissis, multis captis, castris direptis, exercitus reliquias in Selandiam insulam reducere necessum haberent, equis, quos traiicere non poterant, occisis. *c* Terrestri igitur exercitu profligato, maiorem in nauibus spem collocabant. Octobri mense CIↃ IↃ CCX nauale proelium fuit factum, quod Suecis infestum, vento tamen

stor. Einleytung zu dem ietzigen Krieg in Norden.

a La Clef *Ianv.* 1710. *p.* 55.
b La Clef *Mars* 1710. *p.* 181.
c La Clef *Mai* 1710. *p.* 318.

men classes dissipante. *a* Dum interim Sueci Crassouio Duce, ex Polonia in Pomeraniam transirent, Saxones inuasionem verebantur. Imp. igitur vna cum Anglis Belgisque metuentes, ne Dani & Saxones copias suas ex Belgio reuocarent, de milite medio, vulgo *Neutralitets armee* componendo, consilia capiebant, *b* qui id agerent, ne ab vtraque parte prouinciæ Germanicæ infestarentur. Res CIↃ IↃ CCX conclusa effectu caruit, licet copiæ Borussicæ & Hannoueranæ iamdum præsto essent, partim quod Sueci eandem minime acceptarent, partim etiam quod mortuo interim Iosepho Imp. durante interregno, fœderati, Suecorum in Germania prouincias inuaderent. Id quidem sui iuris esse publicis edictis *c* proponebat Augustus, vt tanquam Imperii Vicarius, securitati Cir-

a La Clef *Nouemb*, 1710. *p*. 425.

b Zschackwitz *Leben Josephi p*. 771. La Clef *Iuill*. 1711. *p*. 61. *Oct*. *p*. 268. Rinck *p*. *II*. *p*. 527. Electa Iur. Publ *Tom*. *II*. *p*. 306. 1011.

c Extant hæc Manifesta in Historischer Nachricht vom Nordischen Krieg *p*. I. *p*. 21. *sqq*.

Circuli Saxoniæ inferioris prospiceret. Primus impetus Augusto mense CIↃ IↃCCXI factus fuit in Pomeraniam, & postquam Sueci Damgartum, vbi Danos a Rebnitiæ amnis traiectu detinere cogitabant, relinquere fuissent coacti, & reliquam Pomeraniam, Stettino atque Stralsunda excepta, deserebant. Ex fœdere Russorum miles, Danis atque Saxonibus accedebat, exhibita desuper in Comitiis declaratione. *b* Præter Pomeraniam belli quoque theatrum in Megapolitanis terris aperiebatur, Danis Wismariam arctius includentibus, exinde Sueci v Decembris CIↃIↃCCXI in Danorum castra infeliciter erumpentes, tanta clade fuerunt adfecti, vt ex tribus millibus pauciores Wismariam reuerterentur *c* Danis eosdem

ad

a La Clef *Oct.* 1711. *p.* 271.

b Extant hæ litteræ Russorum Monarchæ in Histor. Nachricht vom Nord. Kriege *p.* 58. quibus hac potissimum ex ratione se militem in Germaniam misisse declarabat, quod Suecorum Rex Neutralitatis quæ dicitur, Tractatibus subscribere noluisset.

c Nachricht vom Nord. Krieg *P.* I *p.* 120. Quid

ad portas vsque persequentibus. Stralsundi obsidio vero ob tormentorum defectum differebatur. *a*

Interim Megapolitanas terras variis incursionibus, exactionibus, & militari transitu Sueci æque ac fœderati vexabant, desuper Duce in Comitiis diuersis scriptis conquerente, sed parum proficiente. *b* Insequens annus CIↃ IↃ CCXII deficiente belli adparatu, accedentibus inter fœderatos dissidiis, sine singulari apud Pomeranos facto agebatur, dum nec Rügenam insulam, tentatam licet, sed a Steinbockio probe defensam, *c* nec Stralsundam, prout animo conceperant, occuparent. Wismaria tamen per Danos adhuc inclusa erat, varie ex eadem milite præsidiario in

in Comitiis circa has Pomeraniæ turbas fuerit gestum exponitur in Electis Iur. Publ. Tom. IV. p. 915.

a La Clef *Nov.* 1711. *p.* 348. *Dec. p.* 406. *Febr.* 1712. *p.* 119. *Mars p.* 191.

b Varia scripta ex Actis publicis, quæ in Comitiis fuerunt exhibita, reperiuntur in Contin. I. Historie des Nord. Krieges *p.* 48 *sqq.*

c La Clef *Nov.* 1712. *p.* 349. *Dec. p.* 411.

in terras Megapolitanas erumpente. Tandem Augusto mense Stada obsidione cincta, atque fame pesteque pressa, deditione demum fuit capta, Ducatus inde Bremensis terris occupatis, subditi in verba Danorum Regis iurare coacti. *a* Steinbockius tamen nouis ex Suecia subsidiis firmatus, perruptis Saxonum munimentis, ad Rebnitiam amnem extructis, Megapolitanas terras inuadebat, Danosque eo adigebat, vt Rostochium castraque ad Wismariam relinquere cogerentur *b* & publice proposito edicto *c* quasi in Poloniam transire vellet, Danos securos reddens, tanto magis, quod factis ad quindecim dies induciis, pacem præ se ferebat. *d* Ast, finitis iisdem Danos xx Octobris CIƆ IƆCCXII Saxonum licet auxiliis firmatos, ad Megapolitana tra-

a La Clef *Oct.* 1712. *p.* 273. *Novembr. p.* 345 Nachricht vom Nord. Krieg *p.* I. p. 169.
b La Clef *Ianv.* 1713. *p.* 56.
c extat illud in Nachricht von Nord. Krieg *p.* I. *p.* 174.
d La Clef *Ianv.* 1713. *p.* 57.

tractus vrbem Gadebusch subito adoriebatur, atque insigni potiebatur victoria. *a* Hac vt vteretur Stenbockius, Trauam transibat, Holsatiam Regiam cum exercitu suo irrumpens, *b* Altonauiam Hamburgo vicinam, malo exemplo, incendio delere iubens, *c* quod dum alii detestarentur, Stenbockius variis litteris excusare conabatur. *d* Fatale Stenbockio fuit vlterius in Holsatiam pergere, quam grauibus exactionibus nimium vexabat. Postquam enim foederati Russorum milite essent firmati, pedetentim Suecos sequebantur, atque Eidoram transientes, eosdem in campis primum Gardingensibus & postquam Holsatis fauentibus, in Tönningam vrbem essent recepti, in eadem includebant, atque deficientibus victus necessariis,

a La Clef *Fevr.* 1713. *p.* 122, 123. Nachricht vom Nord. Krieg *p.* I. *p.* 195.

b La Clef *Fevr.* 1713. *p.* 126.

c factum IX Ianuarii CIↃ IↃCCXIII. La Clef *Fevr.* 1713. *p.* 155.

d La Clef *Fevr* 1713. *p.* 155. *Mars* 1713. *p.* 189. Electa Iur. Publ. *Tom.* V. *p.* 71.

ſariis, ad incitas redigebant, vt tandem dum vrbem obſidione cingi viderent, ſe dedere cogerentur. *a* Holſatis quidem vrbs relicta, ſed arctius a Danis cincta, quæ cum victus neceſſariis eſſet destituta, Holſati omnem adhibebant operam, qua ratione ex Belgio eadem aduehérent, aſt, Danis omnes vias præcludentibus, tandem VII. Februarii CIↃ IↃ CC XIV ad deditionem fuit coacta, & poſt aliquot menſes munimentis destituta. *b*

Tönninga igitur in fœderatorum, Danorum præcipue poteſtatem redacta, omnem Holſatiam vna cum Eutinenſi Epiſcopatu occupabat Danorum Rex, maxime quod Hollatorum ope, Tönninga Suecis fuerit aperta, *c* licet

a La Clef *Avril* 1713. *p*. 256. *Mai p*. 340. Conditiones deditionis reperiuntur in La Clef *Iuillet* 1713. *p*. 52.

b Hiſt. Nachricht vom Nord. Krieg *p*. 339. *ſeqq*. & Contin. I. *p*. 248.

c Hanc equidem culpam a ſe auertere conabantur Holſati, Danis ex ſcriptis, quæ vrbe occupata fuerant reperta, contrarium demonſtrantibus. Extat de eo *wahrhaffte und gründliche Nachricht von denienigen ſo vor und nach de*

de eo restituendo in Comitiis, a & apud plerosque Europæ Status potentiores varie laboraret Holsatiæ Administrator. Sola supererat insula Heiligland, quam etiam postquam per aliquot menses fuisset cincta, Dani ceperat.

Rebus sic in Holsatia compositis, in Pomeraniam pergebant fœderati, hanc sibi subiicere, Suecosque e Germania eiicere cupientes. Stettinum eorum impetum primum experiebatur, quod Iulio mense, obsidione cingebant, & vel tertia vrbis parte per ignitos globulos consumta, tandem conuenit, vt Suecis, vrbe relicta, securus transitus pateret Stralsundam, præsi-

am 14. Febr. 1713. beschehenen Einräumung der Vestung Tönningen an dem Königl. Schwedischen Feld-Marschall sich zugetragen.

a Extat de eo potissimum scriptum *succincte Deduction das Seine Königl. Maiestät von Dennemarck des Hochfürstl. Hauses Gottorf Aggressor seyn* 1714. 4. Cui tamen singulari scripto respondent Dani. Vid. etiam Cont. I. Hist. des Nord-Krieges *p.* 160. vbi hæc scripta contraria reperiuntur.

ſidio Boruſſico atque Holſatico eidem impoſito, his conditionibus, vt poſtquam Ruſſis ſumtus eſſent ſoluti, quos in obſidionem impenderant, Boruſſorum Rex vna cum Holſatiæ Adminiſtratore, vrbem tanquam ſequeſtri durante bello tenerent, pace vero firmata, poſtquam ipſis ſatis fuerit factum, reſtituerent. Tradita igitur vrbs IV Octobris CIↃ IↃ CCXIII *a* ipſo Boruſſorum Rege in illam aduentante. *b* Eadem ratione de Wismaria atque Stralſunda ſequeſtris tradenda, agebatur, Suecis tamen hoc plane denegantibus. Imp. interim in Comitiis & per legatos ſuos hoc agebat, vt partes litigantes inter ſe componeret: communi etiam Imperii conſenſu illud agebatur, vt Brunſuici *c* de pace ageretur, Suecis non niſi ægre legatos eo mittentibus. Poſt varia impedimenta demum XVII Martii CIↃ IↃ CCXIV Con-

a La Clef *Nouemb.* 1713. *p.* 349.

b La Clef *Decemb.* 1713. *p.* 425. Cont. I. Nord. Krieges *p.* 128.

c La Clef *Mars* 1713. *p.* 201.

gressus initium, sed, dum Sueci omnia, quæ ipsis ablata, vellent restitui, sine fructu fuerunt consultationes.

Hoc ipso igitur, quem scribimus, anno, concluso foedere, Danorum, Borussorumque Reges, Saxonico milite firmati, aperto Marte Pomeraniam ingressi, Stettinum, eiecto *Holsatorum* milite *sibi vindicante Rege Borussorum*. Pedem equidem retro figebant Sueci, vsque ad munimenta Stralsundo producta, graues tamen ideo foederatis, quod Vsedomia insula prærepta per piratas suos foederatorum commeatum impedirent, minorem etiam Danorum classem ad Pomeraniæ littora inclusam, fere ad deditionem compellerent. Occupata vero a Foederatis Vsedomia, Danis etiam aduentante classe sua maiori, mari victoribus, melior adhuc de Rugena insula & Srralsundo occupando spes adfulsit foederatis.

Dum igitur foederati in Suecorum terras varie irrumperent, Suecorum Monarcha Benderæ adhuc agebat, Tur-

eas contra Polonos Russosque potissimum studens concitare. *a* Ast, Turcis volentibus, vt reditum in regna sua Rex maturaret, hoc tamen renuente, tandem XII Februarii CIↃ IↃ CCXIII armata manu ipsius palatium inuadebant, Regemque, heroica licet virtute se defendentem, igne ferroque tandem eo adegerunt, vt se dedere cogeretur, inde Demoticam prope Hadrianopolim abductus, verum a Turcis benigne habitus. *b*

Rege igitur per tempus tam diuturnum absente, hostibusque vndique in Suecorum terras irrumpentibus, a Procerum quibusdam proponebatur, vt durante Regis absentia regimen sorori ipsius Vlricæ Eleonoræ deferreretur, hoc etiam, multis licet contradicentibus decretum, ipsique regimen Nouembri mense CIↃ IↃ CCXIII dela-

S 3 tum.

a Benderam vrbem & quis status Suecorum regis, sigillatim videmus descriptum & in Histor. Nachricht vom Nord. Krieg *p.* 292.

b La Clef *Mai* 1713. *p.* 345. *Iuin* 1713. *p.* 403. Histor. Nachricht vom Nord. Krieg, *p.* 258.

rum. a Huius etiam auctoritate Comitia ad XIV Decembris Holmiam fuerunt indicta, in quibus a conuenientibus Regni Proceribus de augendo milite nauibusque fuit decretum & firmandis regni limitibus, nouisque imponendis tributis, b dissidia tamen intestina plurimum impediuerunt, vsque dum *Suecorum Heros die* XXII. Nouembris CIↃ IↃ CCXIV Stralsundam feliciter aduentaret, de reparandis damnis sollicitus, atque heroica virtute contra tot fœderatos se defendens.

Alterum, quod circa initia statim seculi subortum est bellum, de Hispaniarum successione. Mortuo enim Carolo II, primum Gallis erat, vt Hispania cum prouinciis potirentur, & Reges vicinos in partes traherent. Portugalliæ Regem Petrum & Sabaudiæ Ducem Victorem Amadeum, v-

trum-

a Histor. Nachricht vom Nord. Krieg *p*. 328. & Contin. I. p. 27. La Clef *Febr*. 1714. *p*. 136.

b La Clef *Mars* 1714. *p*. 185. Electa Iur. Publ. *Tom. II. p*. 863.

trumque magnis promiſſis illectum, hunc etiam matrimonio filiæ natu minoris cum Philippo Andegauenſi primum ſibi iungebant. Ipſi Belgæ, vt militem præſidiarium intra Belgii Hiſpanici munimenta incluſum ſeruarent, Philippum ſub certis conditionibus Hiſpaniæ Regem adgnoſcebant. Angli autem præuidentes, quantum ipſis, immo vniuerſæ Europæ periculum immineret, ſi Hiſpania Gallis iungeretur, omnibus viribus eo adlaborabant, vt hoſtis iudicaretur Gallus cum ſociis, & Hiſpania cum prouinciis, Auſtriacæ domui, cui legitimo ſucceſſionis iure debebantur, obueniret. Accedebat, quod mortuo Iacobo II *a* Galliæ Rex Walliæ principem, qui putatur, contra datam fidem, Regem declaraſſet, ex quo ſatis patebat, quantum Gallis ſit fidendum. Leopoldus autem Imperator armis decertandum eſſe ratus, primum belli impetum

a mortuus in monaſterio S. Germani, prope vrbem Pariſiorum XVI. Septemb. CIↃ IↃ CCI.

faciebat in Italiam, quam Galli iamdum armis suis infestauerant. His Mantuæ Dux vrbem suam probe munitam vna cum vniuerso Ducatu concesserat. Reliqui Italiæ Status, excepto Sabaudo, neutri parti addicti, licet subinde Gallis magis fauere viderentur. Sub initium anni CIↃ IↃ CCI Cæsareus miles Eugenio duce, postquam tot rupes inuias superasset, Italiam intrabat, atque primum ad Carpium Gallos profligabat, diuersas vrbes occupabat. *a* In sequenti anno omnes aditus Mantuanæ vrbis præcludebat Eugenius. Paullo post Cremonam capere tentabat. Res feliciter Kal. Februarii CIↃ IↃ CCII cœpta, dum milites Cæsareani per canalem in vrbem inducti *b* diuersas iam vrbis partes tenerent. Verum, cum Schertzerus Baro & Valdemontius prin-

a IX Iulii occupabat Castellionum, Canetum, Guastallam, Mirandolam. Brixellum (*Berséllo*) concedebat Dux Mutinensis.

b Ita etiam Gundebaldus, Viennam Galliæ per aquæductum intrans, cepit. *Gregorius Turonensis. lib. 2. c. 33. Schauplatz des Krieges in Italien p. 890.*

princeps ob itineris incommoda ſtato tempore non aduentarent, nec Eugenio auxilia adferrent, inſtitutum ſperato caruit ſucceſſu. Eugenius igitur vrbem relinquere fuit coactus, ita tamen, vt Gallorum ducem Villaregium cum aliis, ex vrbe captiuos ſecum duceret, multis hoſtium occiſis. Hic tamen exinde fructus, vt Galli multa loca, quæ huc vsque tenuerant, derelinquerent. Poſtquam autem Gallicus miles plurimum adauctus, miſſo duce Vendomenſi Caſtilionam iterum occupabat, & Eugenium, qui copiis longe erat inferior, eo adigebat, vt Mantuam arcte incluſam liberaret, cum antea Galli quatuor legiones *a* Cæſareas ad Padum locatas adgreſſi, non ſine ſuorum pernicie cedere coegiſſent. Neque tamen ideo ceſſauit plane Eugenius, quin potius ad Luzaram *b* non minorem de Gallis reportaret victoriam. Hi interim milite magis

a XXVI Iulii CIↃ IↃ CCII ad Caſal Maggiore.
b XVI Auguſti CIↃ IↃ CCII.

firmati, Guastallam occupabant & Gouernolum. Insequenti anno Eugenio Italiam relinquente, Stahrenbergius Comes ducis partes gerebat. Hunc licet Galli omni Italia conarentur eiicere, dum copiis longe superiores, nihil tamen proficiebant, potius ad Bondanellam cladem perpessi, hanc Brixelli deditione ob alimentorum defectum Gallis facta, pensante. Nouæ Cæsareis accedebant vires, postquam Sabaudiæ Dux relictis Gallis ad Cæsaris partes transiisset. Hoc in tantum irritabat Galliæ regem, vt Sabaudos, quos in exercitu tenebat, armis priuari iuberet. Galli interea, licet in Sabaudiam non solum, sed etiam Pedemontii ducatum irrumperent, atque omnia mouerent, ne Cæsarei Sabaudis seiungerent, impedire tamen non potuerunt, quin Stahrenbergius cum decem millibus Cæsareanorum Sabaudo, post multas, quas feliciter superauerat difficultates exeunte anno CIↃ IↃ CCIII accederet. Galli vero copiis superiores, insequenti anno Vercellas, Iuream,
Ve-

Veruam, hanc licet acerrime resisten-tem, Susam vna cum omni Sabaudia & magna Pedemontani Ducatus parte occuparunt. Accedebat insequenti anno Villafranca & Montmelianum, ita, vt vnica fere spes in Augusta Taurinorum superesset. Nouæ quidem vires Cæsareo militi in superiori Italiæ parte accedebant per Eugenii aduentum, qui XVI Augusti ad Cassanum hostem reprimebat. Ast, cum & Galli copiis ex Pedemontano Ducatu adductis firmarentur, ad Germaniæ limites reuertebantur Cæsareani. His felicior erat annus CIↃ IↃ CCVI. Postquam enim Anglorum Belgarumque subsidiis munitus Eugenius, fortissimus heros, Italiam denuo intrabat. Et, licet Galli omnes vias præcluderent, impedire tamen minime potuerunt, quo minus Addam feliciter transiret, & breui post tempore Sabaudiæ duci in auxilia veniret, vbi felici omine Taurinorum regiam ad extrema redactam ingenti cum Gallorum strage liberauit. a

a Factum VII. Septembr. CIↃ IↃ CCVI. Vid. *Jour-*

Euentus fuit, vt Galli, Aurelianensi Duce in Delphinatum regrederentur, atque, vt copias suas in Italia reliquas seruarent, ineunte anno CIƆ IƆ CCVII. Mediolanensi Ducatu, vna cum Mantuano tractu, & singulis, quæ in superiori Italiæ parte hucusque vsurpauerant, cederent. *a* Reliqua anni belli adparatu peragebantur, vsque dum accedente Anglorum Belgarumque classe, in Prouinciam irrumperent Cæsareani, Telonem Martium, Gallorum nauale obsidentes, irrito successu. *b* Obsidionem enim ob defendentium pertinaciam atque alimentorum defectum soluere fuerunt coacti. Ne tamen sine fructu esset expeditio, Susam post paucorum dierum obsidionem cepit Eugenius.

c Animus hinc erat Cæsareis, vt, quæ in Tusciæ oris adhuc superessent munimenta occuparent. Inter hæc Orbi-

nal Historique du siege de la Ville & de la Citadelle de Turin. Rinck *Leben Iosephi p. II. p.* 181.

a extat Capitulatio in Leben Iosephi *p. II. p.* 306.

b Leben Iosephi *p. II. p.* 335.

bitellum exeunte anno cIↃ IↃ CCVII iisdem adhuc cessit. *a* Portum longum vero relinquere fuerunt coacti. *b* Interim graues exactionibus suis erant Cæsarei Italiæ Principibus, terras Parmenses potissimum atque Papales plurimum infestantes, Mirandulanũ Principem terris suis priuabant, quas Mutinensi Duci concedebat Imperator *c* Insequenti anno quædam in Delphinatus confiniis sita munimenta Exilles, Fenestrelles, Perouse occupabat Sabaudiæ Dux. *d* Controuersiæ quæ Imp. atque Sabaudiæ Ducem intercedebant, impedimento fuerunt, quo minus quidpiam in terris istis cum fructu ageretur. Licet enim fœdus cum Sabaudo singulis trienniis ab anno cIↃ IↃ CCIII esset renouatum, territorium etiam Alexandrinum vna cum Montisferratensi Marchionatu ipsi fuerit cessum, territorium tamen adhuc Nouarense atque Vigeuanense

 pe-

a La Clef *Mars* 1708. *p*.171.
b La Clef *Iuillet* 1708. *p*.23. *Août p*.109.
c La Clef *Iuillet* 1708. *p*.21.
d La Clef *Oct*.1708. *p*.267. *Nov*. *p*.352.

petebat, quod ipsi ab Leopoldo Imp. fuerat promissum, *a* vna cum iure in feuda Langhensium, ideoque tardior *b* in belli adparatu, impediebat, ne in Delphinatum, quod saepius tentauerant, irrumperent foederati. His igitur dum fides Sabaudi admodum suspecta, Cuneum, Susam atque Yvream in fidei securitatem petebant. *c* Tandem arbitrio Anglorum, Belgarumque eo res deuenit, vt Iulio mense CIƆ IƆ CCXI Sabaudiae Dux ipse exercitum super montes duceret, atque Sabaudia sibi iterum vindicata, irruptionem tentaret in Delphinatum, sed frustraneo cum conatu, Galliae fines defendente Berwickio Mareschallo, *d* nec Sabau-
diae

a Quid circa hanc controuersiam actum, docet La Clef *Sept.* 1709. *p.* 29. & Historie Rastadtischen Friedens *p.* 125.

b Feuda Langharum siue Landae in locis desertis Montisferratensis consistentes a flumine Tanagri ad flumen Orbae, & ad litus Maris quae feuda Imperii tanquam a Leopoldo sibi concessa, petebat Dux Sabaudiae. Hist. Rastadt. Friedens *p.* 128.

c La Clef *Oct.* 1710. *p.* 247.

d La Clef *Sept.* 1711. *p.* 174.

diæ Duce prout fœderati contendebant, Gallos adgredi volente. a Interim Maio mense CIↃ IↃCCXII portum Herculis Cæsarei capiebant. b

Pacis consilia belli negotia interrumpebant, Sabaudo ad pacẽ magis magisque inclinante. Tandem XIV Martii CIↃ IↃCCXIII de armorum in Italia cessatione inter Cæsarem Sabaudosque & Gallos conuenit, vsque ad pacem generalem, c quæ post fuit insecuta.

Proximum apud Belgas bellum erat. Cœpit illud Maio mense CIↃ IↃCCII cum Belgæ Anglique Gallum eum sociis hostes publice declararent. Primum ipsis consilium erat, vt loca finitima Carolo vindicarent. Factus igitur impetus in Cæsaris insulam, quam probe defensam Iunio mense capiebant. Inde in Geldriam arma vertebant, eandem iustis armis occupantes, & paullo post Leodium. Sub insequentis

a La Clef *Oct.* 1711. *p.* 253.
b La Clef *Iuill.* 1712. *p.* 25.
c Extat ista conuentio in La Clef *Mai* 1713. *p.* 306.

tis anni initium Rheinbergæ deditio sequebatur & statim Bonnæ. Tentabat quidem Marloborugius Dux, qua ratione perruptis Gallorum munimentis, quæ in Belgio extruxerant, Antwerpiam Gallis eriperet. Sed, vel ipsa munimenta, vel prœlium ad Eckeram, a consilia mutabat. Hoc igitur cum irritum esset, ad Mosam reuertebatur Marloborugius, Huium occupabat & Limburgum. Insequenti anno nihil fere agebatur memoratu dignum, eo quod potiores Belgarum copiæ apud Germanos agerent. Anno CIↃ IↃ CC V primum belli theatrum ad Mosellam aperiebatur. Sed, cum ad Mosam fortiores Galli vna cum Bavaro Huium occuparent, idemque cum Leodio tentarent, consilium mutabatur, ita, vt Galli intra munimenta sua quæ in Brabandorum terra erant ducta, se tenere necessum haberent. His equidem superatis, adoriri Gallos co-

a XXX Iunii CIↃ IↃ CC III Belgas Obdamio duce adgrediebantur Galli, sed pari fortuna pugnabatur.

conabatur Marloborugius. Verum, dubius qui videbatur euentus, consilium mutabat. Exercitu in hibernas ducto, Marloborugius Viennæ, Berolini & Hanoueræ noua de expeditione futuri anni capiebat consilia. Hanc insignis victoria ad Ramilliacum *a* aperiebat, qua in tantum adfligebantur Galli cum Boiis, vt relictis impedimentis, vnicum in fuga haberent remedium. Et cum copias etiam suas ex plerisque fortalitiis eduxissent, omnis Brabantia vna cum Flandria & Marchionatu Antwerpiensi Regi suo legitimo Carolo se subiiciebat. Sequebatur Ostenda, quæ paucorum saltim dierum obsidionem tulit. Teneramunda, Aethum, Menena. Insequenti anno nimium exercitum ducebant & Galli & Fœderati. Sed, cum apud Germanos res essent deteriores, nihil agebatur, quod dignum memoratu.

Anno CIↄ Iↄ CCVIII collecto primum ad Mosellam exercitu, Eugenius demum cum Marlcborugio se coniunge-

a XXIII Maii CIↄIↄCCVI.

gebat, dum interim Galli Gandauum Brugasque non fine conspiratione vna die caperent. *a* Fœderati igitur Gallos ad Aldenardam adorti, deuicerunt. *b* Et licet Anglicana classis Augusto mense, Picardiæ oras infestaret, sine successu tamen in Angliam reuerti fuit coacta. *c* Feliciores erant terrestres copiæ, quibus *Flandriæ* Insulæ Augusto mense obsidione cingebantur, quas licet Galli omni modo liberare conarentur & omni virtute defenderent, in hoc potissimum laborantes, vt commeatum fœderatis redderent difficilem, inde quoque XXVIII Septembris ad Dixmudam fuerunt victi *d* Bruxellarum etiam quam Bauariæ Elector Nouembri mense tentabat obsidionem relinquere fuit coactus. *e* Marloborogio cum exercitu Scaldim tran-

a v Iulii La Clef *Août* 1708. *p.* 143.
b factum prœlium xi Iulii CIↃ IↃ CC VIII. La Clef *Août* 1708. *p.* 163. *Sept.* *p.* 213.
c La Clef *Oct.* 1708. *p.* 254. 295.
d La Clef *Nov.* 1708. *p.* 386.
e La Clef *Janv.* 1709. *p.* 57.

transseunte, Gallosque fugante. Deditio tamen vrbis primum, deinde castelli post aliquot hebdomadas facta *a* atque exeunte anno Gandauum, demum sub initium anni CIƆ IƆ CCIX Brugæ fuerunt secutæ. *b* Ob pacis, quam Galli petebant, expectationem expeditio huius anni in Iunium mensem differebatur, fœderatis tandem Tornacum obsidentibus, quam etiam post duorum mensium obsidionem vna cum arce ceperunt. *c* Hinc dum Montes Hannoniæ adgredi vellent fœderati, idque Galli impedire conarentur, prope Blauglum d. XI Septembris prœlium durum factum fuit & sanguinolentum, victoria tamen non sine suo-

a vrbs XXII Augusti obsideri cœpta XXIII Octobris ad deditionem coacta, castellum vero IX Decembris secutum. La Clef *Oct.* 1708. *p.* 299. *Nov.* 1708. *p.* 379. *Dec. p.* 449. *Janv.* 1709. *p.* 66. Rinck *Leben Iosephi p. II. p.* 391.

b La Clef *Fevr.* 1709. *p.* 131.

c Obsideri cœpta VII Iulii CIƆ IƆ CCIX verum XXVIII Iulii ad deditionem compulsa, quam arx III Septembris fuit insecuta. La Clef *Août* 1709. *p.* 157. *Sept. p.* 218. *Oct. p.* 321. Rinck *p. II. p.* 489.

suorum clade foederatos manente. *a* Primus victoriæ fructus ex Montium obsidione paucos post dies, harumque deditione XXIII. Oct. facta. *b* Insequenti anno CIↃ IↃ CCX postquam foederati Gallorum munimenta limitanea transiissent Duacum obsident, idemque XXVI Iunii capiunt. *c* Inde XXIX Augusti Bethunam occupant *d* & post hæc Ariam fortiter licet resistentem atque S. Venantii castrum. *e* Mortuo Iosepho Imp. dum maior exercitus pars ad superiorem Rhenum hæreret, pro defendenda contra Gallorum insultus, Germaniæ libertate, parum in Belgio pro-

fi-

a La Clef *Oct.* 1709. *p.* 324. *Nov. p.* 354. Locus est inter Maubeuge & S. Guilain Hannoniæ. Vocatur alias prœlium ad Tanieres, Malplaquet, Sant. Aunoi, Blaugies, quæ loca circumiacent. La Clef *Nov.* 1709. *p.* 393. Rinck *p. II. p.* 493.

b La Clef *Nov.* 1709 *p.* 397. 413. *Dec. p.* 463.

c La Clef *Iuin* 1710. *p.* 411. *Août p.* 121.

d La Clef *Sept.* 1710. *p.* 213. *Oct. p.* 271. *Nov. p.* 301.

e durissima obsidio fuit Ariæ, cœpta V Septembris, II Nouembris dedita, postquam foederati multa millia perdidissent. La Clef *Oct.* 1710. *p.* 397. *Decemb.* 1710. *p.* 438. *Ianv.* 1711. *p.* 71.

sficiebatur, nec Arletum quod foederati ceperant, retinere potuerunt, Gallis hoc recuperantibus. *a* Tandem vero Bouchanium post trium hebdomadum obsidionem ad deditionem fuit compulsum. *b* Ante veris adhuc initium anni CIↃ IↃ CCXII Albemarlius Comes Gallis foeni horreum quod Atrebati comparauerant, incendio absumpsit. *c* Postquam autem eodem anno Marlborugio suffectus esset Ormondius Dux, atque Angli ad pacem magis magisque inclinarent, Quercetum Iunio mense obsidebat Eugenius Princeps, idemque post quindecim dierum obsidionem capiebat. *d* Grouesteinius etiam Iunio mense cum tribus millibus per Galliæ tractum Rhemensem mittebatur, qui post villarum direptiones variasque exactiones cum multis obsidibus Trarbacum rediit. Hoc compensaturi Galli, Pastorio Duce, in Selandiæ

a La Clef *Sept.* 1711. *p.* 199.
b La Clef *Sept.* 1711. *p.* 233. *Oct. p.* 286. 304.
c La Clef *Avr.* 1712. *p.* 287. factum 2. Martii.
d La Clef *Avril* 1712. *p.* 145.

diæ insulam irrumpunt. *a* Sed, postquam Angli a fœderatis plane discessissent, armorumque suspensionem in castris suis publicari fecissent, *b* Germanorum copiæ, quæ Anglis hucusque militauerant, Eugenio accedebant. *c* Landrecium proximum erat, quod Eugenius obsidione cingebat, vt hoc capto, aditum sibi ad antiquos Gallorum fines pararet, dum interea Galli Dunckerckam tanquam fidei pignus, Anglis præsidio firmandam relinquerent. *d* Hi etiam Gandauum & Brugas tanquam medii inter partes litigantes præsidio tenentes. Dum autem Eugenius princeps in Landresii obsidione hæreret, XXIV Iulii fatalem cladem ad Denaniam accipiebant fœderati, Albemarlius enim Comes ob commeatus securitatem ibidem collocatus, dum auxilia ipsi submissa tardius aduentarent, ferali clade adfectus & cum

a La Clef *Oct.* 1712. *p.* 282.
b facta hæc publicatio die XVII Iulii. La Clef *Sept.* 1712. *p.* 166.
c La Clef *Août* 1712. *p.* 147.
d La Clef *Sept.* 1712. *p.* 166.

cum multis millibus suorum captus fuit. Hinc S. Amandi castrum, Marchiennes aliaque loca fœderatorum præsidiis firmata, Galli occupant multa millia in captiuitatem abducunt. [a] Hoc ferale prœlium non solum Eugenium Principem ad soluendam obsidionem adegit, sed etiam pacem cum Belgis promouit, Galli enim hac victoria vtentes, Duacum obsidione cingunt, idemque VIII Septembris capiunt [b] quod paulo post IV Octobris Quercetum fuit insecutum [c] atque demum Buchanium, [d] dum interim Belgæ Knockium [e] castrum subito occuparent.

Apud Germanos bellum sub medium anni CIↃ IↃCCII cœpit. Postquam enim Bauariæ Elector non solum in Regis Gallorum partes inclinaret, sed frater ipsius, Coloniensis Elector Gallicum militem sub copiarum Bur-

gun-

a La Clef *Sept.* 1712. *p.* 202.
b La Clef *Oct.* 1712 *p.* 295. *Nov.* *p.* 362.
c La Clef *Nov.* *p.* 362.
d La Clef *Nov.* *p.* 367. *Dec.* *p.* 429.
e La Clef *Nov.* *p.* 367.

gundicarum prætextu, in sua munimenta introduceret, eademque magis firmaret, vtrique, vna cum Gallo atque Andegauensi, hostes Imperii declarabantur. Primus impetus in Cæsaris insulam ad inferiorem Rhenum, & paullo post Landauium vrbs Alsatiæ imperialis obsidione premebatur. *Illa Iunio, hæc Septembri mense capta.* a Gallos inde persequebatur *Ludouicus* Badensis, eosdemque proelio ad Fridlingam deuincebat. Noua facies rerum oriebatur, cum Bauariæ Elector, paullo ante quam Landauium caperetur, Vlmam astu caperet, quam sequebatur Memminga. Violenta hæc publicæ pacis erat turbatio, cui propria prætexebatur securitas. Amice cum Bauaro agebat clementissimus Imperator Leopoldus, ipsius socer, quo hostilem eius animum mitigaret. Verum, frustranea hæc consilia, tam arcta Bauari cum Gallis erat coniunctio, vt, non nisi armis esset decertandum. b No-

a Rinck *Leben Iosephi p. II. p.* 416.
b *Vid. Manifeste de l'Electeur de Bauiere à Luxem-*

Nouum itaque ineunte anno cIɔ Iɔ ccIII bellum. Felix illud sub initia Bauaro erat, dum Neoburgo occupato, victor Schlickii Comitis, qui Cæsareos ducebat, prope Schardingam. Sequebatur conflictus prope Ratisbonam *a* ad Vilsam, non sine horum detrimento. Hinc Ratisbonam contra Comitiorum, quam promiserat, securitatem, Bauari occupant. Dum ipsis igitur Danubius pateret, facilis erat cum Gallis coniunctio, postquam hi Rhenum transiissent, atque fortalitio Kehl occupato, Germanorum munimenta ad Stohlhofiam frustra tentassent. Quidquid tamen conarentur Cæsarei, impedire non valuerunt, quo minus per adyta syluæ nigræ, quæ perruperant, prope Danubium se Boiis iungerent Galli. Castra castris oppo-

T ne-

bourg 1707. 8. & Historische Anzeige des Chur-Bayerischen von der Associations-Handlung mit dem Fränckisch und Schwäbischen Creys genommenen Vorwands. Cölln 1706 8.

a XXVIII Martii cIɔ Iɔ ccIII notum vel maxime ex eo, quod Georgius Fridericus Onolsbacensis Marchio eodem occisus.

nebantur ad Dillingam; quærebant Cæſarei prœlium, quod euitabant maxime Galli. Interea Bauariæ Elector cum parte copiarum in Tirolenſem pergebat Comitatum: eidemque introiiſſe erat victoria. Occupatis enim Kuffſteini oppido, & arce, Rattenberga, Hala, Ehrenburgi clauſtris, ipſa quoque metropoli Oeniponte, omnem terram ſibi tentabat ſubiicere. Accedebat & hoc, quod Galli, Vindocinenſi duce, ex Italiæ terminis in Comitatum irrumperent, Tridentum fruſtra obſiderent, arcem Arco expugnarent. Vlterius progredi conantes, milites Cæſarei, & quod magis eſt, ipſi coloni Tirolenſes impediuerunt. Hi enim non Gallis ſolum magna vi reſiſtebant, ſed occupatis etiam montium faucibus atque ſummis magna ſtrage Bojos adfecerunt, ita, vt, poſtquam potiorem Exercitus partem amiſiſſet elector, relictis quæ occupauerat, Kuffſteinio excepto, ſpe ſua fruſtratus, in proprias terras rediret. Ad Danubium interea conflictibus ſaltim æquo Marte pugna-

ba-

batur, inter quos illud ad Munderkingam *a* prima adhuc æstate factum. Sequebatur Brisaci *b* occupatio opinione citius facta. Autumnali tempore prope Höchstedtum *c* Stirumensis Comes ab Bauariæ Electore, Gallis sociis, clade adficiebatur. Hac victoria probe vtebantur hostes, dum Nouembri mense Landauium obsiderent, & fortiter licet defendente Frisio Comite, cæsis auxiliis ex Belgio transmissis, *d* deditione caperent. Exeunte anno Augustam Vindelicorum *e* in verba iurare cogebat Elector. In superiorem interea Palatinatum, qui Bauaro hucusque paruerat, irrumpebant. Circuli Franconici milites, Rotenbergam Ganerbinatus arcem, Ambergam, Cambum cum aliis occupantes. Sub initium insequentis anni Bauariæ Elector Passauium vrbem subito occupa-

T 2 bat,

a xxxi Iulii CIↃ IↃ CCIII. Periit eodem Christianus Hannoueranus Princeps.

b VII Septembris.

c xx Septembris prope Spiram.

d xxVIII Nouembris.

e xIV Decembris CIↃ IↃ CCIII.

bat; eademque capta amnem Danubium tenebat, vt faciles essent in Austriam excursiones. Eadem ratione Noribergam vt sibi subiiceret, tentabat; quod tamen Cæsareus miles impediuit. Maximus isto tempore belli impetus apud Germanos, cum incomparabilis heros Marloborugius potiorem *Anglicarum Belgicarumque* copiarum partem ad Danubium duceret, qui se militi Imperii, cui Ludouicus Badensis præerat, iungebant. His accedebat Hassiæ princeps Fridericus cum milite Hassiaco, Leopoldus Anhaltinus cum milite Borussico & Eugenius Allobrogum Princeps. Bauaro interea noua à Gallo mittebantur auxilia ductore Tallardo. Prima fœderatorum erant consilia, ut in Bauariam sibi viam pararent. Feliciter hoc die II Iulii CIƆ IƆCCIV euenit, dum e munimentis suis in monte Schellenberg ductis Boios Gallosque non sine clade eiicerent, & capta Donawertensi vrbe, transitum Danubii sibi aperirent, vlterius in Bauariam irrumpentes

tes. Elector interea ad Augustam in castris probe munitis Gallorum auxilia expectauerat, nunc propius, vt terras seruaret, ad Foederatorum exercitum tendebat. Dum autem in Ingolstadti obsidione hæreret Ludouicus Badensis, Eugenius princeps, quem frustra tentauerant Galli, Marloborugio se iungit. Hinc castra castris opponebantur ad Höchstedtum, factumque XIII Augusti CIↃ IↃ CCIV est ingens proelium, quo dubio sub initium Marte, pugnabatur. Post, Deo largiente, tam insignis de hostibus reportata est victoria, qualis per hominum memoriam haut fuit. a Nec effectu caruit hæc victoria, cum relicta Augusta, Memminga, Biberaco & omni fere Danubio, Galli cum Boiis timentes & pene extorres Rhenum transirent, Vlma se dederet, immo Electoris coniux omnem Bauariam vna cum Kufsteinio Imperatoris subiiceret potesta-

 ti-

a Cæsorum, vulneratorum vel captorum erant triginta millia, vna cum duce Tallardo. Rinck *Leben Iosephi p. I. p.* 481.

ti. In alteram Rheni ripam transiens cum exercitu Marloborugius, Landavium *a* obsidebat, quam etiam deditione cepit. Vlterius ad Mosellam progrediens, Treuirorum Augustam cum Saarburgo arce atque aliis vrbibus occupabat. Hassiæ etiam Princeps Trarbacum capiebat. Vix autem ver insequentem annum aperuerat, cum prima Fœderatorum expeditio ad Mosellam omnium animos occuparet, quæ tamen, cum ad Mosam feliciores facerent progressus Galli, mutato belli theatro, fuit frustranea. Ad superiorem Rheni ripam occupata per ducem Badensem Hagenoa, fœderatorum arma ad Argentoratum vsque extendebantur, fortalitium etiam Ludouici arctius includebatur. Præcipuus insequenti anno belli impetus in Brabantia, nisi quod Galli superatis fœderatorum ad Rhenum munimentis, Ludouici fortalitium liberarent, atque Hagenoam captis Germanis

præ-

a *Vid. die zu ihrem Vnglück und des Reichs Nachtheil fortificirte Stadt Landau, 1704. 4.*

præsidiariis, reciperent. Eodem anno CIↃ IↃ CCVI Bauariæ Elector Imperiali banno fuit notatus, Coloniensis vero Electorali dignitate & terris suis privatus. *a* Insequens annus CIↃ IↃ CCVII infelix erat Germanis, cum Maio mense Rhenum transirent Galli, & Germanos e munimentis suis, quæ ad Stolhofiam in Badensi tractu firmauerant, eiiciebant. Graues inde Sueuis fuerunt, a quibus ingentes argenti summas hauserunt. Vlteriores in ipsam etiam Bauariam fecissent, ni virtus Hannouerani Electoris iisdem restitisset, qui etiam per Mercium Comitem ad Offenburgum clade illos adfecit. *b* Nec fructuosum quid anno insequenti peragi potuit, dum adparatu necessario destitueretur Elector potentissimus, quibus Galli Bauariæ Electorem opponebant. *c* Anno CIↃ IↃ CCIX per Superiorem Alsatiam in

a factum hoc xxix Aprilis, Viennæ, Rinck *Leben Iosephi p.II.p.*106. Zchackwitz *p.*47.

b Leben Iosephi *p.II.p.*293.

c La Clef *Oct.*1708.*p.*283.

Burgundiæ Comitatum Mercio Duce irrumpere conabantur Germani, sed XXI Augusti per Comitem de Bourg ad Rumersheimium victi fuerunt, vt irrito conatu recedere cogerentur. a Anno CIↃ IↃ CCXI fatalis Iosephi mors Gallos in Germaniam inuitabat, ad turbandum electionis negotium, quam tamen probe defendit Sabaudiæ Princeps Eugenius. Anno CIↃ IↃ CCXII pleraque exercitus Germanici pars, dum Angli secederent, apud Belgas agebat, Würtenbergius tamen Dux Weissenburgum adoriebatur, vt Gallorum perrumperet munimenta, verum sine successu. b Continuabatur bellum, pace licet cum foederatis reliquis Traiecti conclusa, apud Germanos adhuc insequenti anno, nouiter indictum VIII Iulii c ita tamen, vt Galli copiis longe superiores Lan-

da-

a La Clef Octob. 1709. p. 288. Rinck p. II. p. 470.

b La Clef Oct. 1713. p. 266.

c La Clef Nov. 1703. p. 303.

dasium occuparent *a* quod Kl. Novembris Friburga fuit insecuta. *b* Hoc ipsum etiam pacem cum Germanis promouit.

Vltimo in ipsam Hispaniam bellum deuoluebatur, vt ex eadem etiam Galli, iniusti vsurpatores deiicerentur. Arduum primum videbatur atque difficile, cum Lusitanorum rex Gallis faueret. Verum, cum Gallorum amicitiam minus sibi commodam esse putaret, aduentante in Vlyssiponensem portum fœderatorum classe, horum *c* quoque partibus accessit. Antea iam Hispanorum classem argento diuitiisque onustam ad Vigos. *d* vel exusserant vel interceperant. Priores Galli bellum in Lusitania aperiebant, occu-

T 5 patis

a La Clef *Août* 1713. *p.* 105. *Sept. p.* 178. 221. *Oct. p.* 245. 258. vrbs capta xx Augusti.

b La Clef *Novembr.* 1713. *p.* 339. *Dec. p.* 383. *Ianv.* 1714. *p.* 45.

c ob signatum fœdus xvi Maii CIↃIↃCCIII.

d XXII, XXIII, XXIV Octobris CIↃIↃCCII plures naues bellicas ceperunt cum præda XXIII auri Myriadum (Millionen.)

patis minoribus quibusdam Lusitanorum castellis, quæ tamen, aduentante fœderatorum exercitu statim iterum derelinquere necessum habebant. Accedebat Gibraltar, *a* quod terra marique obsessum intra paucarum horarum spatium ad deditionem cogebatur, licet insequenti anno frustra eandem recipere tentarent Galli. Eodem anno CIↃ IↃ CCIV & in Lusitania bellum gerebatur, licet successu non satis felici, & in Catalonia, huius primaria sede, Barcellona terra marique obsessa & capta; atque ad deditionem *b* coacta. Hoc ipsum omnem fere Cataloniam cum pleraque Arragoniæ atque Valentiæ parte legitimo regi Carolo subiiciebat. Hæc recuperare conabantur Galli, Barcellonam etiam, quæ regem Carolum tenebat, magno vigore obsidentes. Verum, aduen-

tan-

a Quinque tantum horis obsessa, dedita v Augusti. CIↃ IↃ CCIV.

b IX Octobris CIↃ IↃ CCV deditio facta, cum ante ignito globulo occisus Georgius Darmstadtinus.

tantibus ad ſuccurrendum fœderatis, obſidionem immenſis ſumtibus cœptam, magno cum ſuorum damno relinquere *a* cogebantur. Animus erat Carolo Madritum pergendi, fuga interim Pampelonam elabente Philippo Andegauenſi, qui etiam regni inſignia ſecum ferebat. Sed, vel fœderatorum apud Hiſpanos diſſidia; *b* vel Hiſpanorum perfidia, vel alia quæuis felicem euentum impediebant, Carthagenam interea cum quibusdam oppidis Gallis recuperantibus. Subſequenti anno CIↃ IↃ CCVII grauida vxor Philippi Andegauenſis Hiſpanorum animos obfirmare videbatur, maxime dum iſta Ludouicum enixa, Aſturiæ Principem, quem magno gaudio exceperunt Hiſpani. *c* Infelix hic annus fœderatis, cum XXV Aprilis ad Al-

T 6 man-

a XII Maij ipſo eclipſeos die CIↃ IↃ CCVI.

b de his La Clef *Avril* 1708. *p.* 231. *Mai* 1708. *p.* 317. *Iuin p.* 399.

c La Clef *Ianv.* 1708. *p.* 26. natus autem XXV. Auguſti CIↃ IↃ CCVII. Baptizatus fuit VIII Decembris La Clef *Febr.* 1708. *p.* 81.

mantzam insignem cladem paterentur, cuius fructus fuit, vt omnem fere Valentiam Galli recuperarent, quam etiam Arragonia, Denia excepta atque Alicanta sequebatur. Ipsa Ilerda Cataloniæ vrbs post fortem defensionem Aurelianensi duci se dedebat, quam paullo post arx sequebatur. *a* Nec Lusitanis annus adeo felix, qui Serpam, Muram Alcantaram aliasque vrbes admittebant.

Nec felicior fœderatis erat annus CIↃ IↃ CCVIII, quo Tortosam, Aurelianensi duce Galli capiebant *b* Elisabetha tamen Christina, Guelphica Princeps, postquam Kl. Maii superioris anni Bamberga se catholicæ religionis sacris addixisset, *c* atque XVI Octobris Viennæ pro sponsa Caroli fuisset declarata, ex Italia in Hispaniam transvecta, Kl. Augusti solenni more Barcellonam intrat. *d* Inde classis Angli-

cana

a La Clef *Ianv.* 1708. *p.* 21.
b vrbs capta XI Iulii CIↃIↃCCVIII. La Clef *Aout* 1708. *p.* 88. *Sept. p.* 167.
c La Clef *Mars* 1708. *p.* 187.
d La Clef *Octob.* 1708. *p.* 246.

cana Sardiniam insulam, capta metropoli Calari, Augusto mense, Carolo legitimo Regi subiicit, *a* quam Septembri mense Minorca fuit insecuta, eandemque pro tutandis maris mediterrane commerciis, Angli sibi conservarunt. *b* Galli vero terrestribus copiis inferiores, XII. Nouembris Deniam vrbem capiunt, quam post quinque dies arx fuit insecuta, *c* & X Decembris Alicanta vrbs, *d* castello ad XVIII Aprilis vsque se defendente. *e* Et licet Tortosam, ciuium fauore, astuque militari recipere conaretur Starenbergius Comes, sine fructu tamen fuit expeditio. *f* Dum igitur apud Belgas de pace agi cœptum; Galli se in regni possessione magis firmare conabantur, Asturiæ Principi, Andegauensi gnato, in die Quasimo-

T 7 do-

a La Clef *Nob.* 1708. *p.* 329. *Dec. p.* 415.
b La Clef *Decemb.* 1708. *p.* 416.
c La Clef *Ian.* 1709. *p.* 28.
d La Clef *Febr.* 1709. *p.* 80.
e La Clef *Mai* 1709. *p.* 306. *Iuin p.* 370. *Iuillet p.* 3.
f La Clef *Febr.* 1709. *p.* 87.

dogeniti CIↃ IↃ CCIX ab Hispaniæ Proceribus fidelitatis iuramentum fieri volebant. *a* Eodem anno dum Lusitani Pacem Augusti obsiderent, victores Hispani VII Maii de Lusitanis ad Gudinam, *b* Balaguer vero ad Segram amnem Starenbergio cedere fuerunt coacti. Felicior fœderatis erat annus CIↃ IↃ CCX, quo primum ad *Almenaram* Arragoniæ, in Cataloniæ confiniis superiores, *c* post XX Augusti ad Cæsaris Augustam Arragoniæ metropolim insignem victoriam adepti, *d* quam prosequentes Castiliam intrant, & Madritum vsque pergunt, Andegavensi Duce cum Magnatibus ipsi fauentibus Vallisolertum, inde Victoriam Biscaiæ cum regni insignibus *e* & regia familia fugiente. Ast, dum Lusitani militem suum cum Cæsareo nol-
lent

a La Clef *Mai* 1709. *p.* 306. *Iuin p.* 371.
b La Clef *Iuill.* 1709. *p.* 5. *Août p.* 108.
c La Clef *Oct.* 1710. *p.* 229. factum prœlium VII Iulii. Rinck *p. II, p.* 568.
d La Clef *Oct.* 1710. *p.* 234. *Nov. p.* 301. Rinck *Leben Iosephi p.* 570.
e La Clef *Nov.* 1710. *p.* 318.

lent iungere, atque victus necessaria deficerent, Castiliam relinquere fuerunt coacti. Postquam etiam Gallo-Hispani nouo milite fuissent aucti, in reditu, Angli vna cum Duce suo Stanhopio in vrbe Briheuga fuerunt capti. *a* Secutum fuit insequenti die prœlium ad Villam vitiosam, *b* quo ipse Starenbergius Comes cum exercitu Cæsareo victus, in Cataloniam se recipere fuit coactus. Inde Cataloniæ Gironna a Gallis fuit capta, *c* qui copiis superiores Cæsareis præter Barcellonam & Tarraconam vix quidpiam relinquebant. Mortuo interim Iosepho Imp. Carolus in Germaniam inuitis licet Cataloniæ incolis regrediebatur, relicto Duce, qui Cataloniæ reliquias contra Gallorum insultus adhuc seruauit. Tortosam, Ceruaram & Gironnam frustra tentauit, *d* dum Galli armis essent su-

a x Decembris CIϽ IϽ CCX. La Clef *Febr.* 1711. *p.* 97.

b La Clef *Febr.* 1711. *p.* 101. *Mars* 1711. *p.* 154. Rinck *p. II. p.* 573.

c La Clef *Mars* 1711. *p.* 153.

d La Clef *Ianv.* 1712. *p.* 32. *Août p.* 88. *Ianv.* 1713.

superiores. Tandem vero, cum Angli Lusitanique armorum suspensione cum Gallis facta, copias suas reuocarent, atque Traiecti de pace ageretur, XIV Martii CIↃ IↃCCXIII conuenit, vt Cæsareus miles Catalonia in Italiam transfretaret, *a* quod etiam Iulio mense factum. Ast Cataloni auctore potissimum *Episcopo Barcellonensi*, deputationis Collegium formantes, collecto milite, post Starenbergii discessum, Barcellonam aliasque arces præsidio firmant, contra Hispanorum Gallorumque insultus easdem defensuri. *b* Varia quidem Galli tentabant pro Catalonis ad obsequium Philippi V reducendis, ipsi tamen sine restitutione atque confirmatione iurium ac priuilegiorum suorum hoc constantissime denegabant. Quod dum Galli recusarent, atque aditus omnes ad Barcellonam per menses aliquot præclusissent, tan-

p.39. Febr. 1713. *p.92. Mars* 1713. *p.157. Mai. p.377.*

a La Clef *Avril* 1713. *p.298. Mai p.306.*

b La Clef *Sept.* 1713. *p.159.*

tandem Maio mense vrbs obsidione fuit cincta. *a* Multam autem in vrbe hac defendenda fortitudinis famam ciues fuerunt adepti, ipso clero populum non solum ad resistendum inuitante, sed etiam inter milites fortissime dimicante. Qui post quadrimestrem obsidionem eandemque durissimam omni auxilio destituti, XII Septembris CIↃ IↃ CCXIV vrbem Gallis victoribus, qui muros iamdum assultu occupauerant, dedunt, vitæ saltim & bonorum libertatem paciscentes. *b* Maiorca supererat quæ Gallorum primum arma elusit, ad defensionem æque fortem parata, sed hoc ipso, quo hæc scribimus, tempore, astu magis quam armis Gallorum occupata.

Tandem etiam CIↃ IↃ CCVII in regnum Neapolitanum expeditio suscipiebatur. Ante quidem nobiles quidam Neapolitani motus concitauerant,

a Zustand von Europa 3. Quart. p. 698.
b inter obsidiones memoratu maxime dignas hæc est referenda, quæ describitur im Zustand von Europa 3. Quart. p. 710.

rant, quibus Neapolitanum regnum Gallis eripere tentabant, verum ab his statim fuerunt dissipati. Nunc Daunius Comes in regnum Neapolitanum feliciter intrans, vt capta Capua, ipsa metropolis facile se dederet, milites Hispani Caesareanis accederent, Gaeta demum adsultu caperetur. *a*

Hoc ipsum autem quod apud Italos gerebatur bellum, nouas turbas cum Papa concitabat, quarum origo altius repetenda. Multae jamdum inter Leopoldum Imp. atque Innocentium XII fuerant contentiones, de feudis quibusdam Italiae, quorum dominium directum Papa exercebat, Leopoldo hoc Imperio vindicante, atque possessores tanquam vasallos ad Imperialem Curiam euocante, Papa tamen contradicente. Augebantur turbae, postquam exeunte anno CIↃ IↃ CC Innocentius esset defunctus, Clemens XI ipsi sufficeretur, quem orta de successione Hispanica controuersia, & Galli & Austriaci in suas partes trahere co-

a La Clef Ianv. 1708. p. 39.

conabantur. Verum, licet medius inter partes litigantes haberi vellet, Papa magis tamen Gallis erat addictus, quorum copiis transitum atque commeatum in terris suis haut denegabat, Philippum pro Hispaniarum rege adgnoscebat. Accedebat mortis sententia aduersus Marchionem del Vasto *a* publicata, qui a partibus Cæsareis relicta Neapoli Romam se contulerat Cæsare ipsum protegente, & frustra protestante, Papa tamen quasi contra Ecclesiæ immunitates egerit, contendente, nec sententiam istam, rogatus licet a Lambergio, Cæsaris legato, reuocante, quare etiam Lambergius Romam relinquere iussus fuit. Mortuo interim anno CIↃ IↃCCV. Leopoldo, nuntius Papalis Imperiali aula interdicebatur, rationibus per Caunitium Comitem, Auditorem Rotæ Romanæ a Cæsaris parte constitutum coram Car-

a dictus Cesar d'Avalos, qui postea magnus Camerarius regni Neapolitani fuit factus & perpetuus Gubernatur Isciæ insulæ. La Clef *Août* 1708. *p.* 110.

dinalium Collegio adlegatis, qui etiam Cæsaris nomine satisfactionem postulabat, quæ in eo potissimum consistebat, vt reuocata sententia in Marchionem lata, Pauluccius Ferrariensis legatus, & quod Gallis nimium fauisset, poena adficeretur, atque abdicatis Gallis, Carolum III Papa adgnosceret Regem *Hispaniarum, Papa tamen hæc* recusante. Post fatalem autem Augustæ Taurinorum liberationem Cæsareus miles in terris Papalibus, & quæ Papam dominum directum venerantur, Parmensibus atque Placentinius hyberna quærebant. Hoc ægre ferens Papa, singulari bulla Duces militures excommunicat. Hac tamen parum proficiente, 11 Iunii CIↃIↃCCVIII litteras ad ipsum Imp. directas mittit, ipsum admonentes, vt desistat a proposito terras Papales inuadendi. Verum, nec dum desistente milite Cæsareo, grauiorem contra ipsum Cæsarem bullam publicabat, ipsum dignum iudicans excommunicatione. *a* Contra priorem ta-

a has bullas vna cum defensione contra easdem

tamen Bullam Imp. XXVI Ianuarii CIↃ IↃCCVIII mandatum Cæsar publicabat, eodem indicans, Papæ minime conuenire, vt in rebus secularibus, spiritualibus armis contendat, neque se a iure suo in Parmenses terras atque Placentinas posse desistere. *a* Tandem Maio

publicauit Io. Wolfgangus Iägerus, *Tubingæ* 1708. 4. In prima equidem ad Imp. epistola hæc verba: *noli, charissime fili noster, (nomine Domini Iesu Christi, cuius vices indigne gerimus, postremo te alloquimur) noli primitias florentis ætatis tuæ totius populi Christiani scandalo maculare, vt ab Ecclesia, quæ Christi Sponsa, Apostolorum eius iniuria Imperii tui primordia auspicari: Quod quidem vt plane intelligas, & meliora, Deo fauente, sapias, Maiestati Tuæ Apostolicam benedictionem amantissime impertimur.* In altera vero epistula bullata ita scribit: *desiste, fili, & ad reuerentiam Ecclesiæ debitam etiamnum animam Tuam reuoca: Obliuiscemur Nos iniuriarum, ac Te tanquam primogenitum Filium diligemus: Sed si perstabis in tanta intemperantia consilii, abiiciemus Patris clementiam, & in Te, tanquam rebellem filium, excommunicatione & armis si opus fuerit, animaduertemus.* Vid. etiam Zschackwitz *Leben* II. *Iosephi p.* 545.

a La Clef *Octob.* 1708. *p.* 259. Cardinalis Gri-

Maio mense CIↃ IↃCCVIII Cæsareus miles vna cum Mutinensi in Ferrariensem Ducatum irrumpebat, Comacium a occupantes, vtrumque tanquam antiquum Atestinorum Ducum patrimonium prætendente Mutinensi Duce, Comacium vero vna cum terra circumiacente sibi vindicante Imperatore, quod munitam atque suo præsidio fir-

mani etiam Neapoli decretum Imperiale publicabat, quo regnum Neapolitanum Papæ dominio directo subducere conabatur p. 258.

a Papa hunc Ducatum ex prætenso iure donationis Mathildianæ tenet, & licet dominium vtile Bonifacii, Tusciæ Comitis posteris fuerit relictam, hoc tamen extincto anno 1597. sine hæredibus, Alphonso II Clemens VIII Papa æque sibi vindicauit excluso Cæsare Atestino. Comacium vero ex donationibus veterum Impp. Ludouici potissimum Pii & Ottonis M. Papa prætendit. Scripta de hac controuersia publicata coniunctim prodierunt, sub titulo II. *Dominio temporale della sede Apostolica supra la Citta di Commachio in Roma* 1709. f. Iura Imperii vero vindicantur, in scripto cuius titulus: *Les Droits de l'Empire sur l'etat ecclesiastique à Vtrecht* 1713. 4. Vid. etiam la Clef *Août* 1708. p. 104. Rinck *Leben Iosephi* p. II p. 407.

firmatum adhuc tenet. Papa vero non ſolum Ferrariam vrbem præſidio ſatis amplo firmabat, ſed etiam conſtituto Ferdinando Marſilio Comite, Bononienſi, Duce militari, nouas copias conducebat, *a* reliquos etiam Italiæ Principes ad fœdus contra Gallos concludendum concitabat & Riuarolium Abbatem, conſpirationis cum Cæſareis reum, ad mortem fecit condemnari *b* dum interim Cardinales Imp. a propoſito auertere conarentur. *c* Deficiente vero rerum gerendarum neruo, Papa ex ſanctiori Sixti V. ærario, non niſi in extremam neceſſitatem reſeruato Cardinalium plerorumque conſenſu, quingenta aureorum millia deprompſit, pro belli adparatu. *d* Mittebatur equidem a Gallis Teſſius Mareſchallus de firmando cum Italiæ Principibus fœdere contra Imp. aſt, fœderatorum claſſe in Italiæ oris hærente, ſine fructu.

a La Clef *Août* 1708. *p.* 108. *Nov. p.* 354.
b La Clef *Octob.* 1708. *p.* 263.
c Extant litteræ ad Imp. deſuper ſcriptæ in La Clef *Decemb.* 1708. *p.* 430.
d La Clef *Decembr.* 1708. *p.* 438.

ctu. Instante demum Imp. legato, Marchione de Prie, exercituque ab vtraque parte Romam versus tendente, terrasque papales hostiliter inuadente, tandem ipso præfixo termino XV Ianuarii CIↃ IↃ CCIX cum Papa conuenit, ita, vt Carolum Hispaniæ regem adgnosceret, ipsum de regno Neapolitano inuestiret, copias ad quinque millia vsque dimitteret, Gallos relinqueret, milite Cæsareo transitum non denegaret, noua munimenta destrueret, controuersia vero cum Mutinensi, de ciuitate Comacio & prætensionibus Imperii in dominium directum Ducatus Parmensis & Placentinis amice per Commissarios componeretur. a

Quo facto, Cæsarei Ferrara atque Vrbani munimento, quæ arctius incluserant, reliquisque terris Papalibus relictis, Comacium saltem sibi seruabant. Vnicum hoc sollicitum reddebat Papam, qua ratione Carolum Regem Hispaniarum adgnosceret, cum

eos-

a La Clef *Avril* 1709. p. 255. *Mai* 1709. p. 318. Rinck *Leben Iosephi* p. II. p. 437.

eosdem honores titulosque iamdudum Andegauensi tribuerat. Diuersimode caussa agebatur in Cardinalium consessu, & dum Papa tergiuersaretur, instabat tandem Caesareus legatus, Papamque eo adigebat, *a* Hispanis Gallisque desuper protestantibus.

Nouum post hæc coortum bellum siue tumultus potius in Vngaria. *b* Caussam dabat Franciscus Ragotzius *c* & qui cum eo faciebant, Comes Berezinius, Baro Sirmaius vna cum aliis.

U *a* Hi

a La Clef *Mai* 1709. *p.* 329. *Iuill. p.* 27. *Dec. p.* 441. *Oct.* 1710. *p.* 254. Papa primum litteras ad Carolum scribebat, quibus ipsum Regem Catholicum in Hispania adpellabat, his tamen reiectis, ipsum sine limitatione Hispaniarum regem adpellare fuit coactus.

b Multæ iam ante Vngarorum querelæ de oppressa religione & iuribus regni, maxime quod pleraque maiora officia Germanis demandarentur: hinc plures semper inter potentiores, qui domui Austriacæ aduersarentur.

c Hic domui Austriacæ iamdum ab anno CIↃ IↃ CXCIV aduersus, eo quod Imperator ipsi & titulum Principis imperii & bona vitrici sui Töckelii, filio ipsius donata denegaret. *Vid. Histoire du Prince Ragotzy.* Describitur etiam vita ipsius im Bücher-Saal *III. Eingang n. X.*

a Hi enim inuicem de extirpanda *b* domo Austriaca capiebant consilia, Gallosque in partes vocabant. Feliciter res fuit detecta, *c* auctor conspirationis Ragotzius custodiæ mandatus & Neustadti CIↃ IↃ CCI fuit detentus. Verum fuga elapsus Ragotzius *d* in Polonia aliquantisper hærebat, exinde in Vngariam reuersus, turbas ibidem concitabat. Capitis igitur Viennæ damnatus, *e* ab anno CIↃ IↃ CCIII aperto Marte contra Imperatorem agebat. Sub initium quidem facile omnia sopiri posse putabatur. Verum, cum Ragotzio multa militum millia accede-

a LXXXII. Vngarorum & Transyluanorum dynastæ conspirationis dicuntur socii. *Vita Leopoldi p.* 892.

b Consilia erant, vt Imperatorem, dum æstiuo tempore Laxenburgi hæreret, cum omni familia enecarent. Hoc vt efficerent, plures iam copias contrahere conabantur *c.l.*

c per Longueuallium centurionem, Ragotzii ad Gallos delegatum.

d obstetricante Lehmanno centurione VII Nouembris CIↃ IↃ CCI *Vita Leopoldi p.* 900. La Clef *Mars* 1711. *p.* 210.

e Rinck Leben Iosephi *p.*465.

derent, maiori cura aula Imperatoria eo adlaborabat, vt ciuiles turbæ ſedarentur. Diuerſis quidem conflictibus inferior Ragotzius, multas tamen vrbes, atque inter has, illas, quæ montanæ dicuntur, Zolnockium, Tokayum, Zatmariam, Caſſouiam, Agriam atque alias occupabat. Quin & Presburgum, immo ipſam Viennam a terrebat, vt Eugenium Allobrogum ducem mitteret Imperator, qui curam belli haberet & defenſionis. Interim ineunte anno CIↃ IↃ CCIV. Anglorum Belgarumque legati omnia tentabant, vt diſcordias feliciter componerent, ſed fruſtranea opera. Vlterius enim pergebat Ragotzius, in Tranſyluaniam vsque progrediens, ibidemque multo adplauſu accipiebatur. Inde rediens Mongatſchium occupabat, Tokayum & Zatmariam a Cæſareis captas recuperabat, immo in Moraviam vsque arma extendebat, exinde redux Segedinum capiebat, & paullo poſt Neuheuſelium. Licet hinc inde cla-

a Ipſis natalitiis Imperatoris.

clades quasdam experiretur, inter quas illa ad Iaurinum *a* præcipua, & paullo post ad Tirnauium, *b* Transiluania etiam liberata. *c* Insequenti anno denuo ab Anglorum Belgarumque legatis tentabatur compositio, quæ tamen ob iniquissima Vngarorum postulata *d* effectu caruit, cum facile pateret, Ragotzium in bello potius quam pace salutem quærere. Hine etiam mortuo licet Leopoldo, bellum quasi redintegrabatur. Ragotzius plerumque superior, fines Austriæ atque Morauiæ terrebat, Ad Tyrnauiam etiam

a XIII Maii CIↃIↃCCIV dum Heisterius, Dux Cæsareus Forgatschium Comitem clade adficeret. *Vita Leopoldi p.* 1088.

b eodem duce XXVI Decembris p. 791.

c Duce Rabutino, qui Clausenburgum a rebellibus obsessum liberabat p. 1090.

d Postulata hæc erant: vt liberum ius electionis restitueretur. Transiluania sub feudi lege Ragotzio cederetur, Berezinius regni Palatinus crearetur, Germani ab officiis excluderentur, liberum exercitium religionis euangelicæ restitueretur, Iesuitæ e regno Vngariæ eiicerentur, priuilegium Andreæ Regis reduceretur. *Vita Leopoldi p.* 1084. Rinck *Leben Iosephi p. II. p.* 85.

etiam & Transyluaniæ fines fuit pugnatum. Ineunte anno CIƆ IƆ CCVI Edenburgum arctius obsidebant rebelles, eandemque ignitis globulis iniectis vexabant, nihil tamen efficientes obsidionem soluebant. Nihilominus insulam Schütt occupabant, Budam aliasque vrbes ad Danubium includebant & Austriæ fines terrebant. Soluto bimestri armistitio, *a* Ragotzius Strigonium capiebat, a Stahrenbergio comite paullo post recuperatum. Magna igitur Transyluaniæ parte occupata, Principem se Transyluanorum CIƆ IƆ CCVII proclamari *b* fecit Ragotzius, publicato in conuentu contradicentium Onothi Interregno, licet aduentante cum exercitu Rabutinio Comite, omnis Transyluania ad obsequium veri domini reduceretur. Annus interea conflictibus saltim agebatur, & Leopoldinum a Ragotzio obsessum per Stahrenbergium Comitem libera-

 ba-

a Rinck *Leben Iosephi p. II. p.* 194.

b Relatio autumnalis p. 23. *Nachricht von dem Zustand der Evangelischen Religion in Siebenbürgen,* 1708. 4. *Leben Josephi p. II. p.* 339.

batur. Dum igitur ad has turbas componendas animum Imp. inclinaret, Comitia indicit Aprili mense CIƆ IƆ CCVIII Presburgi habenda, quæ tamen effectu fuerunt destituta, Hungaris iurium ac priuilegiorum suorum restitutionem postulantibus. *a* Eodem anno III Augusti, Cæsarei, Heisterio Duce de rebellibus insignem ad Trentschinum reportarunt victoriam, *b* quam occupatio Neutræ fuit insecuta, quæ ipsam pacem promouit. Inde Neoheuselium arctius includebat, idemque ignitis globulis infestabat, sed cum probe defenderetur, relinquere fuit coactus. Vlterius progrediebatur, atque montanas vrbes occupabat, quas recuperare Ragotzius frustra nitebatur. *c* Feliciores Cæsaris sequebantur progressus, dum XII Iulii CIƆ IƆ CCX Neoheuselia dederetur, *d* quam XVII Octobris Zolnockum se-

que-

a Rinck *Leben Iosephi p. II. p.* 422. La Clef *Oct.* 1708. *p.* 277.
b Rinck *p. II. p.* 431. La Clef *Oct. p.* 279. *Nouemb. p.* 363.
c Rinck *p. II. p.* 434.
d Rinck *p. II. p.* 581. La Clef *Dec.* 1710. *p.* 417.

quebatur, *a* hinc Cassouia, aliæque ab rebellibus arces occupatæ recuperabantur. *b* Hi igitur viribus se inferiores videntes, ipso Ragotzkio, qui eosdem concitauerat, cum multis thesauris in Poloniam secedente, magis magisque ad pacem inclinabant, quæ etiam, publicata primum generali amnistia, XXIX Aprilis CIↃ IↃ CCXI fuit insecuta, *c* hoc modo, vt singulis bona ablata restituerentur, grauamina regni in proximis Comitiis examinarentur, diiudicarenturque. Vix signatæ atque ab Vngarorum deputatis iuramento firmatæ erant pacis tabulæ cum Iosephus mortem cum vita commutaret, successione Carolo VI delata, cui Vngari statim se subiiciebant, qui etiam XXI Aprilis CIↃ IↃ CC XII in Regem Vngariæ fuit coronatus *d* atque celebratis Presburgi Co-

U 4 mitiis

a Rinck *p. II. p.* 583.
b La Clef *Mars* 1711. *p.* 181.
c La Clef *Mai* 1711. *p.* 323. *Iuill. p.* 57. 59. Rinck *p. II. p.* 591. Electa Iur. Publ. *Tom. III. p.* 753.
d La Clef *Iuin p.* 1712. *p.* 427. *Iuill.* 1712. *p.* 43. Août *p.* 111.

mitiis de ordinando componendoque Prouinciæ statu fuit sollicitus.

Præter bella, diuersæ adhuc in statu ciuili mutationes. Mortuo Gulielmo Anglorum rege, relictas ab eodem terras materno iure ex perpetuo Arausionensium *a* fidei commisso petebat FRIDERICVS, rex Borussorum. Litem mouebant *Galli, qui sibi putabant* clientelarem esse Arausionensem Principatum, Ludouico Contiacensi *b* Principi eundem deferentes. Ioannes Guilielmus Friso ex testamento defuncti regis hæreditatem petebat. Guilielmus Hyacinthus Nassouius ex iure adgnationis, *c* vt alios, quorum *d* iura non

a *Vid, Summarischer Beweis des unwiedersprechlichen Rechts Sr. Kön. Mai. in Preussen auff die Succession seines Herrn Grosvaters Printz Friedrich Henrichs von Oranien.* 1702. 4.

b *Eur. Herold. p. 2. p.* 779.

c *Aduis Impartial d'un Aduocat de Bruxelles dans l'affaire de la succession des biens d'Orange entre Sa Maiesté le Roy Prusse & S. A. le Prince de Nassau Siegen à Cologne* 1704. 8.

d Erant isti princeps vidua de Nemours, Princeps d'Isenguin & Comes de Matignon, hæredes domus Longueilleæ.

non adeo firma, taceamus. Interea pacto *a* ad interim res ita composita, vt Borussorum regi obuenirent omnia, quæ Friderici Henrici fideicommisso continerentur: reliqua a Guilielmo III adquisita, Io. Guilielmi Frisonis essent: Arausionensis Principatus paci reservaretur. Per sententiam vero in Senatu Brabantino XXVI Maii CIↃ IↃ CC VIII latam, Frisoni terræ Arausionenses in Brabantia fuerunt adiudicatæ. *b* Dum vero Maio mense ipse Borussorum Rex Fridericus ad terminandas has controuersias Belgium adiret, post varios conuentus cum Frisiæ Principe fere ad compositionem ventum erat, sed dum Princeps Hagam festinaret, ad Mordicum infelici fato fuit submersus, *c* cuius vidua paullo post posthu-

U 5 mum

a Hoc pacto Comitatus *Meurs* haut ita pridem in Principatum euectus, & Lingen, pagus Ryswick, Honslaerdyck &c. Borussorum Regi obvenerunt. Frisoni Sosdyck, Loo, Bühren, Isselstein, Lerdam. Pretiosorum Belgæ manebant sequestri. *Eur. Herold, c. l.*

b La Clef *Mai* 1711. *p.* 351.

c La Clef *Sept.* 1711. *p.* 205.

mum fuit enixa, cuius ætas pupillaris finem negotio imponere nondum permisit. Paullo post accedebat Borussicæ domui Comitatus Tecklenburgensis a Solmensi *a* Comite pretio emtus. Nec dum finis crescentis indies potentiæ, cum mortua Nemorensi Ducissa, Gallis licet acriter contradicentibus, *b* supremum Neoburgensis Principatus dominium ad potentissimum Regem tanquam Cabillonensis familiæ legitimum hæredem ex decreto *c* ordinum deuolueretur, Gallorum Prin-

ci-

a *Rel. Autumn.* CIↃ IↃ CCVII. p. 75.

b Plures erant, qui hæreditatem peterent. Horum præcipui Marchio Durlacensis, Princeps Contiacus, Princeps Nassouius & Sabaudus ex domo Carinianensi. Reliqui Galli erant. Vid. *Monatl. Staats-Spiegel Sep.* 1707. *Relat. Autumn. c.* 6. *Hamb. Histor. Remarquen.* 1707.

c Publicatum III Nouembris CIↃ IↃ CCVII. Iura Borussica declarauit Nic. Hieron. Gundling in *Historischer Nachricht von der Grafschafft Neufchatel.* Hunc postea Io. Petrus Ludewig sub nomine Petri von Hohenhard *im Preussischen Neuburg* fuit secutus. La Clef *Ianv.* 1708. *p.* 45. *Mars* 1708. *p.* 178. *Mai* 1708. *p.* 342. *Iuin p.* 425.

cipibus qui successionis iura prætendebant, desuper protestantibus, Helvetis etiam Gallorum minas eludentibus, hoc tamen concedentibus, vt Nourcastrensis Ducatus medium se teneret, nec ab illa parte aduersus Gallos ageretur. *a* Sic etiam per Fridericum Regem expectatiua in Megapolitanum Ducatum antiquitus iamdum constituta, fuit repetita, pactis non solum, sed etiam ab Imp. confirmata, titulo etiam Megapolitano adsumto. *b*

Præter bella, diuersæ adhuc in Statu ciuili Mutationes. Lugebat Germania mortem Iosephi Imp. XVII Aprilis CIↃ IↃ CCXI extincti. Et, dum sine mascula prole decederet, *c* Leopoldi vidua, Eleonora Magdalena, terrarum administrationem suscipiebat, Carolo, Hispaniarum Rege successore decla-

 rato,

a La Clef *Mars* 1708. *p.* 185. *Avril p.* 272. *Iuin p.* 425. *Iuillet p.* 24.

b Acta & caussa huius pacti reperitur in Electis Iur. Publ. *Tom. I. f.* 3. *p.* 205. *Tom. II. p.* 146.

c Vitam Iosephi Ri[illegible]kius scripsit, *Coloniæ* 1712. 8. & Zschackwitzius, *Lipsiæ* 1712. 8. editam.

rato, qui ideo ad suscipiendum provinciarum regimen e Barcellona in Italiam transfretabat. Indictis interim a Moguntino ad diem XX Augusti CIↃ IↃ CCXI Electionis Comitiis, & finitis de Capitulatione *a* deliberationibus, excluso Coloniensi atque Bavaro, qui desuper protestabantur, *b* XII Octobris Carolus VI in Regem Romanorum, futurum Imperatorem fuit electus, idemque solenni more proclamatus, misso etiam Carolo prin-

a Ante iamdudum in Comitiis IV, VI & VII Iulii de plerisque articulis perpetuæ Capitulationis inter Electores atque Principes, post multorum annorum concertationes, in Comitiis conuenit, ex quo fundamentum Capitulationis Carolinæ. Extat ista Capitulatio perpetua in Ant. Fabri *Staats-Cantzeley. Tom. XVII. c. XII. n.* 44. Plenius de eodem negotio egerunt, Dnus de Münchhausen in dissertatione sua *de Capitulatione perpetua*, *Zschackwitz in Vita Iosephi p.* 705. Synt. Iur. Publ. *diss. VI. d. XXXI. sqq.* Electa Iur. Publ. *Tom. II. p.* 583.

b Extat hæc protestatio in Diario Electionis Caroli VI *p.* 42. La Clef *Août* 1711: *p.* 113. Horum caussam etiam agebat Nuntius Papalis Albani, sed frustraneo conatu.

principe Palatino Mediolanum cum litteris Electoralibus, quibus factam electionem significarent, ad nouiter electum, qui accepta electione, Francofurtum properabat, vbi XXII Decembris solenni pompa fuit coronatus. *a* Curam inde Imperii suscepit, de bello paceque sollicitus, quem Deus diutius seruet. Dum interim sine prole sit, ad euitandas de successione controuersias XVII Aprilis CIↃ IↃ CC XIII Mariam Iosepham, Iosephi primogenitam omnium regnorum & prouinciarum Austriacarum declarauit hæredem, si absque liberis fuerit defunctus. *b* Anno CIↃ IↃ CCXIV præterlapso hodierna Augusta solenni pompa Vngariæ Regina fuit coronata. *c*

Annus CIↃ IↃ CCXIII erat, cum XXV Februarii præcipiti fato moreretur Borussorum Rex Fridericus, relicto

U 7 ti-

a Diarium electionis & Coronationis Caroli VI publicatum fuit *Francofurti* 1712. *f.* La Clef *Decemb* 1711. *p.* 394.

b La Clef *Iuill.* 1713. *p.* 43.

c Zustand von Europa *IV. Quartal p.* 1001.

filio ac hærede dignissimo Friderico Guilielmo, qui reditus atque potentiam regni & prouinciarum plurimum adauxit. *a* In reliquis Germaniæ Prouinciis variæ subortæ controuersiæ, varia fuerunt immutata. Anno cIↄ Iↄ ccI controuersia de Coadiutore Lübecensis Episcopi suboriebatur, quod æque *Danorum Princeps Carolus*, ac Gottorpiensis, Christianus Augustus petebat, eo quod per Recessum cum Capitulo anno 1647. conclusum, successio in Episcopatu Lubecensi ad domum Gottorpiensem per sex generationes fuerit restricta. Fauere equidem Cæsaris aula Danis videbatur, obtinuit tamen mortuo cIↄ Iↄ ccv Augusto Friderico, Christianus Augustus, & per conuentionem Alt-Ranstedtensem cum Cæsare factam, Gottorpiensis successio in Episcopatum denuo fuit confirmata. *b* Anno cIↄ Iↄ cciv Marloborogius ob merita, concessa ipsi Min-

a La Clef *Avril* 1714. *p.* 295.
b De hac controuersia plenius in Fabri *Staats-Cantzeley Tom. X. c. XIV.*

Mindelheimensi dynastia, sub Principatus nomine, in Principum Imperii Collegium solenni ritu fuit cooptatus, *a* qua tamen post pacem Badensem iterum caruit. Anno CIↃ IↃ CC VIII Io. Wilhelmus, Palatinus Elector, proscripto Bauaro, in locum pristinum inter Electores fuit restitutus, & de eodem atque superiori Palatinatu XXIII Iunii CIↃ IↃ CCVIII ab Iosepho Imp. inuestitus. *b* Eodem anno controuersia de nono Electoratu penitus fuit composita, atque Georgius Ludouicus, cum antea Imperialis militiæ præfecturam suscepisset, XII Septembris communi trium Collegiorum consensu, in Collegium Electorale fuit introductus, *c* eodemque tempore Bo-

a Extant hæc acta sigillatim descripta *in Erhöbung in Reichs-Fürstenstand und Introduction in das Reichsfürsten-Raths-Collegium des Hertzogs von Marlebborough, Francfurt* 1707. 4. Zschackwitz *Leben Iosephi p.* 431.

b Fabri Staats-Cantzelley *Tom. XIII. c. X.*

c Extant hæc acta in Fabri *Staats-Cantzeley Tomo XIII. c. IX.* Zschackwitz *Leben Iosephi*

Bohemiæ Rex in idem Collegium iterum fuit admissus. *a* Dum etiam de archivexilliferatus officio controuersia fuisset, Hanoueranus Elector XII Aprilis ↀ Ↄ CCX de archithesaurarii munere, quo Palatinus cesserat, fuit inuestitus. *b* In Monasteriensi Episcopatu, defuncto ↀ Ↄ CCVI Friderico Christiano Plettenbergio, multæ de successione fuerunt contentiones, Belgis atque Circuli Westphalici Principibus Paderbornensi Episcopo, Wolfgango Metternichtio, Cæsare vero Carolo Iosepho, Osnabrugensi Episcopo, Lotharingiæ Principi, faventibus, isto ob Papæ confirmationem Episcopatum obtinente. *c* In Hildes-

p. 85. Bücher-Cabinet *p. VIII. p.* 368. Electa Iur. Publ. *Tom. I. n.* 1.

a Vid. Faber *c. l.* Io. Pet. Ludewig *de Iure suffragii Regis Bohemiæ Halæ* 1709. 4. 16. Nic. Hertius *de renouato R. G. Imperii & Regni Bohemiæ nexu, Giessæ* 1709. 4.

b Electa Iur. Publici *Tom. II. p.* 55.

c Extat de electione hac dissidiosa scriptum, sub titulo: *die Münsterische Bischofs-VVahl.* Vid. Fabri *Staats-Cantzelley Tomo XI. c. XII.* Zschakwitz *p.* 242. Bücher-Saal *p. V. p.* 828.

desheimensi Episcopatu cum Catholici non cessarent Euangelicos turbare, atque Recessui inter Episcopum & Duces Brunsuicenses de libero exercitio religionis & iuribus Ciuium CIƆ IƆ C XLIII concluso contrauenirent, Hannoueranus Elector horum grauaminibus motus, metropolim non solum sed etiam Peinam & reliquas Episcopatus vrbes Februario mense CIƆ IƆ CCXI occupauit, & licet de turbata pace publica, Capitulum, Episcopo suo destitutum, *a* in Comitiis conquereretur, publicis tamen scriptis factum suum defendit Elector. Tandem XI Iulii CIƆ IƆ CCXI per Recessum inter Capitulum atque Ordines Prouinciales conclusum, pleraeque controuersiae fuerant sopitae. *b* Camerale Iudicium quod

a Mortuus enim Iodocus Edmundus Episcopus XIII Aug. CIƆ IƆ CCII, Coloniensi Electore, qui Coadiutor erat, ob Gallicam societatem, ad Episcopatus successionem nondum admisso, quam per pacem nuperam demum fuit adeptus.

b Scripta super hac controuersia edita reperiuntur in Zschackwitzii *Leben Iosephi p.* 977. La-

quod ob diuersas Assessorum lites, quas inter se habebant, CIↃ IↃ CCVI clausum fuerat, accepit ab Imperio certos Principum Deputatos, qui controuersias componerent, medelam adferrent multis, qui hucusque fuerunt defectibus. In his per triennium fuerunt occupati, vsque dum deposito Pürckio *a* Iudicium, nondum compositis omnibus XXVIII Ian. CIↃ IↃ CCXI iterum aperirent. *b* Anno CIↃ IↃ CCVIII coe-

Clef *Abr.* 1712. *p.* 258. Bücher-Cabinet *p. IV.* §. 12. *p.* 740. Electa Iur. Publ. *T. III. p.* 3. 187. 357. 401. 433. 612.

a Controuersiæ erant ob Wigandum assessorem, Herbipolitani Episcopi olim Cancellarium, qui contra Episcopum multa attentabat quæ ipsius dignitati contraria. Et cum ipsum Camerale Iudicium defenderet, hic contra Cameram agebat. Accedebat receptio Baronis de Ow Austriaci, & Comitis de Nytz Bauarici Adsessoris, quam impedire alii conabantur, ex quo non dissidia solum inter Assessores sed ipsos etiam Præsides, Ingelheimium & Solmensem, inde iustitium. Vid. Zschackwitz *p.* 392. Bücher-Saal *p. V. p.* 864. Electa Iur. Publ. *Tom. I. p.* 906. *Tom. II. p.* 402.

b Solennia circa aperturam huius iudicii singu-

cœperunt motus Hamburgenses, Krumbholtzio pastore ciues contra magistratum incitante. Hi igitur multos senatores, qui ipsis contrarii, ab officio remouebant, Senatum reddendarum rationum postulabant, vt exinde tumultus & turbæ intestinæ orirentur, quæ, non nisi aduentante in vrbem Circuli Saxoniæ inferioris milite, poterant sopiri. Tandem per Cæsaris & Principum Circuli Saxoniæ inferioris legatos Krumbholtzio ad perpetuos carceres condemnato, controuersiæ inter Senatum atque Ciues singulari Recessu fuerunt compositæ [a]. Nec reticendus est tumultus Coloniensis, ipso Paschatis festo xxx Aprilis CIↃ IↃ CCVII motus, ob Reformatæ Religionis in Borussiæ Residentis domo factum publicum exercitium, multa ciuium atque studiosorum multitudine

lari scripto describuntur. Vid. Electa Iur. Publ. *Tom. III. p. 242.*

[a] Rinck *Leben Iosephi p. II. p. 376.* La Clef *Avr. 1711. p. 260.* Bücher-Cabinet *p. VII. p 227.*

dine in domum irrumpente, quam etiam euertissent, ni a magistratu fuissent impediti. *a* Borussorum interim Rex debitam violati gentium iuris satisfactionem petebat, agebatur igitur de Congressu, *b* in quo haec componeretur controuersia, tandem interuentu Palatini Electoris & Monasteriensis Episcopi XVI *Ianuarii* CIↃ IↃCCIX ita conuenit, vt vsque dum bellum duraret, Protestantibus in vrbe liberum Religionis exercitium concederetur, damna in domo facta repararentur, & Magistratus coram Rege se debite excusaret, quod etiam ab ipso Electore, protestante licet Papali nuntio, fuit confirmatum. *c*

Multae, praeteritis annis apud Anglos rerum conuersiones motusque fuerunt. Galli de restituendo in Scotiae regnum Iacobo III quem vocant, erant

a La Clef *Iuin* 1708. *p.* 433.
b La Clef *Nov.* 1708. *p.* 357. *Decemb.* *p.* 439.
c La Clef *Mars* 1709. *p.* 189. *Avr.* *p.* 263. 329. Rinck *p. II. p.* 461. Bücher-Cabinet *p. VII. p.* 270. Electa Iur. Publ. *Tom. I. f. II. p.* 366.

erant solliciti, quem, inuitantibus quibusdam Scotiæ proceribus, vna cum classe, Fourbinio duce, in Scotiam mittebant, *a* Edinburgum XXIII Martii CIↃ IↃ CCVIII adpellentes, verum Scotis in auxilium non venientibus, pedem ibidem figere haut ausus, adventante Anglorum classe, postero die, amissis nauibus quibusdam, in Franciam fuerunt reuersi. *b* Shovelius Admiralis, ex mari Mediterraneo, post infructuosam istam Telonis Martii obsidionem redux, ad Sorlingas insulas, Angliæ vicinas naufragium passus, mersusque fuit. *c* Anno CIↃ IↃ CCVIII Iulio mense classis Anglorum multis copiis instructa, Galliæ oras frustra tentabat. *d* Hoc ipso anno varii apud Scotos motus fuerunt suborti, dum multi Principi suppositio fauere videbantur, quare etiam Eden-

a La Clef *Avril* 1708. *p.* 258. 286.
b La Clef *Mai* 1708. *p.* 359. 377.
c La Clef *Ianv.* 1708. *p.* 60.
d La Clef *Août* 1708. *p.* 134. 137. *Sept. p.* 212. *Oct. p.* 295.

Edenburgum maioribus adhuc munimentis firmabatur, varia etiam edicta contra pontificios publicabantur. *a* Augebantur motus isti, dum quinta redituum pars ad publica onera ferenda imponeretur, eadem apud Anglos pariter atque Scotos habita ratione, qui tamen sibi minora imponi onera volebant. Res pene tumultum erat, Scotis pene de dissoluenda vnione cogitantibus. *b* Hoc ipso anno CIↃ IↃ CCVIII VIII Nouembris mortuus fuit Georgius Daniæ Princeps, Reginæ maritus. *c* Tandem vero ferales isti motus, qui necdum satis fuerant sopiti, apud Anglos ceperunt. Henricus Sacheuerellius enim, Ecclesiæ Anglicanæ Presbyter, duobus sermonibus publicis, *d* non Presbyterianis saltim fue-

a La Clef *Sept.* 1708. *p.* 210. *Oct. p.* 292. *Dec. p.* 446.

b La Clef *Febr.* 1710. *p.* 222.

c La Clef *Ianu.* 1709. *p.* 75.

d Primus in publico consessu Derbiensi habitus XXVI Augusti 1709. XVI Nouembris Londini alter in templo Cathedrali S. Pauli coram Maiori, Scabino & Ciuibus Londinensibus in

fuerat contrarius, ſed etiam Guilielmo III immo adminiſtrationem ſub Anna Regina, Eccleſiæ Anglicanæ periculoſam eſſe profiteri auſus fuit, falſis quibusdam, quos adpellabat fratribus, Eccleſiæ quietem turbare conantibus. Maxime vero conuenire dicebat, vt Regibus ſine vlla limitatione obedientia exhibeatur. Inferiori igitur Parlamento Sacheuerellium deſuper accuſante, iſte non ſolum captiuitati tradebatur, ſed etiam cauſſa eiusdem in vtroque Parlamento agebatur, Sacheuerellio non ſolum ſe multa cum libertate defendente, ſed etiam multis in ſuperiori potiſſimum Parlamento exiſtentibus, qui ipſum defenderent. Tandem vero Kl. Aprilis CIↃ IↃ CCX ſententia fuit pronuntiata, vt combuſtis per lictorem ipſius concionibus, ipſi per triennium omnes pro ſuggeſtu conciones prohiberentur. Populus igitur grauius quid metuens, de hac Sacheuerellii liberatione multa

edi-

die anniuerſario Coniurationis ſulphureæ. La Clef *Febr.* 1710. *p.* 124.

edidit signa lætitiæ. *a* Diuersi inde apud Anglos motus, binis subortis factionibus, rigidorum siue Episcopalium, qui strictam Regi obedientiam fieri debere profitebantur, qui vulgo *Toris* dicuntur & mitiorum, siue Presbyterianorum, qui vulgo *Wighs* vocantur. *b* Hi potiorem partem regiminis adhuc tenebant, Marloborugio cum generis & reliqua familia, atque amicis has partes fouente. Hi dum bellum paci, quam Galli anxie quærebant, præferendum esse arbitrarentur, vsque dum Galli ad incitas essent

a Quid in Parlamento cum Sacheuerellio fuerit actum docet scriptum. *Les Avocats pour & contre le Dr. Sacheverell, à Amsterdam* 1711. 8. La Clef *Febr.* 1710. *p.* 124. *Mars* 1710. *p.* 206. *Avril p.* 264. *Mai p.* 334. *Iuin p.* 399.

b Nec tamen noua hæc nomina, quin potius a longo iam tempore audita, licet pro temporum atque circumstantiarum ratione variæ fuerint significationis. Vid. *Histoire Secrete des Intrigues de la France, à Londres* 1713. 8. *præcipue Tom. III. p.* 3. *& sqq.* De his vide singulare scriptum *Fautes des deux cotes'* La Clef *Iuillet* 1714. *p.* 47.

ſent redacti, contrariæ factionis Duces inter quos præcipui erant Harlæus, Oxonii Comes factus, & Bullingbrockius, qui Gallis magis fauebant, artibus ſuis tantum proficiebant, vt Reginæ per Mashamiam, primæ apud eandem dignitatis fœminam, perſuaderent, mitiores bellum prorogando non niſi ſua quærere, dum rigidorum factio Reginæ plurimum eſſet deuota. His perſuaſionibus mota Regina, Marloborugium cum omni familia, & Presbyterianorum factione ab aula mouet, rigidorum factione omnia aulæ & militiæ officia occupante, Ormontio etiam Duce Marloborugio in ducendo militari exercitu ſuffecto. *a* Hi igitur

X omnia

a Non deerant, qui Duci imputari vellent, ipſum propria commoda bono publico prætuliſſe, pecunias multas cum Reip. diſpendio corraſiſſe. Hinc diuerſa ſcripta contra ipſum fuerunt publicata, vtpote *la Lettre à l'Auteur de l'Examinateur, Hiſtoire ſecrete d'Arlus & d'Odelphus* his & reliquis reſpondent *Lettres & Memoires ſur la preſente Guerre & ſur les negotiations de Paix à la Haye* 1712. 8. quæ etiam in ſermonem vernaculum fuerunt trans-

omnia negotia disponentes, animos pro Gallorum arbitrio ad pacem inclinabant, quæ horum consilio conclusa, Europæ extitit fatalis. Licet nunc singulorum acta scriptaque plenius indagentur, Oxfordio captiuo facto, Bullingbrockio & Ormontio ad caussam dicendam vocatis, *a* de quo euentus docebit. Inter hæc Guiscardius

latæ. Defendit illum quoque *La Conduite de Son Altesse le Prince & Duc de Marlbourough dans la presente Guerre, à Amsterdam* 1712. 8. Contra factionem illorum, qui Wighs dicuntur, prodiit: *La Conduite des Alliez & du dernier Ministere dans la presente Guerre,* ad quod respondet *La defense des hauts Alliez & du dernier Ministere de la Grande Bretagne contra la France & ses Partisans.* Quid cum Marloborugii familia apud Anglos fuerit actum, docet La Clef *Aout* 1711. *p.*130. *Mars* 1712. *p.*194. *Avril p.*268. *Oct. p.*276.

a Prodiit haut ita pridem *Rapport du Comitté Secret nommé par la Chambre basse, à Amsterdam* 1715. 8. *& Articles d'accusation de haute Trahison, d'autres Grands Crimes, & de Malversation contre Robert Comte d'Oxford. Aux quels on a aiouté Les Chefs d'Accusation contre Iacques Duc d'Ormond & contre Henri Vicomte de Bolingbroke, à la Haye* 1715. 8.

dius Marchio ob commercium cum Gallis captiuus factus atque Iudicum examini relictus, inter quos Harlæus erat, hunc arrepto cultro vulnerat, ſed ipſe a reliquis qui aderant, diuerſis vulneribus adflictus, XXVIII Martii fuit extinctus. [a] Augebantur interim Gallorum partes apud Anglos per nouos constitutos Miniſtros, dum nec deeſſent, qui de reſtituendo in regno Iacobi II filio putatiuo conſilia agerent. Hinc apud Scotos Gordonia Princeps Aduocatorum Collegio Numiſma offerebat cum ipſius imagine atque inſulis Britannicis, adiecta inſcriptione REDDITE, quod variis motibus anſam dedit. [b] Hoc rerum ſtatu pacis negotium apud Anglos magis promouebatur, maxime, dum in Parlamento inferiori XVI Februarii CIƆ IƆ CCXII proponeretur, fœderatos Belgas potiſſimum, nec fœderi nec officio ſuo ſatisfeciſſe, Anglosque plurimas feciſſe

[a] La Clef *Mai* 1711. *p*. 341. 416.
[b] La Clef *Oct*. 1711. *p*. 276. Vita ipſius reperitur in Bücher-Cabinet *p. XIV*. *p*. 733.

impensas. *a* Hoc ipsum Anglos a fœderatis reddidit alienos, pacisque cogitationes iisdem sensim inspirauit. Hanc autem Galli, Tallardii primum artibus, qui, licet apud Anglos captiuus, multa tamen fruebatur libertate, post per Menagerium CIƆ IƆCCXI in Angliam missum propius vrgebant, qui etiam eo rem perducebant, vt ipsi Angli per Priorium in Gallia de pace agerent. *b* Eugenius equidem Princeps ad Anglos mittebatur, *c* vt eosdẽ a pace nondum matura auerteret, eandem Electoris Hannouerani nomine publice exhibito scripto impedire conabatur Marchio de Bedmar, *d* exiguo tamen cum fructu, plerorumque animis Gallorum artibus iamdum occupatis, quam etiam Regina, aucto prius Parium

a Quid hac de re gestum, acta & scripta desuper publicata seruant, Actes & Memoires de la Paix d' Vtrecht *Tom. I. p.* 342. & speciatim Bücher-Cabinet *p. X. p.* 895.

b La Clef *Decembr.* 711. *p.* 1411.

c La Clef *Mars* 1712. *p.* 207.

d Actes & Memoires de la Paix d' Vtrecht T.I.

rium numero, XVII Iunii CIↃ IↃ CCXII Parlamento ſuo commendat. *a* Induciæ igitur Gallos inter atque Anglos XXII Auguſti CIↃ IↃ CCXII ad quatuor menſes fuerunt publicatæ, *b* quo ipſo etiam fœderatorum exercitum reliquerunt. His vero XII Decembris elapſis, denuo per Bullingbrockium non ſolum fuerunt prolongatæ, ſed ipſa etiam pax concluſa, non niſi Traiecti publicanda. Primus huius pacis fructus erat, vt Prætendens, qui dicitur, cui Galli renunciauerant, Gallia derelicta, in Lotharingiam abiret, *c* qui tamen contra pacem fuit proteſtatus. Nec finis motuum pace concluſa, dum partim Scoti de vnione

a La Clef *Août* 1712. *p.* 126. Legi meretur *Hiſtoire Succincte du dernier Parlement de la Grande Bretagne* 1713. 8.

b Armorum ſuſpenſio primum Iulio menſe in caſtris Belgii fuit publicata La Clef *Sept.* 1712. *p.* 198. XIX Auguſti demum Pariſiis per Bullingbrockium concluſa La Clef *Oct.* 1712. *p.* 247.

c La Clef *Oct.* 1712. *p.* 253. Avril 1713. *p.* 247.

cum Anglis diſſoluenda agerent, *a* partim binæ iſtæ factiones ſibi inuicem eſſent contrariæ, vt poſt varios hinc inde habitos conuentus, turbæ fere inteſtinæ expectarentur. Inopinata tamen mors Annæ Reginæ quæ XII Auguſti CIↃ IↃ CCXIV accidit, rerum ſtatum plane mutauit, proclamato ſtatim Georgio *Electore Hannouerano*, eodemque in regnum euocato, multisque ſuorum adplauſibus excepto, atque XXXI Octobris ſolenni more coronato. *b* Conabatur equidem Prætendens, vt Gallorum ope regna Britannica armata manu intraret, verum his plane diffidentibus, ſola proteſtatione contra Georgii coronationem fuit

a La Clef *Août* 1713. *p.* 121. *Septembr.* 1713. *p.* 199. *Nouembr. p.* 359.

b De hac extant varia ſcripta. Legi etiam poteſt Zuſtandes Europæ *Vierdtes Quartal*, La Clef *Oct.* 1714. *p.* 225. *Vmbſtandliche Relation der Reyſe Sr. Königlichen Maieſtat in Engelland*, *Hamburg* 1714. 8. *Ausführliche Nachricht von Engelländiſchen Crönungen*, *Hamburg* 1714. 8. Staats - Cantzelley *Tom. XXIV. c. XII.*

fuit contentus. *a* Hic autem mutatis Aulæ Ministris, merita mitiorum satis compensans, regna sua feliciter gubernat, in hoc sollicitus, ne Gallorum nimia potentia Anglis sit nocumento. Inde portum Mardycensem e regione Dünckerckæ a Gallis nouiter extructum impedire conatur. *b*

Gallia per hæc tempora plurimum fuit perpessa. Diuersis enim prœliis inferiores Galli, iam in eo erant, vt ablatis, quas occupauerant, terris alienis, intra proprios regni sui fines redigerentur. Accedebant publicæ calamitates, egestas scilicet & penuria frumenti, pestis, funera. Instituebantur preces publicæ, cista cum S. Genofieuæ reliquiis XVI Maii CIↃ IↃ CC IX solenni more ad auertenda hæc mala circumferebatur, *c* quæ tamen

X 4 non

a Extat ista in La Clef *Ianv.* 1715. *p.* 36.

b Scriptum desuper Regi Galliæ exhibitum, vna cum Gallorum responsione extat in La Clef *Ianv.* 1715. *p.* 49. Electa Iur. Publ. *Tom. VII. p.* 549.

c La Clef *Iuin.* 1709. *p.* 372. 431. *Iuill. p.* 8. 10.

non nisi aduecto ex Barbaria non solum, sed etiam ipsa Germania atque Belgio frumento, finiebantur. Sic etiam Galliæ oras varie tentabant fœderati, in Picardia etiam prope Bononiam, atque ad Seltam & Agdam Languedoci cum classe adpellentes, *a* eo potissimum fine, vt, qui adhuc in Gallis reliqui Protestantes ipsis accederent, nihil tamen cum fructu peragentes. Id quod Gallos adfligebat maximum erat, quod regiæ domus funera videret. Galliæ enim Delphinus XIV Aprilis CIↃ IↃ CCXI variolis fuit defunctus. *b* Suffectus equidem ipsi fuit Ludouicus Burgundiæ Dux, cuius vxor tamen XII Februarii CIↃ IↃ CCXII fuit extincta, quam ipse maritus XVII Februarii in morte fuit secutus *c* Delphini igitur nomen adeptus huius filius, minoris Britanniæ Princeps, qui VIII Martii CIↃ IↃ CCXII fuit defunctus

a La Clef *Sept.* 1710. *p.* 169.
b La Clef *Iuin.* 1711. *p.* 374. *Avr.* 1712. *p.* 245.
c La Clef *Avr.* 1712. *p.* 249.

ctus *a* huius fratre Principe, nunc sexenni *b* in Delphini, & nuper etiam in Regis locum succedente. Hoc etiam Regem eo permouit, vt XI Augusti CIↃ IↃ CCXIV exhibita in Parlamento declaratione, filios suos naturales, Cenomanensem Ducem & Tolosæ Comitem tanquam legitimos, extincta omni regia familia, successionis faceret capaces, atque facto Testamento, tutelam Delphini iunioris & Regiminis administrationem post mortem suam definiret. Hic igitur Magnus Ludouicus, postquam Persarum Regis legatum regio adparatu audiuisset, *c* & IX Maii CIↃ IↃCCXV Soldurii antiquum fœdus cum Heluetorum pagis Catholicis renouasset, *d* per aliquot hebdomadas ægrotus, nuper demum Kl. Septembris CIↃ IↃ CCXV non

X 5 fine

a La Clef *Avr.* 1712. *p.* 256. *Mai p.* 324.

b Natus enim XV Februarii CIↃ IↃ CCX La Clef *Iuin* 1714. *p.* 430.

c La Clef *Avril* 1715. *p.* 248. *Aout p.* 87.

d La Clef *Aout* 1715. *p.* 96. Ipsum fœdus extat in Mercure Histor. *Aout* 1715. *p.* 150.

sine cruciatu fuit extinctus, constituto prius Aurelianensi Duce, qui nomine Ludouici XV, antea Delphini regno praeesset.

In Hispania VII Nouembris CIↃ IↃ CCXII iuri suo in Galliae successionem, signatis non solum tabulis, sed etiam per iuramentum, praesente Anglorum legato solenniter renuntiat, Sabaudiae Duces haeredes declarans, extincta ipsius posteritate, *a* dum interim Gallorum Principes regii sanguinis iuri suo quod in Hispaniae regna possint praetendere, renuntiarent. *b* Extincta etiam superiori anno vxore regia Sabaudiae Principe, CIↃ IↃ CCXIV Elisabetha Parmensis Odoardi III filia ipsi per legatum primum in matrimonium fuit copulata, nouiter in Hispaniam ducta. Lusitania per matrimonium Iohannis V Regis cum

a La Clef *Sept.* 1712. *p.* 161. Extant renuntiationis litterae in Actes & Memoires de la Paix d' Vtrecht *Tom. II. p.* 329. *&* *sqq.* & La Clef *Ianv.* 1713. *p.* 61.

b Extant hae litterae in Actes & Memoires *T. II. p.* 364. & La Clef *Mai* 1713. *p.* 314.

cum Maria Anna, Leopoldi Imp. filia [a] Austriacæ domui magis fuit iuncta, fœderatorum partibus, ad pacem Traiectensem vsque adhæsit, licet præcipui aulæ Ministri Gallis fauisse videantur, quo factum, vt rem suam contra Gallos languidius agerent. In Italia Carolus IV Mantuæ Dux V Iulii CIↃ IↃ CCVIII fuit extinctus, [b] Lotharingiæ Duce materno iure [c] atque Guastallæ, hoc quidem ex adgnationis iure, successionem petente, licet Imperator dictum Ducatum adhuc possideat. De Imp. controuersiis cum Papa superius iamdum fuit dictum. Sabaudia ex bello Hispanico plurimum profecit. Ob-

a Cæremonias vide in Bücher-Cabinet *p. VII. p.* 266.

b La Clef *Sept.* 1708. *p.* 186.

c Lotharingiæ Dux satisfactionem petit de Montisferratensi Marchionatu Sabaudo cesso. Actes & Memoires *Tom. IV. p.* 367. Inde quoque materno iure allodialem petit successionem. Eleonora enim Maria Ferdinandi III filia ex Eleonora Mantuana, Carolo Lotharingo nupta, mater erat Ducis hodierni. Vid. Electa Iur. Publ. *Tom. IV. p.* 1043.

tinuit enim præter territorium Alexandrinum atque Lomellinam Mediolanensis Ducatus, Marchionatus Montisferratensis partem, quæ olim Mantuani Ducis fuerat, tanquam præmia societatis contra Gallos. Per Traiectensem vero pacem Siciliæ regnum nactus, *a* in quo XXIV Decembris CIↃ IↃ CCXII fuit coronatus, *b* Statum Siciliæ ordinauit, Imp. tamen nec dum ipsum pro Rege adgnoscente. In Parmensi Ducatu ex Papæ consensu anno CIↃ IↃ CCXIV successio, extinctis masculis, ad fœminas etiam fuit definita. Mutinensis Dux, protestante licet Principe, II Martii CIↃ IↃ CCXI a Iosepho Imperatore inuestituram Mirandulani Principatus, quem pretio redemerat, obtinuit. *c* Eodem modo Genuenses Finaliensem Marchionatum ab Imp. anno CIↃ IↃ CCXIII sibi vindicant. *d* Apud Heluetos multi ani-

a *Art. V. pacis Traiectensis.*

b La Clef *Mars* 1714. *p.* 168.

c La Clef *Iuill.* 1710. *p.* 25. *Août p.* 87. *Mai* 1711. *p.* 326.

d La Clef *Oct.* 1713. *p.* 255. *Nov. p.* 337.

animorum motus. Caussam primum dabat Comitatus Toggenburgensis, cuius plenam superioritatem in sacris & ciuilibus Monasterii S. Galli Abbas adfectabat, incolis vero non nisi certa ratione se ipsi obligatos esse profitentibus, immo liberatem suam religionis & iurium contra ipsum mascule defendentibus. a Caussam illorum

X 7 ex

a Varia scripta & Acta publica hac in caussa in Comitiis fuerunt exhibita. Inter hæc a Toggenburgensium parte prodiit *Gründliche Information von der Toggenburger Freyheiten und Gerechtigkeiten und daher mit dem Abt von S. Gallen entstandenen Irrungen* 1713. cui tamen a parte Abbatis etiam fuit responsum. In Compendio controuersiam docet, *VVahrhaffter und gründlicher Entwurff worauf das entzwischen dem Fürstl. Stifft S. Gallen und der Landschafft Toggenburg nunmehro lange Zeit obgeschwebte Streit-Geschæfft eigentlich beruhe. Gedruckt* 1710. 4. cui tamen singulari scripto respondit S. Galli Abbas. Vid. *Hamb. Histor. Remarquen* 1701. p. 298. La Clef *Août* 1708. p. 116. *Iuill.* 1709. p. 32. *Août* p. 138. *Iuill.* 1710. p. 23. *Oct.* p. 248. *Iuin* 1712. p. 424. Accesfit etiam Les Delices de La Suisse *Memoire Instructif sur les Causes de la Gverre arrivée en Suisse l' An* 1712.

ex antiquo protectionis iure Tigurinorum & Bernensium pagi suscipiebant. Cœperunt controuersiæ ineunte hoc seculo, quæ tamen cum in diversis conuentibus componi nequirent, postea in tantum inualuerunt, vt CIƆ IƆ CCXII Tigurini vna cum Bernensibus non Toggenburgensem solum Comitatum, sed etiam Abbatiæ S. Galli terras armata manu occuparent, direptis omnibus, quæ Abbatis erant, insigni etiam Bibliotheca Monasterii. a Ex hoc turbæ Heluetorum intestinæ, dum Abbatis caussam contra Tigurinos & Bernenses agerent Lucernenses, Vrienses, Suitii, Vnderwaldii & Tugienses a Papa potissimum concitati. Et licet Imperatoris, Galliæ & M. Britanniæ legati varie de componendo hoc dissidio laborarent, ventum tamen ad arma fuit. Ast, armis & fortuna superiores Tigurini ac Bernenses, Badensem Comitatum vna cum villis Mellingen, Bremgarten, Keyserstul, Klingnau, Thurgouiam & Rhe-

a La Clef *Sept.* 1712. *p.* 175.

Rheni vallem, quæ huc vsque communes fuerant, occupant, *a* & postquam prœlio ad Wilmagam xxv Iulii cIↄ Iↄ ccxII facti superiores, *b* Catholici pacem prætulerunt, quæ primum xvIII Iulii cIↄ Iↄ ccxII cum Suitiis, Vnderwaldiis & Tugiis Arouiæ fuit signata, post inuito licet Papa, etiam cum reliquis, qua Badensis Comitatus vna cum reliquis quas occupauerant villis, Bernensibus atque Tigurinis cedebatur, Toggenburgensium priuilegia confirmabantur, controuersiæ cum Abbate S. Galli vlteriori compositioni relinquebantur, *c* quæ tamen nec dum fuit secuta, dum Heluetii Imperatoris arbitrium ad quod tanquam Imperii Status prouocauerat Abbas S. Galli, recusarent. *d* Alterum, quod Heluetos turbauit, negotium erat

a La Clef *Iuillet* 1712. *p.* 29. *Aout p.* 103. Electa Iur. Publ. *Tom. IV. p.* 551. 698. 781.

b La Clef *Sept.* 1712. *p.* 177.

c La Clef *Sept.* 1712. *p.* 134. *Nou. p.* 257. Extat Instrumentum Pacis in Electis Iur. Publ. *Tom. IV. p.* 881.

d La Clef *Nou.* 1712 *p.* 334.

erat in caussa Masneriana. Thomas enim Masnerus, senator Curiæ Rhætorum Imp. plurimum deuotus, Gallis maxime nocebat. Hi de vindicta solliciti, filium ipsius Geneuæ studiis vacantem per insidias captiuum in Galliam ducebant, quod ipse vlturus, Gallorum non solum Secretarium Merueilleux Curiæ commorantem, sed etiam Vindocinensem Ducem, Magnum Galliæ Priorem, Venetiis Curiam tendentem, dum Imperatoris terras transiret, XXVIII Octobris CIↃ IↃ CCXI captiuum fecit in Tirolensem Comitatum inde in Bauariam abductum. a Hæc detentio plurimum Gallos commouebat, qui non solum de liberando Duce, sed etiam condemnando Masnero admodum erant solliciti. Grisones equidem se huius culpæ participes non reddebant, potius Masnero mandabant, vt ipsum III Februarii CIↃ IↃ CCXII liberaret, idque Gallorum regis legato significabant, hoc tamen ideo recusante, quod Imperato-

a La Clef Janv. 1711. p. 51. 121.

toris esset captiuus. *a* Vrgente tamen legato Gallico, Masnerus per Suitiorum sententiam, ob violatum territorium & quod citatus non compareret, fuit proscriptus, Grisones vero Ducis restitutionem ad XV Aprilis iterum mandant, constituto Ilantiæ iudicio, quod singula Masneri facta examinaret. *b* Ad hoc citabatur Masnerus XI Augusti termino præfixo, ast, dum non compareret, penitus proscribebatur, statuto in caput ipsius pretio, bona fisco addicebantur, *c* licet ipse, publicatis variis scriptis se defenderet, *d* tandem vero Feldkirchi Tirolensis Comitatus CIϽ IϽ CCXII fuit extinctus. *e*

In

a La Clef *Févr.* 1711. *p.* 122. *Mars* 1711. *p.* 170. *Avr.* *p.* 254.

b La Clef *Mai* 1711. *p.* 325. *Iuin* *p.* 386. *Iuill.* 1711. *p.* 29. *Sept.* *p.* 181.

c Extat hæc sententia in La Clef *Oct.* 1711. *p.* 160.

d Prodiit potissimum Facti Species cum Responso Collegii Iuridici Tübingensis. *Tubingæ* 1713. *f.* Electa Iur. Publ. *Tom. III.* *p.* 955. *Tomo IV.* *p.* 369.

e La Clef *Nouemb.* 1712. *p.* 335.

In Belgio, præter bellorum apparatus, Philippus Andegauensis Bauariæ Electori Hispanicas prouincias cedebat, id quod Traiectensi pace fuit confirmatum. *a* Hinc etiam subditi Namurcenses & Luxenburgenses XVII Maii CIↃ IↃ CCXII solenni iuramento se Electori obligarunt. *b* Has tamen per pacem Rastadtiensem atque Badensem Imperatori restituit Elector. De finium securitate, inter Imp. atque Belgas Fœderatos Antwerpiæ superiori anno CIↃ IↃ CCXIV transigi cœptum, negotio nunc ad finem fere perducto. Tandem vero post bellum multorum annorum, de pace agebatur. Primus Gallorum conatus post proe-

a Promissio iamdum VII Nouembris CIↃ IↃ CCII a Gallorum Rege fuerat facta. Postquam autem de pace agi cœptum, Belgii Hispanici prouinciæ Electori cedebantur, concesso desuper diplomate Madriti XI Ianuarii CIↃ IↃ CCXII quod extat sub finem Tomi primi *Actes & Memoires de la Paix d' Vtrecht*. Hoc tamen sub certis saltim Conditionibus fuit factum, quæ reperiuntur *Tomo II. p.* 313.

b La Clef *Iuillet* 1712. *p.* 59.

prœlium ad Cassanum erat, dum CIↃ IↃ CCV per Nuntium Papalem Hispanicæ Monarchiæ partem Austriacæ domui Galli offerrent, quod, dum Cæsar recusaret, Rex, a Papa anno CIↃ IↃ CC VII, vt medium se gereret inter partes litigantes, petebat, *a* nec dum tamen fœderatis consilium adprobantbius. Sic etiam post prœlium ad Ramilliacum Bauarus, datis ad Belgas atque Marloborugium litteris, pacis conditiones offerebat. *b* Tandem vero eo res devenit, vt Halæ Brabantiæ Belgarum legati, Renswoudius & Bergius cum Rouillio a Gallis misso Martio mense CIↃ IↃ CCIX de capitibus, quæ Præliminaria dicuntur, inuicem agerent, *c* idque Rouillius obtineret, vt ipsi Hagam Comitum venire concederetur, licet, dum inconueniens videretur, ipsum

a Actes & Memoires touchant la Paix d'Vtrecht *Tom. I. p.* 13. Memoires sur la Conduite de la presente Guerre *Tom. I. p.* 33.

b Actes & Mem. *Tom. I. p.* 1

c La Clef *Avr.* 1709. *p.* 302.

ipsum habere propiorem, Antwerpia statim adsignaretur, Gallis ipsi adhuc Voisinum adiungentibus. *a* Ibidem cum Belgarum legatis solummodo agebatur, id quod Cæsarem potissimum, Anglos etiam commouere videbatur. Postquam autem Torcius Marchio CIↃ IↃ CCIX Hagam Comitum venisset, *b* accedebant a Cæsaris parte, Eugenius Princeps, vna cum Sintzendorfio Comite, ab Anglis Marloborugius & Townsandius, qui XXVIII Maii inter se de XL articulis *c* conueniebant, qui fundamenti loco esse possint ad pacem futuram. Hos, cum Torcius ad Regem suum deferret, hic reiiciebat, & Rouillium auocabat. Durum potissimum Regi videbatur, quod fœderati postularent, vt nepotem suum, Andegauensem Ducem ipse de throno deturbaret. *d* Hoc dum

a La Clef *Mai p.* 348. *Iuin p.* 411.
b La Clef *Iuin* 1709. *p.* 412.
c Extant isti in Actes & Mem. *Tom. I. p.* 17. La Clef *Iuill* 1709. *p.* 54. *Août p.* 92. Bücher-Cabinet *p. XI. p.* 342.
d La Clef *Iuill.* 1709. *p.* 21. 47. 60. 84. 92.

dum mitigari vellet, Mordici atque Gertruydenbergi *a* noui conuentus cum Belgis fuerunt habiti, sed sine successu, Gallis nihil aliud contendentibus, quam vt inter fœderatos æmulationem concitarent, atque magnum illorum fœdus distraherent. Tandem vero, dum mutato Anglorum statu, rigidiores, Gallorum artibus seducti, ad pacem inclinarent, eo rem per Staffordium & Bullingbrochium deducebant, vt vniuersalis de pace Congressus Traiecti, ineunte anno CIↃ IↃ CCXIII instituereturm, *b* Cæsare licet protestante. Turbare quodammodo videbatur pacis consilia, quod Gallorum legatus Menagerius, ob iniuriam ministris suis a ministris Comitis de Rechtern, illatam satis sibi fieri peteret. *c* Lite tamen com-

a Facti fuerunt a IX Martii vsque ad XXV Iulii La Clef *Abr.* 1710. *p.* 271. *Mai p.* 315. *Iuin. p.* 413. *Iuill p.* 41. 108. 196. Leben Iosephi *p. II. p.* 552.

b La Clef *Feur* 1712. *p.* 211.

c Electa Iur. Publ. *Tom. V. p.* 1. La Clef *Oct.* 1712. *p.* 296.

composita, armorum etiam suspensione cum Anglis & Lusitanis conclusa atque prolongata, tandem cum Anglis, Belgis, Lusitanis, Sabaudis, Borussis Pax XII Aprilis CIↃ IↃ CCXIII fuit signata. a Galli equidem varie tentabant, qua ratione etiam cum Germanis pacem haberent, sed bello nihilominus apud eosdem continuato, tandem per Eugenium atque Ducem de Villars XXV Nouembris CIↃ IↃ CCXIII Rastadti conuenientes, post multas deliberationes nocte inter VI & VII Martii media CIↃ IↃ CCXIV pax etiam Imperii nomine fuit signata, eademque ab Imperatore & Imperio atque Gallorum Rege non solum fuit ratihabita, b sed etiam per pacem Badensem

a Pacis tractatus & quae alias in Traiectensi Congressu fuerint exhibita, exponunt Actes & Memoires touchant la Paix d'Vtrecht Tomis IV Lettres Galantes *Tomo VI.* Bücher-Cabinet *p. XVI. XVII. XVIII.*

b Plenius haec exponuntur in *Historie Rastadtischer Friedenshandlungen,* quae *Jena* 1714. 4. prodiit, vbi etiam pacis Instrumentum reperitur.

sem apud Heluetos XII Septembris denuo fuit confirmata. a

Russorum Monarcha de irruptione in Sueciam &, firmandis sibi, quas bello adquisiuerat prouinciis, sollicitus, Liuoniam Imperii iuri directo offerebat, si ipse inter Imperii Status reciperetur, hoc ipso firmiorem sibi eiusdem prouinciæ possessionem adserere conatus. Sic etiam in muniendo, excolendoque Petersburgo quod CIϽ IϽ CCIII in Newa insula Ingriæ extrui cœperat, fuit sollicitus. b Apud Turcas ineunte anno CIϽ IϽ CCIII noui motus. Postquam enim magnus illorum Vezirius, Artabanus Bassa, Gallorum caussam ageret, & Turcas ad bellum contra Imp. concitare conaretur, iussu Sultani strangulabatur, constituto in eius locum Reis Effendi. Neque tamen hæc mutatio ad motus istos

a De pace Badensi Fabri Staats-Cantzelley Tomo XXIV.

b Prodiit H. G. *Exacte Relation von der neuerbaueten Vestung und Stadt Petersburg, Leipzig* 1713. 8.

istos sedandos sufficiebat, quin potius communi excitato tumultu, deposito Sultano magno, frater illius Achmet Imperatoris solio imponeretur. Varii etiam apud Turcas motus, postquam Suecorum Monarcha in horum terris asylum quæsiuisset. Primum erat, quod Walachiæ Principem Russis fauentem a dignitate sua remouerent, constituto Mauri Cordati filio primogenito. *a* Post pacem Falicinensem imputabatur Magno Vezirio, Mechmet Bacha quod Russorum pecunia corruptus, pacem hanc procurauerit, ideoque in Rhodum insulam deportabatur, substituto eidem Isouff Bacha, qui hucusque Ianizaris præfuerat, *b* qui tamen XII Nouembris CIϽ IϽ CC XII idem fatum fuit expertus, suffecto eidem Neffangi Solimann Bacha. *c* Annus CIϽ IϽ CCXIV Walachiæ Principi erat fatalis, qui Sultani iussu d. XVII Augusti postquam a dignitate fuisset deie-

a La Clef *Mars* 1710. *p.* 133.
b La Clef *Mars* 1712. *p.* 190.
c La Clef *Febr.* 1713. *p.* 113.

deiectus, Constantinopoli capite fuit plexus, magno ipsius thesauro in fiscum relato, suffecto eidem Stephano Contatuzena Comite. *a* Montenegrini etiam Dalmatiæ accolæ contra Turcas rebelles ab iisdem fuerunt sopiti. Mauri in obsidendis Hispanorum vrbibus in Africa pergebant. Milites equidem, qui præsidium in S. Gregorii castro prope Oranum tenebant, se ad septendecim saltim atque incitas redactos videntes ac se in locis subterraneis occultantes, Mauros turmatim irrumpentes, accenso puluere pyrio secum in aërem miserunt. *b* Ipsum Oranium demum per plures annos iam a Mauris inclusum post sex mensium obsidionem illis ab Hispanis fuit cessum. *c* Ceutam vero post octodecim annorum obsidionem nec dum occuparunt, licet varie tentatam. *d*

Nec Americæ quies. Angli equidem

a Zustand von Europa *IV. Quartal p.* 1043.
b La Clef *Febr.* 1708. *p.* 85.
c La Clef *Mars* 1708. *p.* 154. 246.
d La Clef *Oct.* 1712. *p.* 244.

dem Septembri mense CIↃ IↃ CCXI Quebecum nouæ Franciæ frustra tentabant, tempestate impediti. *a* Septembri mense Galli Rio Ianeiro vrbem Brasiliæ præcipuam inuadunt, deuastant atque insigni præda onusti in Galliam reuertuntur. *b* Insequenti anno Galli Cassardo Duce, Portugallorum insulam S. Iacobi inuadunt, vrbemque metropolim diripiunt. *c* Inde in Belgarum Coloniis Surinamensibus multam prædam faciunt. *d*

Nec reticendi sunt Sinensium motus circa religionem Christianam. Superstitiosus Sinensium cultus, quem Confucio aliisque maioribus suis exhibebant, in caussa fuit, quæ potissimum Christianæ religioni impedimento erat, ad quam alias proni videbantur. Societatis Iesu consortes moribus Sinensium se attemperantes, cultum istum bene cum religione Christiana stare

a La Clef *Dec.* 1711. *p.* 408.
b La Clef *Avril* 1712. *p.* 230.
c La Clef *Oct.* 1712. *p.* 237.
d La Clef *Mars* 1713. *p.* 172. *Avr.* *p.* 271.

ſtare poſſe exiſtimabant, quibus Dominicani contradicentes, decretum Papale opponebant, quod iſti varie euertere conabantur. *a* Noſtra demum ætate mittebat Papa Tournonium Cardinalem, legatum a latere, ad lites hasce componendas. Verum, dum hic Dominicanis accederet, & XXV Ianuarii CIƆ IƆCCVII publice propoſito decreto, hunc cultum cum fide Chriſtiana ſtare minime poſſe adfirmaret, *b* Ieſuitis vero faueret Imp. terras Sinenſes exire iuſſus fuit. Sorbonicus Doctor, qui ipſi interpretis loco acceſſerat, Maigrot, Epiſcopus Cononenſis primum Ieſuitarum artibus captiuus factus, poſt etiam ex omni Imperio fuit eiectus. *c* Omnis culpa in Ieſuitas redundabat, quam variis ſcriptis a ſe

 auer-

a Fontes huius controuerſiæ eleganter exponit Io. Franc. Buddeus in diſſ. *de Superſtitioſo mortuorum apud Chinenſes cultu Halæ* 1701. 4. Einleytung zur heutigen Hiſtorie *pag.* 633. 726. 1078.

b Reperitur hoc decretum in La Clef *Avril* 1709 *pag.* 285.

c La Clef *Iuin* 1708. *p.* 417. *Nou. p.* 405.

auertere tentabant. *a* Turbabat hoc negotium Papam, qui in diuersis Congregationibus illud examinabat, *b* atque demum per Decretum VIII Augusti CIƆ IƆ CCIX caussam Tournonii defendebat. Id quod tamen Iesuitæ euertere variis artibus fuerunt conati. Fatalis potissimum fuit, quem haut ita pridem finiuimus, annus CIƆ IƆ CCXIV Regum Principumque familiis. In Dania equidem Regis qui nunc est mater, Charlotta Amalia, Hassiæ Princeps mortem cum vita commutauit. In Hispania Maria Anna Sabaudica, Philippi Andegauensis Coniux. In Anglia Anna regina sine posteris. In Gallia Carolus Biturigensis Princeps, Nepos regis sine posteritate fuit extinctus. Idem fatum expertus Ferdinandus III Princeps Florentiæ hæreditarius. Eodem hoc anno extinctus Vincentius Gon-

a Prodiit *Lettre à un Prelat sur un ecrit intitulé lettre de Mr. le Cardinal de Tournon, Patriarche d'Antioche, à Mr. Maigrot Evêque de Conon* de qua La Clef *Febr.* 1709. *p.* 142. *Avril p.* 278.

b La Clef *Mai* 1709. *p.* 325. *Janv.* 1711. *p.* 19.

Gontzaga Dux Guaſtallæ. Germania noſtra deplorat mortem Antonii Vlrici Ducis Guelferbytani, Sophiæ Hannoueranæ, quæ Magnæ Britanniæ throno fuerat deſtinata, Friderici Erdmanni Merſeburgenſis & Friderici Henrici Citicenſis Principis. Gallia vero hoc ipſo anno CIƆ IƆ CCXV Septembri menſe, quo hæc ſcribimus, magni Regis ſui mortem deplorat.

Talis ſtatus bellorum & ciuilis: non defuerunt diuerſæ circa religionem mutationes. Dum apud Saxones hæreret Suecorum Rex, Sileſiorum curam habebat. Hi enim de preſſa religione euangelica ſæpius conqueſti, a nunc in partes regem Suecorum vo-

a Tota res redit ad Pacis Weſtphalicæ art. V. §. 13. *Sileſiæ autem Principes Auguſtanæ Confeſſioni addicti, Duces ſcilicet in Brieg, Lignitz, Münſterberg & Oels, itemque Ciuitas VVratislauienſis, in libero ſuorum antè bellum obtentorum iurium & priuilegiorum, nec non Auguſtanæ Confeſſionis exercitio, ex gratia Cæſarea & regia ipſis conceſſo, manutenebuntur*, Vid. *der Euangeliſchen Schleſier bisheriges ſehnliches ſeufzen und flehen, Freyburg* 1707. f.

cabant. Hic suarum partium esse ratus, prospicere, vt quæ pace Westphalica promissa religionis libertas seruaretur. Res agebatur cum Cæsare, demum interuentu Anglorum Belgarumque ita componebatur, a vt promissa Silesiis religionis libertate, prout pace Westphalica decretum fuerat, mutua inter Cæsarem & Suecos amicitia firmaretur. Res etiam Octobri mense feliciter cœpta, plures ecclesiæ Augustanæ confessioni addictis restitutæ & pleraque iam ad effectum deducta. Insequenti anno CIↃ IↃ CC VIII pueri puellæque in diuersis Silesiæ partibus, motu quodam singulari inducti vel Suecorum exemplo moti, sub dio conueniebant, orantes, hymnosque canentes, præcentore constituto, ita, vt nec magistratus, nec parentum minis auerti potuissent, vsque dum hic Zelus, qui per annum fere dura-

a Alt Ranstedti XXII. Augusti CIↃ IↃ CCVI. Rinck *Leben Iosephi p. II. p.* 244. Bücher-Saal *p. V. p.* 910.

durauerat, iterum deficeret. a In Comitiis de abolenda Clauſula IV articuli pacis Ryſwicenſis ſæpiſſime fuit deliberatum, Statibus Catholicis potius pro conſeruanda extendendaque eadem

a De hoc Sileſiorum ſtatu plenius in Schleſiſcher Kirchen Hiſtorie *Leipzig* 1708. 8 *p.* 386. 649. Electa Iur. Publ. *Tom. I. p.* 160. Staats-Cantzelley *Tom. X. p.* 76 *Tom. XII. p.* 2. Bücher-Saal *p. V. p.* 925. Simile fere Exemplum ad a. 1212. refert Godefridus Monachus: *ipſo etiam anno ex omni Francia & Teutonica pueri diuerſæ ætatis & conditionis cruce ſignati, ad ſubuentionem ſanctæ terræ, Iheroſolymam proficiſci diuinitus ſibi imperatum affirmabant. Quorum exemplo multitudo iuuenum & mulierum Cruce ſe ſignantes cum eis ire diſponunt. Quibus etiam quidam maligni homines admixti ea quæ extulerant & a fidelibus quotidie accipiebant, nequiter & furtiue ſubtrahentes occulte receſſerunt: quorum vnus Coloniæ comprehenſus ſuſpendio vitam finiuit. Multi etiam illorum in ſyluis & deſertis locis æſtu, fame, & ſiti perierunt: alii alpes transgreſſi, mox vt Italiam intrauerunt, a Longobardis ſpoliati & repulſi cum ignominia redierunt.* Sic etiam Albertus Argent. p. 150. ducentorum puerorum duodecim annorum a. 1349. ſeſe flagellantium exemplum refert.

dem sollicitis. a Sic etiam de religionis componendo negotio in Palatinatu, de pressa religione conquerentibus Protestantibus, inter Borussiæ Regem atque Electorem Palatinum CIↃ IↃ CCV conuenit de securitate non solum religionis, sed etiam reditibus ecclesiasticis, quo tamen reformatis potissimum fuit prospectum, Lutheranis adhuc Principum auxilia petentibus. b Sic etiam Cæsaris iussu templum Teichenauiense ad Silesiæ fines fuit dirutum. c Idem fatum expertum fuit templum Burschedense prope Aquisgranum eo

quod

a Clausula hæc est: *religione tamen Catholica Romana, in locis sic restitutis, in statu quo nunc est remanente:* Acta & scripta publica de hoc negotio reperiuntur in Fabri *Staats-Cantzeley Tom. III. IV. XIV. XV.* Bücher-Saal *p. VIII. p.* 504. Electa Iur. Publ. *Tom. II. p. 477.*

b De hoc negotio legi meretur *Völlige Religions-Negotiation bey Sr. Churf. Durchl. zu Pfaltz* 1701. *f.* quo varia acta publica circa tentatam compositionem continentur. Electa Iur. Publ. *Tom. I. p. 418. Tom. II. p. 718. 839. Tom. III. p.* 194. Bücher-Saal *p. IX. p. 790.*

c Electa *Iur. Publ. Tom. II. p. 81.*

quod post annum decretorium 1624. fuisset extructum. *a*

In Gallia noui ob religionem motus Cebennensium. *b* Hi enim cum euangelicæ veritatis puritatem contra Pontificiorum abusus omni adhuc tempore defenderent, sub medium tamen seculi cultu sacrorum priuabantur. Hæc autem minime impediebant, quo minus conuentus suos in syluis & locis abditis adhuc celebrarent. Verum, cum ineunte seculo nouo, Episcopi hos illorum conuentus turbarent, multis etiam illorum supplicio adfectis, ventum est ad arma; sæpius victores Cebennenses, demum deuicti, fugati, occisi vel ad pontificiorum ritus adacti, pagis eorundem plerisque excisis. Quibus euadere datum est, vel ad Heluetos transierunt, vel ad Anglos, Belgasque. Et cum multi illorum Londini noua profiterentur prophe-

a Electa Iur. Publ. *Tom. VI. p. 759.*

b Vid. Io. Christ. Becmanni *Hist. Cebennensium. Memoires de Guiscard & de Brueys Histoire du Fanatisme de nôtre tems, a Paris 1692.*

tiæ dona, & conuentus agerent, res pene tumultum erat, *a* ita vt iussu Magistratus conuentus prohiberentur, & noui prophetæ quos vocabant, vrbe eiicerentur.

In Anglia lites inter Episcopales rigidos & Crypto Presbyterianos incrementa maxima ceperunt, his quidem eam de magistratu *Politico* sententiam, quam Thomas Hobbesius olim defenderat, illis obedientiam passiuam Lesleo potissimum, *b* Sacheuerello & At-

a Orti motus CIƆ IƆ CCVII. De horum vero miraculis & prophetiis vide *Le Theatre sacré des Seuennes a Londres* 1707. 8., cuius auctor est Maximilianus Muson. Vid. La Clef *Febr.* 1708. *p.* 130.

b Lesleus partibus Episcopalium addictus & variis sermonibus aduersus Socinianos publicatis clarus, peculiari scripto, cui titulus *The Rehearsal*, quod hebdomadibus singulis per aliquod temporis spatium continuauit, potentiam regum mirum in modum extulit, & Christianorum coetui non Conformistas annumerare dubitauit. Notus & Ioh. Angate concionatoris Anglicani Tractatus cui titulus *The plain Truth*. in quo nonconformistas artibus Iesuitarum fauere asserit.

Atterburyo Ducibus acerrime tuentibus. In eodem regno, Parlamenti iussu & Socinianorum & atheorum libri, qui magno numero ibidem publicantur, flammis deleti sunt. Quod fatum & Henrici Sacheuerelli Concionatoris Londinensis ‖ nostra ætate famosissimi sacri sermones sunt experti. Nam hic eo processerat audaciæ, vt coetus Christianorum omnes, in quibus Episcopale regimen Ecclesiasticum non receptum erat, profanos & impios, eosque Britanniæ proceres, qui Presbyterianorum partibus fauere videbantur, Ecclesiæ Britannicæ proditores appellaret. Cum & Regum potentiæ fere omnia tribueret, hac thesi sua notissima Iacobi II tyrannidi patrocinari plerisque visus fuit. Magnas etiam turbas liber Tyndalli de Ecclesiæ Anglicanæ iuribus, maiores motus Wisthoni Arianismus excitavit. Hic enim in Cantabrigiensi Academia Mathematum Professor incauta Patrum lectione mirum in modum deceptus, quicquid in primæuorum

Patrum scriptis cum praeconceptis suis opinionibus putaret quomodocunque conuenire, arripuit, & ad consensum Ecclesiasticae antiquitatis subinde prouocans, insana haec dogmata magna industria vel hodie propagat. a

In Gallia haud exiguum strepitum lites Quesnellianae excitarunt. Quippe Paschasius Quesnellius Oratorii Berulliani Parisinus Presbyter, ob dissertationes ecclesiasticas in opera Leonis M. & alia ingenii monumenta satis notus, anno 1671. Gallicano idiomate ediderat Nouum Testamentum notis moralibus illustratum, quae editio quatuor tantummodo Euangelistas continebat, nam reliqui noui foederis libri in altera editione anno 1687. accedebant. Magno inter Romanenses applausu hoc opus est receptum, hinc & saepissime licet non semper sub eodem titulo recusum fuit, Episcoporum etiam quorundam imo ipsius Sorbon-

a confer Grabii an essay upon Two Arabyck Manuscriptis qui liber oxonii 1711. prodiit & in Act. Erud. 1712. p. 202. recensetur.

bonnæ calculo eſt comprobatum. Speciatim Pariſienſis Archi-Epiſcopus Ludouicus de Noailles edito anno 1687. mandato, cum Catalaunenſis adhuc Epiſcopus eſſet, id commendauit, & in diœceſin ſuam introduci voluit, & ſi eam ob rem deinceps grauiſſimas ſubire moleſtias coactus fuerit. Cum enim Archi-Epiſcopus hic Ieſuitis parum gratus eſſet, eosque librorum quorundam ab ipſis compoſitorum proſcriptione irritaſſet, eodem tempore, quo anno 1703. Queſnellius Bruxellis Galliæ Regis iuſſu in carcerem coniiceretur, (e quo tamen amicorum ope eodem anno evaſit, & ſe infœderatum belgium contulit) Epiſcopum Aptenſem permouerunt, vt edito anno 1703. mandato Queſnelliani N. T. lectionem in diœceſi ſua interdiceret. Quo facto Cardinalem Noallium qui hocce N. T. approbauerat, in Ianſeniſmi ſuſpicionem adducere ſtudebant. Aptenſis Epiſcopi exemplum poſtea & alii Galliæ Præſules, Rupellenſis, Luconenſis, tandem & Vapincenſis

ſis

sis sunt secuti, qui contra N. Test. istud mandata publicarunt. Ludouicus Noallius, ne sibi hac in parte deesset, anno 1711. in dioecesi sua mandatum publicauit, quo lectionem mandatorum antea memoratorum interdixit, quod cum applausu singulari exciperetur, Iesuitae a Galliae Rege impetrarunt, vt ad Pontificem Romanum res omnis deferretur. Quod cum factum VIII Septembris CIↃ IↃ CCXIII apostolica constitutio est promulgata, in qua centum & vna propositiones ex annotationibus *a* Quesnelli moralibus tanquam captiosae & proximae haeresi condemnabantur. Haec bulla magnas in Gallia turbas excitauit, Noallio & aliis eidem acriter se opponentibus, aliis e contrario hanc constitutionem sine limitatione recipiendam esse contendentibus. *b* An-

a Extat haec Constitutio Clementis in La Clef *Febr. 1714. p. 81.*

b Conf. *Io.* Franc. Buddei *Pelagianismum in Ecclesia Rom. per bullam a Clem. XI. promulgatam triumphantem.* Iägeri *Bullam Pontificis Clem. XI. contra Quesnellium sub examen vocatam p. 49.* Ioh. Frickii *inclementiam Clementis XI.*

Anno CIↃ IↃ CCXII Clemens XI Papa XXII Maii Pium V olim Papam, Ordinis Dominicani, Antonium Auellinum, Clericum Theatinum, Felicem Cantalicium Ordinis Capucini & Catharinam Bononiensem solenni ritu retulit in numerum sanctorum. *a* Pergunt etiam Dani in conuertendis Mauris, regionis suæ Tranguebar, quam in oris Malabaricis tenent. *b*

Taceamus tot naturæ miracula. Inter hæc terræ motus per semestre spatium apud Italos continuus, cum diuersarum vrbium *c* insigni detrimento.

Ac-

examinat. Differ. I, c. III. p. 44. seq. Conf. Ienichii *Histor. & Examen bullæ anti-Quesnelliana.*

a Vid. Buddei *Oratio de origine Canonisationis in Ecclesia Romana.*

b De hoc variæ iam prostant relationes Bartholomæi Ziegenbalgi & Hentici Plütscho.

c Ortus Februario mense CIↃ IↃ CCII Multa fuerunt perpessæ vrbes pontificiales Norcia, Spoletto, Cascia. In regno Neapolitano la Posta, Ciuita Reale, Visco Leone. Multæ vrbes plane submersæ. Roma etiam non extra periculi aleam fuit. Nouus motus III Martii 1708. Calabriam nimium adflixit La Clef *Mai* 1708. *p.* 341.

Accedebat eodem anno violentus ille turbo, quo tot homines nauesque perierunt, turres & palatia conquassata, Intensum illud frigus Ianuarii & Februarii mensis CIƆ IƆ CCIX. a Montis Vesuuii incendium sæpius fuit iteratum, præcipue Aprili mense CIƆ IƆ CCIX. b Insecuta animalium pestis per annum CIƆ IƆ CCXIII & CIƆ IƆ CCXIV quæ Italiam, Galliam atque Heluetiam maxime adflixit. Nec reticendum est triste spectaculum, dum XI Octobris CIƆ IƆ CCXI vltra trecentos homines in ponte Lugdunensi, se inuicem nimium cogentes, suffocarentur. c

Plures Academiæ ineunte hoc seculo iubilæum solenni more celebrarunt Prima Wittebergensis CIƆ IƆ CCII alterum d celebrauit. Insecuta est ad Viadrum Francofurtana e CIƆ IƆ CCVI, demum insequenti anno Ludouiciana Giessensis. Noua quoque Catholicorum

a La Clef *Mars* 1709. *p.* 159. *Avril p.* 229.
b La Clef *Iuill.* 1712 *p.* 26.
c La Clef *Decemb.* 1711 *p.* 376.
d Prostant acta iubilæi separatim edita.
e Acta iubilæi edidit. Io. Christoph. Becmann.

rum academia Vratislauiæ CIↃ IↃCCXI erecta & Heidelbergensis post pacem Ryswicensem in melius restituta. Academiam equestrem apud Silesios Lignicii Iosephus Imp. Ordinum Provincialium consilio instituit. *a*

Virorum quoque eruditionis fama conspicuorum mortem vidit nouum seculum.

Ex Germanis, *Georgius Schubartus, Laurentius Begerus, Guil. Ernestus Tentzelius. Christianus Gryphius, Martinus Hanckius, Daniel Nesselius, Otto Menckenius, Conradus Samuel Schurtzfleischius, Io. Georgius Grævius, quem felici Belgio donauit Germania, Ezechiel Spanhemius, Ioh. Ernestus Grabius, Christianus Franciscus Paulini, Ioh. Nicolaus Hertius, Io. Werlhofius, Elias Veielius, Thomas Ittigius, Andreas Acoluthus, Esdras Ezardi, Henricus Opitius, Philippus Iacobus Spenerus, Godofredus Arnoldus, Ioh. Fridr. Meyerus. Ioh. Fridr. Heckelius, Christianus Iunckerus, Henricus Sickius, Bremensis patria, fato infelici apud Anglos functus. Gottlieb Gerhardus* Ti-

a Bücher-Cabinet *p. VII. p.* 206.

Titius, *Henricus Güntherus Thulemarius*, & *qui primo loco nominandus venerandus olim Praeceptor*, *Christophorus Cellarius*.

Ex Gallis. *Dominicus Bouhours*, *Claudius Nicasius*, *Iac. Benignus Bossuet*, *Petrus Balius*, *Richardus Simonius*, *Theodoricus Ruinartus*, *Tellerius* Archi Episc. Rhemensis *Io. Bapt du Hamel*, *Michael le Vassor Io. Mabillonius*, & qui Botanicis erat clarissimus *Io. Pitton Tournofort*.

Ex Italis *Henricus Norisius* & *Antonius Magliabechius*.

Ex Anglis *Thomas Gale*, *Gilbertus Burnetus*, *Guilielmus Beueregius*, *Guil. Caveus*, *Henr. Dodwell*, *Thomas Rymer*, *Iohan. Barnes*, *Ioh. Millius*.

Ex Belgis *Henricus Basnagius*, *Ioh. Braunius*, *Hermannus VVitsius*, *Petrus Iurieu Phil. a Limborch*, *Menso Altingius*, *Antonius Matthaei*, *Ianus Broukhousius*, *Anton*, *van Dalen*, *Salomo van Til*, *Fenelon* Archi Episc. Cameracensis, *Samuel Pitiscus*.

Ex Heluetis *Ioh. Henricus Suicerus*, & *Andreas Morellius* apud Germanos defunctus.

Ex Polonis *Andreas Zaluskius*.

HISTO-

HISTORIA NOVA
IN
TABULIS SYNOPTICIS
CONTINENS
SUCCESSIONEM REGUM
ET PRINCIPUM
EUROPÆ.